ACCADEMIA DI MEDICINA
DI
TORINO

JOANNIS ANDREÆ

SCHMITZII

Med, Doct. & Prof.

MEDICINÆ PRACTICÆ COMPENDIUM,

A

CHRIST. CONSTANT. RUMPFIO

Med. Doct.

Quamplurimis ſupplementis in Appendicem collectis auctum.

EDITIO NOVISSIMA.

Pluribus morborum hactenus omiſſorum deſcriptionibus locupletata.

A

JOH. JAC. MANGETO, M. D.

GENEVÆ,

Apud JOAN. ANTON. CHOUËT.

M. DC. XCI.

HIPPOCRATES
Lib. de
PRISCA MEDICINA.

Medicorum plerique malorum navium gubernatorum mihi ſimillimi videntur, qui, ſi tranquillo mari navem regunt, nemo eos peccare deprehendat: quod ſi eos vehemens ventus aut tempeſtas oppreſſerit, jam omnibus manifeſtè conſtat eorum imperitiâ & culpâ navem fuiſſe perditam.

PRÆFATIO

AD LECTOREM

Ex ea quam Cl. Chriſt. Conſtant. Rumpſius.

Editioni ſuæ præmiſit exſcripta.

E*Xhibent Tibi hæ pagellæ Amice* Lector, *Univerſæ Medicinæ Practicæ Compendium, quo omnia quæ ad Diagnoſin, Prognoſin & Curationem ſpectant, ordine alphabetico, quaſi in faſciculum collecta reperies. Brevitati hic ſtuduit Author, ut vel hinc maximum illum fructum conſequaris, qui ex hujuſmodi laborum genere percipitur, ſiquidem in eadem cum* Callimacho *perſiſtas ſententia:* μέγα βιβλίον τῷ μεγάλῳ κακῷ ἐοικέναι.

Neque enim facilè quemquam offendes: cujus animum tædia non ſubeant: dum per tot librorum vaſtiſſima volumina, tanquam maris immenſi ſpatia, ſpe conficiendi curſus & in portum penetrandi ferè abjectâ huc illuc perpetuò impellitur. Quod vitam in peregrinatione agentibus Seneca evenire affirmat, ut multa habeant hoſpitia, nullas amicitias: Idem illis accidit, quos inſanabile hoc legendi cacoëthes tenet: ſi quis temerè fidem adhibeat, quàm difficili in loco verſetur tùm demum intelliget, quum praxin exercendo, quamquam maximo apparatu inſtructus, neque ſe ſolertem dare, neque ſe expedire noverit, niſi haud leves committat errores. Cui quidem incommodo, ut aliquid eſſet remedium, impellente communi bono, in eorum imprimis gratiam, quibus brevitas magis arridet, Compendium hocce concinnatum atque conſcriptum eſt. Utinam verò Authori ipſi ultimam illi manum imponere fata permiſiſſent, ſed præmaturâ morte nobis ereptus, poſthumum ſuum opus aliis perficiendum reliquit.

Fuit is Cl. Dn. D. Joh. Andr. Schmitzius, *Vir in quo præter ſummum Medicinæ ſtudium, par in theſauris Naturæ perſcrutandis industria, optimaque ratione pollens judicium reperiebantur, quod & ambigua morborum feliciter dignoſceret, ac in reconditorum Hippocraticæ Doctrinæ myſteriorum penetralia ſeſe altiùs inſinuaret. Ne autem laudibus ſuis, immortalitate digniſſimus hic Author privaretur, cùm à celebrioribus in Arte noſtra proceribus opus illud magni æſtimaretur, deficientibus exemplaribus, facilè ac lubens hanc mihi demandatam ſuſcepi Provinciam, ut illud denuò auctius & correctius in lucem retraherem.*

Quoad diſpoſitionem, in collocandis morbis ordinem Alphabeticum ſequi placuit propter rationes à Cl. D. G. Hornio in Præfatione primæ Editioni præmiſſa, hicque continuò adjecta, allatas.

Quantùm autem in hac editione præſtitum ſit, Benev. Lector judicabit, videbitque quamplurimos morbos priùs

omiſſos in appendice inſertos, imprimis in Febrium earumque ſymptomatum doctrina.

Non tantoperè temporum & morum ignarus ſum, ut hoc ævo me livoris denigrare poſſè exiſtimem, cum plerique in alieno opere malè ſint ingenioſi.

Paſcitur in vivis livor, *&c. Itaque ut me quadantenus contra obtrectatorum muniam morſus, Coronidis loco proferre licebit auream illam* Galeni *ſententiam* lib. 2. de fac. natural. in fine cap. 9. Studium, *inquit*, eorum laudandum eſt: qui vel explanant recte dicta à ſapientibus: vel ſupplent, ſi quid omiſſum eſt ab eis. Non enim fieri poteſt, ut quis idem incipiat, perficiatque. Contra culpandi ſunt, qui adeò ſunt delicati, ut nihil diſcere eorum, quæ rectè ab aliis dicta ſunt, velint: & qui adeò ſunt ambitioſi, ut ſtudio novorum dogmatum, ſemper aliquid aſtutè texant & cavillentur, partim ſponte prætereuntes, partim callidè oppugnantes. *Hæc ad Te, Benev. Lector,*

ad Lectorem.

Lector, paucis præfari operæpretium duxi. Nunc orandus es, ut ſi quædam in hâc editione occurrant non ſatis limata aut expolita, imò quæ & nævis non careant, ea benignè excuſare velis.

Index Morborum.

Febres.

EPhemera	pag. 69
Hectica	p. 73
Hectica peſtilens	75
Putrida	69
Continua putrida	70
Tertiana	70
Tertiana duplex	71
Quotidiana	72
Quartana intermittens	72
Quartana triplex	75
Quartana continua	72
Quintana	73
Erratica	73
Symptomatica	75
Lenta	75
Epiala	76
Syncopalis	76
Aſſodes	76
Elodes	76
Peſtilens	77
Petechialis	78
Ungarica	79
Febris alba	81
Hemitritæus	71
Peſtis	73

Febrium ſymptomata. 80

Caput.

Catarrhus pag. 35
Capitis dolor 55
Apoplexia 13
Carus 33
Lethargus 152
Coma 41
Coma vigil 42
Epilepſia 65
Catalepſis 34
Ecſtaſis 63
Hydrocephalus 125
Incubus 128
Phrenitis 135
Mania 162
Melancholia 163
Memoriæ defectus 165
Vertigo 232
Pilorum defluvium 197
Plica 199
Furfures 95
Ebrietas 62

Oculi.

Ophthalmia 174
Pterygion 176
Nubecula 177
Sugillatio 178
Hypopyon 178
Uveæ procidentia 178

My-

Mydriaſis pag. 179
Cataracta 179
Excanthis 180
Rhyas 180
Amblyopia 180
Epiphora 180
Palpebrarum Trachoma 183
Hordeolum 184
Ectropium 184
Lagophtalmia 185
Hydatis palpebræ 185
Palpebrarum pruritus 201
Oculi ulcus 237
Carunculæ lachrymalis ulcus 238
Oculi vulnus. 247

Aures.

Obſtructio meatus auditorii 172
Surditas 220
Ulcus auris 238
Vulnus auris 248
Tinnitus 223

Nares.

Narium hæmorrhagia 102
Sternutatio 216
Narium ulcus 239

Labia.

Os, lingua, dentes, gingivæ, faves.

Dentes 52
Parulis 225
Epulis 225

Labia Leporina pag. 149
Linguæ tumor 154
Ranula 155
Aphtæ 11
Gurgulionis inflammatio 136
Angina 137
Uvulæ relaxatio 250
Gulæ obſtructio 173
Ptyaliſmus. 201

Thorax, pulmo, mamma, cor.

Tuſſis 225
Aſthma 22
Empyema 64
Hydrops thoracis 123
Phthiſis 196
Peripneumonia 139
Pleuritis, 140
Sanguinis ſputum 100
Palpitatio cordis 185
Syncope 222
Papillæ 186
Papillarum fiſſura 83
Mammarum inflammatio 145
Xyphoidis decidentia. 200

Ventriculus.

Anorexia 8
Bulimia 25
Ardor ventriculi 15
Ventriculi inflammatio 146
Intemperies Ventriculi 148

Ven-

Ventriculi inflatio pag. 147
Singultus 213
Vomitus 244
Ulcus ventriculi 240
Cholera. 38

Inteſtina, Anus.

Alvus ſuppreſſa 5
Diarrhœa 53
Dyſenteria 58
Lienteria 153
Teneſmus 223
Colica 40
Ileos 126
Vermes 240
Ani procidentia 199
Hæmorrhoides. 115

Jecur, lien, meſenterium.

Affectio hypochondriaca 2
Cachexia 26
Aſſites 116
Tympanites 121
Hepatis inflammatio 143
Obſtructio hepatis 171
Scorbutus 208
Hepatis Scirrhus 207
Lienis inflammatio 145
Lienis intemperies 148
Lienis ſcirrhus 207
Meſenterii inflammatio 147
Lues venerea. 156

Renes, Veſica.

Calculus renum pag. 27
Renum inflammatio 146
Renum Ulcus 240
Calculus Veſicæ 29
Ulcus Veſicæ 240
Dyſuria 61
Stranguria 216
Mictio involuntaria. 169

Penis. Teſtes.

Teſtium inflammatio 147
Priapiſmus 201
Gonorrhœa Venerea 99
Hernia inteſtinalis 108
—Inquinalis 110
Hernia uteri ventoſa, aquoſa 111
—Carnoſa, varicoſa 112
—Umbilicalis, umbilicalis aquoſa 113
—Umbilicalis Carnoſa 114
—Gutturalis 114

Morbi virginum & mulierum.

Abortus 1
Partus 169
Secundina vide Partus 189
Lochia 191
Sterilitas 215
Lactis defectus 149
Lactis redundantia 150
Lactis thromboſis 150
Uteri procidentia 199
Uteri ſuffocatio 217

Uteri

Uteri hæmorrhoides pag. 108
Uteri hydrops 122
Furor Uterinus 95
Fluor muliebris 85
Menſium profluvium 166
Menſium ſuppreſſio 167
Chloroſis: vide febres 81
Menſium ſtillicidium. 169

Affectus puerorum.

Febres 130
Siriaſis 131
Pavor in ſomno 131
Vigiliæ 131
Catarrhus 132
Epilepſia 66
Hydrocephalus: vide morb. Capit. 123
Aphtæ: vide os, fauces 11
Linguæ vinculum 132
Sahafati 205
Humiditas aurium 132
Tormina Ventris 132
Alvi fluxus 133
Lumbrici 133
Dracunculi 133
Morbilli. 169

Artus Nervi.

Arthritis 16
Paralyſis 186
Paralyſis particularis 188
Nervorum tremor 224

Convulſio pag. 47
Lumborum dolor 58
Horror. 115

Venenum.

Venenum 227
Morſus à cane rabido. 228

Totum.

Laſſitudo 151
Maraſmus. 163

Miſcellanea.

An fulmine quis ictus 204
An qui confoſſas eo vivente vel mortuus factum 204
An ſubmerſus vivus vel mortuus præcipitatus in aquas 204
Infans an ſuffocatus 204
Criſis 49
Dolor 57
Faſcinatio 68
Imaginatio 127
Pili & eorum morbi 197
Recidivæ. 203

Cutis.

Scabies 206
Elephantiaſis 63. & 64
Icterus 124. & 125
Impetigo 128
Maculæ Ephelides 161
Maculæ congenitæ 162
Puſtula 202

Suda-

Sudamina. 202

Tumores.

Anthrax pag. 10
Bubo 24
Scirrhus 206
Fungi 95
Gangliam 96
Oedema 182
Scrofula 212
Varices 226
Verruca, clavus, condyloma 231
Eryſipelas 67
Gutta roſacea 100
Suppuratio 219
Bronchocele 114
Herpes miliaris 124
Gangræna, Sphacelus oſſium 96. & 214
Inflammatio 134
Paronychia 189
Perniones 192
Epinyctis 202
Eſſere 203
Pſydracia 203
Phlyctænæ 203
Aneuriſma. 7

Vulnera, Contuſiones.

Vulnera partium, vide titulum cujuſque partis.

Vulnus 241
Vulnus Capitis cum fractura 91

Vul-

Vulnus oculi pag. 247
Vulnus linguæ 248
Vulnus auris 248
Vulnus nervorum 244
Vulnus ligamentorum & articulorum 246
Vulnus thoraxis 248
Vulnus pulmonis 250
Vulnera Sclopetorum 246
Vulnerum hæmorrhagia 104
Contuſio capitis cum ecchymoſi 45
Contuſio cum ſanguinis effluxu per ſuperiora 47
Concuſſio cerebri 44
Sutura 221
Contuſiò cum ecchymoſi, 45

Ulcera, fiſtulæ.

Ulcus 234
Ulcus cum ambitu duro 236
Excreſcentia carnea in ulceribus 235
Ulcus cum tumore 236
Ulcus ſupra malleolum 236
Fiſtula gingivarum 85
Fiſtula thoracis 85
Fiſtula 83
Cancer 31
Ambuſta 42
Intertrigo 149
Oſſis ſacri excoriatio. 183

Fractura.

Fractura cranii cum contuſione 46

Fra-

MORBORUM.

Fractura cranii cum vulnere	pag. 91
Effractura	94
Sedes	94
Reſonitus	94
Trepanum	224
Fractura	86
Fractura cum vulnere	90
Fractura cruris cum vulnere.	90

Luxationes.

Luxatio	158
Luxatio vertebrarum.	160

FINIS.

JOANNIS ANDREÆ SCHMITZII.

MEDICINA Practica.

ABORTUS Symptoma eſt excretorum.

CAUSA eſt facultas expultrix irritata vel retentrix læſa, quod fit ab aëre, nimia excretione, motu, Venere, affectibus, nativa debilitate uteri, fœtus, retentricis facultatis, partu primo, odore extinctæ candelæ, Caſtore, galbani: morbo fœtus à vitioſo ſemine, copia vel inopia alimenti: morbo fœtæ, intemperie, febri acuta, ligamentorum laxitate, utero hiante, inteſtinorum brevitate, ſoluta unitate partium vicinarum. Lipothymia, convulſione, dolore, Sternutatione, lævitate uteri ab humore pituitoſo, *aph.* 45. *ſect.* 5.

SIGNA *Diagnoſtica, aphor*. 37. 38. 52. 53. *ſ*. 5. *Prognoſtica*. In abortu magis afficiuntur quam partu: poma enim immatura non niſi vi evulſa decidunt. Sæpe, præſertim primus abortus, ſterilitatem facit: periculoſior eſt abortus ſexto, ſeptimo, octavo menſe.

PRÆSERVATIO. Si occurratur cauſæ. Sæpe ab humore pituitoſo fit. Interna & topica ſint aſtringentia. Specifica ſunt coralla, grana alkermes, raſura eboris.

℞. *Corall. præparat*. ℨj. *marg. præp*. ℨß. *raſur. ebor*. ℨj. *maſtich*. ℨß. *grana kermes* ℨß. *manus Chr. perl*. ℨij. *f. pulvis*.

CURATIO. Si præſervatio ſit irrita, omni modo promovendus abortus.

QUÆSTIO. An anguſtia uteri abortus cauſa eſſe poſſit? Aff. prout ventriculi anguſtia vomitus.

ACHORES. Vide Sahafati.

ÆGILOPS. Ulcus carunculæ lacrymalis.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA eſt colluvies humorum mel. ſæpe & pituit. bil. in venæ portæ, art. Cæliacæ, meſeraicæ ramis in hypochondrio præſertim ſiniſtro collecta, ob læſam lienis coctionem ſine putredine, è qua vapores horum naturam obtinentes & pars humoris varia Symptomata excitant; ut nauſeam, vomitum, ructum, diaphthoram acidam, nidoroſam: [unde *Senn*. caſum *Fabr. cent*. 4. *obſ*. 32. non à ſemine,

ne, ſed hypochondriacum fuiſſe vult:] flatus multos quos contineri vult. *Senn.* in cavitate illa Spiegelii in latere ſiniſtro: anxietatem à paſtu, alvum ſuppreſſam ob vaſorum ſiccitatem, æſtum hypochondriorum: urinam nunc craſſam, nunc tenuem, turbidam, palpitationem cordis, ſyncopen, ſitim, diſpnœam, vertiginem, epilepſiam, paralyſin, laſſitudinem, ſomnum turbulentum. Differt à Mel. hypochondriaca, quod in aff. hypoch. plurimi melancholia non laborent.

CAUSA eſt humorum colluvies ob ventriculi frigus, lienis debilitatem, epatis calorem, inteſtinorum & pancreatis ſiccitatem, vaſorum obſtructionem pancreatis præſertim & venarum lactearum vitium, collecta, in virginibus ſæpiſſimè & mulieribus ob uteri virium & menſes ſuppreſſos.

S. diagn. Si à liene, tenſio & durities ejus adeſt, facies decolor.

Si ab epate; in illo eſt tenſio.

Si in meſenterio, vaſis, &c. flatus. rugitus, durities adſunt.

Si in ventriculo, Coctio eſt læſa.

Si ab utero, rugitus eſt uteri, menſes ſunt ſuppreſſi.

Progn. Malum eſt contumax ob contrariam viſcerum temperiem, humoris craſſitiem.

Hæmorrhoides, varices, menſes, ſæpe eam ſolvunt, imo & hæmorrhagia naris ſiniſtræ, urinæ nigræ.

Fœminæ ea rarius laborant: ſed nunquam curantur.

Urina craſſa melior.

CURATIO. Indicans primum eſt humor vacuandus per humectantia & refrigerantia lenia, hemorrhoidum ſectionem, vomitum, diuretica. Si fruſtra, ad duo eſt reſpiciendum. 1. Chalybem, qui præſtantiſſ. eſt in omnibus obſtructionibus, aff. melancholicis, ob ejus ſulphur quo abundat: unde videndum ne nimis calcinetur; ſic enim adſtringit potius ſublatis partibus ſulphureis. Exhibetur limatura chalybis vel chalybs pp. quod fit ſi in aceto macerata limatura ſiccetur & teratur, vel crocus vel tinctura, vel vinum, vel oxymel, vel ſyrup. vel elect. vel rotulæ chalybeatæ. Doſis in ſubſt. mediæ ætati ℈j. vel non infra ℈ ij. nec ſupra ʒ jß. detur. Exhibetur commodiſſime vere & autumno; æſtate enim calor, hyeme obſtat frigus. Sumatur jejuno ventriculo, quo ſumto una atque altera hora obambulet: ſi vires debiles, obambulatio omittatur. Prandium horis 4. poſt ſumat. Initio tertio quoque die detur, poſt ſingulis. Quidam eum primis diebus cum vomitu rejiciunt: ſed aliquando cum commodo datur ad dies 30. Videndum, ut chalybs per alvum deſcendat, quod è fecibus nigris cognoſcitur: quod niſi fiat, quarto die vel clyſt. vel pil. alvus cienda. Poſt decimum diem leniter purga & biduum ab ejus uſu quieſce. Ut

citius

citius deſcendat, addi poſſunt purgantia & corrigentia & ſub forma pil. exhiberi. 2. ad acidulas & thermas, quas qui bibunt, nigra per alvum dejiciunt ob vitriolum. Uſitatæ ſunt acidulæ Swalbacenſes, Griesbachienſes, Egranæ, Thermæ Badenſes, Carolinæ. Medicamenta è tartaro facta.

II. Partes debiles corrigendæ & roborandæ per interna & topica. Sic ventriculus frig. per cal. interna: epar cal. per topica, vel per clyſteres refrig. vel exhibe pulpam citri cum cort. hæc enim diutiùs morabitur in ventriculo; vel integra grana piperis. Vel homini diu jejuno exhibe refrigerans, quod citiſſime epar petet, ſi præſertim ſe non mediocriter exerceat. Vel talia calida exhibe quæ ſubſiſtunt intra calorem epatis, quæque ob id ejus intemperiem non intendunt, ut agrim. fum. cichorium. Sic roborato ſtomacho tutò epatica frigida exhibebis. Vel propina talia quorum mixtio nova & prima coctione non ſolvitur, ſed ſecunda & tertia; ut Sp. vitrioli.

Si à ſuppreſſis menſibus, v. s. opus eſt.

ALBUGO. Oculi vitia.

ALOPECIA. Pili.

ALVI fluxus. Diarrhœa.

ALVUS SUPPRESSA. Cauſa: Bilis defectus, ut in ictero & poſt purgationem vacuata bile & excrementis, cum bilis à vita ſedentaria & incurvatione continua regurgi-

tat in ventriculum. Inedia, cum omnis liquor à partibus famelicis attrahitur; quod & convaleſcentibus accidit. Pituita inteſtina obducens. Sic in vita J. Heurnii narratur I. Lipſium pituitam inſtar inteſtini excreviſſe. Epar calidum. Fæces duæ, paralyſis. *Laur. Conſ. 7.*

Curatio variat pro ratione cauſæ. Si à duritie fæcum, ſi clyſterem purgantem injicias, tenuia excernet, dura ſubſiſtent. Ideoque clyſteres duo vel tres merè emollientes injicies poſt purgantem: utilia ſunt mollientia in cibo, ſerum lactis, malva, pinguia, potus copioſus. Savonarola duci Ferrarienſi ſuaſit, ut in triduana ſuppreſſione nudis pedibus in pavimento mormoreo inambularet aqua frigida perfuſo. Cum quinquaginta paſſus feciſſet, potenter alvum dejecit. Verum Braſſavola periculoſum hoc eſſe judicat. Tormina enim & fluxus ſequi poſſent. Nonnulli ventrem ſolvunt ovis ſorbilibus: quidam purgantium odore, alii manu ea tenent. Platerus tuſſi & ſternutatione concitata. Utiliter extra applicantur umbilico.

In infantibus ſupprimitur ob lac pituitoſum, ventriculum debilem, errorem diætæ, epatis calorem, iique raro ſani vivunt.

Curatio. Si occurratur cauſæ. Nutrix vel infans mollientibus utatur, mel, roſ. ſolutivum exhiberi poteſt. Si meatus cholidochus ſit obſtructus, decoctum rad. graminis,

nis, fænic. aſparagi convenit, alvus cienda per glandes, clyſterem. Venter inungatur unguento molliente, cui interdum grana aliquot ſcammonii & coloc. indantur. Lenientia propina.

AMAUROSIS, ſeu gutta ſerena. Oculi vitia.

AMBLYOPIA. Oculi vitia.

AMBUSTA. Combuſta.

ANGINA. Inflammatio faucium.

ANEURISMA. Non eſt tumor ex occhymoſi arterioſi ſanguinis ut vult Galen. Plat. &c, quia ſic ſanguis ſe in latum æquè diffunderet; quia cutem tingeret: quia facile putreſceret. Sed tumor ex tunicæ interioris arteriarum apertione, exterioris dilatatione. Aperitur vel V. S. imperita: cum exterior tunica, utpote mollior, coaleſcit denuo; interior aperta manet. Vel à cauſa externa. *Senn. l. 5. p. 1. c. 43. Fabr. obſ. 43. centur. 3.*

S. diagn Tumor mollis tractui cedens alias cum, alias ſine pulſu, colore à reliqua cute non variat, tactui cedit, aliquando etiam non cedit. *Progn.* Recentia curantur, antiqua non. Sectio periculoſiſſima eſt; ſæpe fit à laborioſo partu, item in gutture.

Curatio. Apponatur adſtringens & repellens. Lamina plumbea ſub quavis forma. Sectionis modum vide apud *Senn. l.* cit. ſed tentanda non eſt. vide *Pareum l.* 6.

ANI procidentia. Procidentia ani.

ANOREXIA. CAUSA: Quod Suctio vel non fit, vel non percipitur. Suctio non fit. 1. Cum alimentum in toto corpore redundat. 2. Cum humores crudi, craſſi in ventriculo hærent. 3. Cum adeſt obſtructio venarum, 4. Uſus pinguium, dulcium, lentorum. Sectio non percipitur. 1. læſo cerebro. 2. ob morbum orificii ventriculi ut intemperie quæ ſive cal. ſive frig. ſit inſignis, Anorexiam parit. Sæpe fit à potu vini, vermibus, utero. Cauſam diuturnæ abſtinentiæ quidam volunt eſſe Dæmonem qui cibum in corpus ſuggerat; cujus tamen nulla ſunt indicia, cum & brutis idem naturaliter accidat. Quidam occultam qualitatem eſſe ſtatuunt: quidam aëre veſci volunt. Sed quid convertetur in naturam abſumti? Quidam vaporibus in aëre hærentibus. Sed cur non omnes eodem modo nutrimur? Quidam aquæ potu vivunt: ſed multi aquam non biberunt. Quidam ſtatuunt pituitam in corpore hærere quæ abſumi non poſſit; ſed multi pituitoſi non fuerunt; ſed potius ventris aridi, ſubjecti; ſicque ſenes diu viverent ſine cibo. Quidam volunt adipe liquato & in ſanguinem mutato vivere: ſed falſum eſt adipem liquari, in ventriculum fluere, in ſanguinem mutari, nec per inediam in alimentum cedit ſed diſcutitur. *Fort. Licetus* nutritionem non eſſe neceſſariam dicit; quia anima ea opus non

non habet, nec corpus. Sic ſenes minus nu-
triuntur: generatio item & auctio ceſſat *Senn.*
Cauſam eſſe ait, quod nihil vel certè non niſi
longo tempore conſumtum fuerit, ob hu-
moris ad calorem certam proportionem. Sic
Scal. Ex. 328. ſcribit carbones juniperi per
annum integrum ignem tenere incorruptum.
Diſpoſitio autem illa humori inducitur, cum
ob humoris mel. diffuſionem figitur, ut actui-
tatem caloris recipere non poſſit. Peculiaris
a. inducitur qualitas humori melan. ab utero.
Omnes enim ferè fuere puellæ, ea ætate qua
menſes erumpere conſueverunt.

S. diagn. Si ſuctio non fiat, vires non pro-
ſternuntur & adſunt ſigna repletionis. Si ab
obſtructione verò, alvus liquida excernit. Si
ſuctio non ſentiatur, vires proſternuntur.
Progn. aph. 33. *ſ.* 2. Reſpiratio appetitus in
ægris optimum. *aph.* 6. *ſ.* 6. anorexia in pue-
ris periculoſa. Si in principium vel vigorem
morbi incidat, tam periculoſa non eſt ano-
rexia: pauco enim egent alimento, & ſi be-
ne edant plus damni patiuntur. Si in decli-
nationem, malum. Si in morbo appetitus ſit
proſtratus & ſubito poſtea appetat, lethale.
Cerebrum enim læſum eſt niſi criſis præceſ-
ſerit.

CURATIO. Tollatur cauſa, acria, aci-
da famem faciunt, ut & detergentia, ut ficus,
garum. Si ſit ex utero, ejus affecti adſunt
ſigna, Symptomata interdum remittunt &

plura adſunt ſymptomata. Qua ratione utero ſuccurrendum ſit, *vid. de ſuffocat. & Intemp. uteri Sen. l.3. p.1. ſ 2. c. 2.*

ANTHRAX *ſive Carbunculus* tumor eſt è ſanguine aduſto ferventiſſimo ortus, eſcharam in parte affect: faciens colore vario inſtar iridis, cum veſicula in capite.

CAUSA: ſanguis craſſus, aduſtus, ſeu atra bilis.

S. diagn. Incipit à puſtula exigua ſeu pluribus, præcedente pruritu, brevi per modum fluxionis ſemper increſcit cum ſummo ardore & dolore, præſertim circa veſperam: deinde febris & ſymptomatum peſſimorum caterva. *Progn.* Perniciosiſſimus eſt peſtilens, niger, lividus, qui evaneſcit, qui prope partem principalem hæret, quem febris præceſſit. Tutior ruber, parvus, non peſtilens.

CURATIO. Indicans primum ſang. refrigerium per generalia ut Diætam, V. S. alterantia, non purgantia. 2. Cor à malignitate vindicetur per interna & topica, imprimis per ſcabioſæ vel ſuc. vel aq. vel decoctum. 3. Cauſa conjuncta vacuanda ſcarificatione ſatis profunda cum cucurb. hirudin. Si tamen nimium affluat humor, arnogloſſ. cum furfure coctum ſupra carbunculum impone, ut repellat præſertim qua nobile membrum ſpectat. Poſt plaga aq. ſalſa collavetur. Loco ſcarificato non malactica, ſed ſiccantia & putredini reſiſtentia apponenda ut ægyptia-

gyptiacum vel farina orobi cum oxymel. vel
ſcabioſa vel ſucciſ. viridis trita cum axungia
porci vet. vitello ovi & ſale. *Pareus l.21.ſeq.*
ſæpe eſt expertus.

℞. *fuliginis ℥ iv. ſal. com. ℥ ij. vitel. ov. ij.*
miſc. radix raphani in taleolas ſecta,
potenter trahit venenum. Par.

Si omnia fruſtra, adhibe cauterium, ſenſus
enim ademtus eſt. Eſchara mollientibus non
eſt tollenda, vel cum anthrax ipſe cruſtam fa-
ciat, mavult. *Senn.* uti *Scab. rad. & ſymphyt.*
raphan. theriac. fuligine, mithrid. ferment. fi-
cubus, ruta. nucibus jugland. rancidis, vi-
triolo &c. iiſque Cruſtam removere. Si orbi-
culi inſtar circum abſcedat, & circulus ruber
appareat, futuræ ſanitatis indicium eſt. Cru-
ſta enim ablata ulcus deterg. mell. roſ. ſucc.
apii, &c.

CURATIO peſtilentis differt, quod vena
ſecanda non eſt, niſi forte ſub carbunculo ad
evacuationem: ſemper attrahentia appo-
nantur ut fimus columbinus, ſapo, pes co-
lumbinus, cæpe ſub cineribus cocta & ſupe-
riora. Quidam aiunt ſi circulus circa carb.
fiat cum ſapphiro, eum prohibere ne latius
ſerpat & venenum extinguere. *Senn. l.5. p.1.*
c.11. & paulo poſt.

APHTHÆ. Cauſa vel oris vitium cum
humores in eo colliguntur: vel totius ut in
febribus malignis, acutis: vel partis ut ca-
pitis, pulmonis, hepatis, lienis, ventr. uteri;

In infanribus lac acre linguam erodens, item lac putreſcens quod vapores acres emittit.

Differentia: aliæ recentes ſunt, aliæ inveteratæ, aliæ malignæ aliæ non, aliæ in lingua aliæ in palato, aliæ à ſanguine, aliæ à bile.

S. *Diagn.* Tubercula conſpiciuntur nunc rubra nunc atra; nunc alba, nunc nigra & fætida. *Progn.* fætidæ, nigræ, ulceratæ, cruſtoſæ, inveteratæ in infantibus lethales, quia eis med. applicari non queunt, quia partes ſunt molles, humidæ, unde facilis putredo, oſſis corruptio in adultis periculoſa. Si fiant in febrib. acutis & peſtilentialibus, lethales ſunt.

CURATIO. In infantibus lactis acrimonia tollatur in nutrice per generalia & topica. Infanti hauſtus detur è melle roſat. & diamoro cum oxymelite, ſirupi primo adſtringentes, poſt addunt diſcutientia. Si lac male coquatur parcius lactetur. Si fruſtra, ſuppurentur caricis appoſitis, vel coq. furfur in aqua donec lenteſcat, colaturæ mel adde, vel lacte vel mucag. ſirup. julap. gargar. pil. ſubling. pupul. eclegmatis.

In adultis. 1. humores attemperandi. 2. cauſa continens adſtringentia primo requirit, poſt & reſolventia. Si ſint malignæ, aq. viridi, vel ægypt. vel ol. fervente imbuto ſpecillo ex Aëtio. vel aq. forti quæ vires eluſerit in metallis. Seq. repellit.

℞. *aq. caprif. plantag. nucum ana* ℥ iij. *fl. roſ.*

roſ. rub. ſic. p. j. *in colat. diſſolv. ſir. granat. diamor. aa* ℥ j. *m.*

Sp. Vitrioli gutt. ÿ *mellis* ℥ j. *mixt bonum.* Crato ep. 183. Ad inveteratas utiliſſ. eſt cinis rad. fœnic. uſtæ vel per ſe, vel cum melle illit. Ne ab inunctione à Mercurio fiant, *Foreſtus* os colluere jubet ſæpius oleo amygd. dulcium. Si tamen gangræna immineat vel ſuffocatio, repellentia locum habent in malignis.

APOPLEXIA eſt ſymptoma quo omnes actiones animales pereunt.

CAVSA eſt non obſtructio ventric. cerebri: illi enim Spiritus animales non generant, repugnat experientia in diſſectis, neque hydrocephali ea laborant, in quibus ſoli interiores ventriculi ſunt obſtructi, ſed 1. Pituita vel humor mel. principium ſp. medullæ, prout in ſectione Varoliana demonſtratur, obſtruens. 2. Sanguis vel ictu vel alias effuſus eandem partem comprimens. 3. Diatheſis phlegmonodes, in qua cerebri vaſa à plethora diſtenta partem illam comprimunt. 4. Si cranij contuſio illam partem cerebri comprimat. 5. A Spiritu narcotico, vnde torpor in curatis. 6. Vulnus cerebri & inde nata ſp. effuſio vel turbatio, *aph.* 58. *ſ.* 7.

Different. Fortiſſima eſt in qua reſpiratio ceſſat, nec ſpuma vel ſtertor eſt. Minus fortis vbi ſpuma eſt cum ſtertore. Debilior ubi reſpiratio eſt violenta, inæqualis, inter-

mittens. Debilis ubi reſpiratio eſt ordinata.

S. *diagn.* Differt à lethargo quod lethargici excitari poſſint & in ſomnum recidant, adeſt febris; apoplectici non excitantur, excitati paralyſin incurrunt ſine febri. Differt à caro. In Caro reſp. eſt integra, ſenſim invadit: puncti ſentiunt: in apoplexia ſecus. Differt à ſuffocat. uteri: quod in hac faciei color mutetur & fiat lividus; in apoplexia non. In hac vis ſentiendi ſæpè manet, nec reſp. læditur; at ſi reſpiratio lædatur, pulſus etiam læditur: in apoplexia non. Differt à Syncope: quod in ſyncope color faciei mutetur, dentes, os, manus claudantur: in apoplexia laxa manent, in ſyncope reſp. nulla & pulſus nullus. Differt à Catarrho ſuffocat. quod hominem ſenſu & motu integro ſuffocat. *Progn.* Apoplexia 1. & 2. gradus lethalis, *aph.* 43. *ſ.* 2. Apoplexia à cauſa prima eſt, quam intelligit *Hipp. aph.* 42. *ſ.* 2. quæ à cauſa 3. 4. facile curatur. Non ſepeliantur ante 72. horas: quia omnes humores intra illud ſpatium moventur.

CVRATIO. Indicans primum obſtructionis liberatio, quod fit ſi excitentur. Secundum, cerebri roboratio. Vtiles ſunt pulv. cephalici *lib.* 1 *p.* 1. *c. ij.* Senn. Si fiat à cauſa prima præmiſſis excitatoriis, ſi vires ferant, ſanguinis copia adſit, in æſtate, vere, juvene, V. S. per vices in brachio, vulnus fiat amplius. Vel ſi ea uti non liceat, Cucurb. ſcarif. ap-

pli-

plicentur cruribus, brachiis, lumbis, ſcapulis; non vero poſteriori thoracis parti. Poſtea per generalia & topica materia à capite derivetur & vacuetur. Vomitoria tamen fugienda: quia ſuffocationis facerent periculum. Purgantia fortia ingerantur; ut pil. ſolutæ ſi deglutire poſſit 2. cerebrum roboretur. Si à cauſa ſecunda V. S. opus vel cucurb. ſcarif. diverſione item, vacuatione, roboratione.

Qvæstio: An repellentia ſint ex uſu? Gal. eis utitur. Neg. *Foreſtus*: Quia morbus hic celerrimè ad ſtatum properat: quia nulla eſt fluxio. *Senn.* diſt. in apoplexia à cauſa tertia ait convenire.

APPETENTIA canina. Bulimus.

ARDOR VENTRICVLI. Cauſa vapor acris è bile flava, porracea, æruginoſa, è cibo corrupto, acri, caſeo putri, porro, è dulcibus pinguibus elevatus. Vel ſi bilis veſiculam ſuam & ventriculi tunicas flavo colore tingit, & tum diuturnus eſt affectus; vel ſi ob ſtudia corpus inflectatur & ſic ventriculus è veſica bilem exprimat.

Cvratio. Tollatur cauſa. Sedetur ardor per generalia & Topica refrig. item acida, imprimis illa quæ humorem præcipitant: ut creta alba, nux moſchata, bolus armenus, oculi cancri. C. C. Lap. Carpionum, grana thuris. marg. præp. Corall. præp. Ut

℞ *nuc. moſchat.* ℈ j *Cretæ* ℈ ij *ſacch.* ℈ iij *f. pulvis, doſis* ℈ ß *vel* ℈ j.

ARQVATVS niger. Icterus niger.

ARTERIA aperta. Hæmorrhagia vulnerum.

In ARTERIAM aſperam illapſa. Obſtructio.

ARTHRITIS eſt dolor vel tumor cum dolore articulorum ab humore ſeroſo, acri, qui partim diſtenſione, partim acrimonia, membraneas partes vellicat, eaſque dolore afficit.

CAVSA: Humor ſeroſus, acris, ſalſus, Tartareus, ut è dolore, tophis, & ineptitudine ad ſuppurationem colligitur. Iecoris, & lienis calor & ſiccitas, diæta, diſpoſitio arthritica. Licet enim eadem fuerit temperantia victus, hic fiet arthriticus, ille nunquam. Suppreſſio urinæ & ſudoris quæ ſemper fereſparoxyſmum præcedit. *Pareus l.17.* malignam ſtatuit materiam; quia dolores acriores ſunt quam in exulcerato cancro; quia remediis appoſitis ſæpiſſimè exacerbatur. Gal. theriacam præſcribit.

S. *Progn.* Arthritis à multis morbis præſervat. *aph.49.ſ.6.* Tumor, varices apparentes boni. Si non revertatur lethalis. qui alvum habent ſiccam, in iis curari nequit. Tollitur vel reſolutione, vel in ichorem & ſaniem mutatur, vel in tophum, vel ad partes principes fertur. *Laur.* ſuppurari aliquando ait, ſi per vincula in partes carnoſas exprimatur humor.

CURATIO. 1. Revellentia adhibeantur: ut ſi adſit plethora, febris, vires, V. S. imperetur in eodem latere: vel ſi manus ſit ægra in oppoſito. Cucurb. ſcarif. hirud. frict. ligat. 2. Vacuantia. Purgans poſtea detur una vice in principio citra coctionem; cum vires conſiſtunt per paulo fortiora. Durante purgatione pes vel pars affecta altius locetur, vel defenſive præmuniatur. Vomitoria utiliſſima. Poſt ſudorifera imprimis, & diuretica frigidiora, imprimis C C. radix bardanæ. 3. Topica anodyna. *For.* miraculi inſtar laudat Lenticul. paluſtr. & fl. Chamæm. in lacte coct. cum far. hord. *Spiegelius* aqu. ſtill. è rad. fl. ulmariæ, pinguia noxia. Imo ad narcotica ſæpe accedendum. Vide *aph.* 25. *f.* 5. Primo ſint reſolv. & modice repellentia è plantag. aq. ſperm. ranar. ſemper vivo, portul. roſ. cum moderate reſolv. ſub quavis forma. Repellentia autem ſint frigida & humida. Reſolventia ſunt aq. fl. fol. verbaſci, lumbric. terr. decoct. artemiſ. rad. in aqua marina vel ſalſa. *Spiegelius* commendat urinam humanam veterem. Sal urinæ. Spiritus ſalis aq. ulmariæ temperatus & parti dolenti penna illitus. Liquor ſolutorum limacum in vaſe cupreo cum ſale, vel incoq. aceto & ol. roſ. ſuffumigia reſolventia proſunt: præſtat fimus columbinus in aceto coctus, urtica in vino cocta.

Tophi curantur mollientibus cataplaſma-

tis è caſeo veteri, ſuc. Tabaci & ſuffitibus. Caſeus putris cum iure pernæ. *Scal.* addit pulv. pyritis uſti. vid. *Sen. d. arthrit.* Fimus ciconiarum coctus in axungia. Schreckevos. Iſchias ſola reſolventia & attrahentia requirit.

Si dolor ſit tenſivus, ſi pars impreſſi digiti veſtigium non retineat, flatus cum pituita arthritidem veram mentitur. Chirurgi incauti pus ſubeſſe rati aperuerunt magno cum ægri damno. *Fab. cent.* 1. *obſ.* 79. *cent.* 4. *obſ.* 84. podagram tortura curatam vidit.

Fallitur ſæpe Medicus putans cauſam eſſe calidam. 1. ſi dicat calidis juvatur. E. frigida eſt, cum per apertionem pororum calida refrigerari queant. 2. Frigidis dolor ſedatur. E. calida: quia frigida ſenſum tollunt, non cauſam. 3. Eſt intenſus. E. calida, quia frigida ob virus malignum idem poſſunt. 4. Color eſt citrinus. E. fit ab bile. Quia multa pituita pauciſſima bili tingitur. 5. Febris adeſt, urina flammea. E. quia vigiliarum & doloris ratione febris oriri poteſt. *Pareus l.* 17. Rulandus eam curavit purgat. ſudorif. è rad. aſari ℥ ij Centaur. min. m. ij balneo è ligno junip. ℔ j gran. junip. ℔ ß.

Præſeruatio fit à diæta. Gall. gallin. capones uitentur, quia podagra laborant ob eſum arenæ. *Senn.* Vitentur pinguia, frixa, omnia condiantur artemiſia vt ſolet fieri, petroſelino, nimium deambulare & equitare

te valde noxium. Pedes vinaceis expreſſis cal. immittantur. Quidam ſingulis menſibus ad pollices pedum V. ſecant: alij ſingulis menſibus ante plenilunium cucurb. non ſcarif. plantis pedum apponunt. Purgatio fieri poteſt. Vtilia ſunt medic. antipodagrica quæ vid. ap. *Senn.* articuli roborantur pluribus modis.

QVÆSTIO: Quæ cauſa? *Fernelius* cauſam antecedentem extra cranium colligi vult: 1. quia multæ venæ eo deſinunt & adeſt capitis gravitas. 2. quia excrementum in cerebro collectum per nares & palatum expurgatur. Contra argum. *Laur.* & *Senn.* Sed ſi intra cranium colligeretur & inde deflueret per palatum, arthriditem ſemper præcederet nauſea, vomitus, tuſſis. Si à corde vel epate, præcederent bubones in inguinibus & alis; ibi enim propria ſunt emunctoria.

Fernelius vult non per vaſa ſed ſub cute deſcendere materiam. Neg. *Laur.* 1. Quia febres in arthriditem deſinunt, quarum cauſa in venis eſt. 2. Sæpe V. S. percuratur. 3. quia ante paroxyſmum rubent & tument venæ. 4. faceret horrorem.

Fernelius cauſam vult eſſe pituitam. Non eſt ſanguis: quia extravaſatus putreſceret & ſuppuraretur: non melancholia, quia in ſcirrhum abiret, nec ſubito afficeret: non bilis, quia in pus abiret; non pituita ſalſa, quia exulceraret.

2. An omnis dolor articulorum ſit arthritis? Neg. quia ſic luxatio & dolor à lue venerea in virginibus & parituris in quibus coxæ dolent; imo etiam humor in articulis ſenſim generatus, eſſet arthritis, quod falſum eſt: fit enim œdematoſus potius tumor, quam arthritis: ſic ab exſiccatione humoris in articulis fiunt eorum dolores. *aph.* 16. *ſ.* 3. non tamen arthritis.

3. An tempore doloris purgandum? N. *Crato ep* 167. negat quoque cauteria in pedibus convenire, quod partem affectam vacuare non liceat: vnde *Eraſtus* lepram male ſudoriferis curari, *Crato* dyſenteriam per clyſteres aſſerit. Sed erroris plenam vocat ſententiam. *Pareus l.*17. *Hollerius.*

ARTHRITIS vaga Scorbutica eſt dolor variarum partium.

CAVSA: eſt omnium humorum ichor tenuis, turgidus, malignus. Pars affecta: nervoſum genus: quia in dorſo & lumbis ob ſubſtratam medullam valdè luxuriatur; quia fac. nutricis actio læditur: quia nervoſis curatur.

Species. I. Tumores circa articulos habet, qui ſi diu durent proferunt maculas ut in ſcorbuto, quæ aliquando ſuppuratæ in ulcus malignum vertuntur: inprimis circa pedes è quibus vermiculi inſtar Cantharidum proferuntur. Interdum tota materia in vnam aliquam partem decumbit: Vnde corpus totum

cum dolore liberatur, abſceſſus excitatur, qui in fiſtulam deſinit.

II. Abſque tumore; hæc ſæpe maciem infert cum impotentia articulorum.

S. *diagn.* Vagi & atroces dolores in omnibus partibus potiſſimum dorſo & lumbis: primum unam ſolet invadere partem; deinde celeri diſcurſu vicinas quoque occupat: alvus in pluribus eſt adſtrictior, urina ſanorum ſimilis, niſi quod interdum vermiculi inſtar eorum qui è caſeis putridis oriuntur in fundo matulæ innatare & alvi excrementis miſceri videantur, alij bene appetunt, alij non. *Progn.* Curatio ſæpe ad ſeptimanas extenditur.

CURATIO. Empirica ſunt: Lumbrici terr. variis modis præpar. alij talpæ vivæ combuſtæ cinerem cum vino, luna decreſcente, exhibent. Dogmatica.

℞. *pulv. Sen.* ʒ ij *infunde per horas* XII. *in aq. beton.* ℥ jv *forti expreſſ. add. diacarthami* ℥ ß *m.*

℞. *Rad ſuccíſa* ℥ j *ariſtol. rot.* ʒ iij *ſalv. beton. ana m.* I. *abrotan. rut. vinc. perv. ſabin. an. p.* I. *coq in aqua ſimpl. cum huius decocti* ℥ iv *pro doſi traijciantur per colum lumbrici terr. cervino loti & triti n.* V. *dein miſce theriaca* ʒ ß *pulv. Cinam.* ℈ j *ſacch q. ſ. pota & ſuda. repetatur per dies aliquot continuos.*

Abſceſſus rumpitur plantag. & ſale in mortario tuſis impoſitis. Rupto abſceſſui alij cataplaſ. è rad. ſigilli Salom. cum cereuiſia applicant, cum rad. fil. quer. Alij aſpergunt pulverem talpæ. H. de Bra.

ARTICVLORVM vulnus. Vulnus articulorum.

ASTHMA eſt læſa reſpiratio ſine febre cum ſonitu & reſpirationis frequentia ex bronchiorum anguſtia. Si ſumatur proprie, affectus eſt contumax & diuturnus.

CAVSA Vſus auctus ob bronchiorum anguſtiam. obſtructio ab humoris copia, craſſitie, calculo, grandine. Tranſmittitur autem illa materia raro à capite, ſæpe ſenſim colligitur: ſæpiſſime tranſmittitur per venam arterioſam & arteriam venoſam. Si enim ſæpius à capite flueret, tuſſis adeſſet: quia aſthmatici plerumque ſunt cachectici, pedeſque eis intumeſcunt, quia abſque expectoratione ſæpè ceſſat: quia ſuppreſſis hæmorrhoid. ſæpè fit. conſtipatio à tuberculo, tumore. compreſſio. ſubſidentia. coaleſcentia. conſtrictio. à flatibus craſſis ex utero elevatis.

Quicquid reſpirationis inſtrumentis moleſtum eſt, ſi facile excuti poſſit tuſſim facit: ſi difficulter non tuſſim ſed aſthma. Vires enim excuſſioni non ſufficiunt; ſi difficillime, orthopnœa fit; ſi non excuti poſſit, Catarrhus ſuffocativus.

S. diagn.

S. *diagn.* Si à cauſa craſſa, ſenſim genita, ſenſim fit aſthma eſtque continuum. Si affluit, exacerbatur per intervalla, vt tempore autumnali, hyberno & noctu. Si à cerebro, ſigna catharri adſunt. Si ab epate, adeſt tumor pedum & cachexia. Si humor craſſus obſtructionem faciat bronchiorum, tuſſis adeſt cum ſonitu; ſenſim gignitur, Catarrhus abeſt, ſanus eſt æger. Si pituita in pulmone hæreat, adeſt tuſſis & ſonitus & raro quid expectoratur & malum pertinacius & diutius hominem enecat.

Si à ſiccitate pulmonis (ſic vidit Heurnius pulmones ita aridos ut aridum pomum retulerint.) ſputum deficit, macies adeſt totius. *Progn.* Infantes ſuffocat, ſenes non curantur *aph.*40. *ſ.* 2. juvenes difficulter. Periculoſum eſt in febre acuta.

Mutatur aliquando in peripneumoniam, hydropem, cachexiam.

CVRATIO. In ipſo paroxyſmo cauſa eſt revellenda per frictiones, ligat. Cucurb. Clyſter. V. S. ſi vires valeant, adſint indicantia, ſi humor tenuis purgant. Topica mollientia, reſolventia. Quando ultra quartum diem extenditur paroxyſmus, veſicatoria in dorſo è regione pulmonis applicentur.

Extra paroxyſmum, materia evacuanda præparata, poſtea expectorantia dentur, pectus ungatur. Si à catarrho, cerebrum vacuetur. Catarrhus ſuſpendatur. Vſus theria-

cæ veteris eximius eſt, ut & diacalaminthæ, vini aduſti enulati. poſt ſiccetur materia decoct. guajaci. Victus ſit attenuans: potus vinum tenue, melicratum, Motus ante cibum non ſubitus, non vehemens. Sic enim multi ſunt ſuffocati.

AVRIGO. Icterus flavus.

AVRIS obſtructio. Obſtructio meatus auditorij.

AVRIS vlcus. Vlcus auris.

AVRIS vulnus. Vulnus auris.

AVRIVM humiditas infantium. Infantium humiditas aurium.

AVRIVM tinnitus. Tinnitus aurium.

BRONCHOCELE. Hernia gutturalis.

BVBO tumor eſt vel inflammatio glandularum in inguinibus, ſub axillis, auribus. Phyma, Phygethlon parum differunt à bubone.

CAVSA. Sanguis vitioſus, criſis, febris.

S. *progn.* Si non fuerint maligni, periculoſi non ſunt. Si tarde ſuppurentur & diu durent, fiſtulam fere faciunt. Sub axillis citius maturantur, tardius ſub inguinibus, tardiſſime parotides.

CVRATIO per generalia. Sic V. S. utilis eſt cum ceſſavit fluxio. Catharſis in principio & fine. Topica nunquam ſint repellentia ſed attrahentia & reſolventia, vt cucurb. fermentum, reſina, diachyl. cum gumm.

ſatius

ſatius eſt ſi procuretur ſuppuratio, reſoluti enim cito redeunt. ſuppuratio aperiatur, ſolidetur. Curatio bubonis venerei eadem eſt, niſi quod ipſa lues etiam curanda. Curatio peſtilentialis bubonis. Tumor ante omnia ſcarificetur: ſic enim virus vacuatur, humores ob dolorem attrahuntur, vel veſicatorium imponatur poſt attrahentia, ut Ammoniac. rad. lil. ſcabioſ. cœpa theriaca repleta cocta, pulli gallinacei, columbini, circa anum deplumati, catuli diſſecti: poſtea maturantia apponantur, tum digeſtiva: ulcus tamen ſtudioſe apertum ſervetur. Si gangrænam minetur, ei occurrendum. vid. *Senn. l. 4. c. 6. d. peſt. l. 6. p. 4. c. 23. l. 5. p. 1. c. 6. Laur. de Lue ven. Paraus l. 21. & 18.*

BVBONOCELE. Hernia inguinalis.

BVLIMIA eſt appetitus auctus, ſed non continuus cum lipothymia & virium dejectione. Appetentia canina ſemper eſt cum vomitu, vt in canibus, vel diarrhæa.

CAVSA ſuctio in orificio ventriculi. Humor mel. acris, acidus, alimenti defectus quia calor id abſumit, ob vermes, longus detergentium vſus, ut ficuum, gari, quod in ſeipſo expertus eſt Rondeletius. Sæpe fit ex utero.

Cauſa Bulimi eſt frigus ventriculi. Sed quomodo? non eſt credibile vellicare hum. pituitoſum, exprimere, conſtringere: quia in vivo actuale frigus non datur. Platerus à

contractione caloris à frigore ambiente fieri ſtatuit, vnde hieme plus edimus. Senn. etiam putat frigus ambiens orificium ventriculi vellicare. Sed an ſemper hieme accidit hic affectus?

S. *diagn*. Appetentiæ caninæ: ſi fit ab humore acido, ructus fiunt acidi. Si à defectu alimenti ægri emaciantur. Si à frigore hyelus eſt. *Progn*. Facilè in vomitum diuturnum, cæliacam, Hydropem tranſit. Fames magna poſt morbos recidivam minatur. In morbis chronicis quartana, quotidiana, hydrope lethalis.

CVRATIO appetentiæ caninæ: Cauſa vacuetur potiſſimum per vomitum. Dentur cibi famem compeſcentes, pingues, lenti, caro bubula, porcina, cerebrum animalium, amylum recens. Parcè tamen ſumantur. Alterantia commodiſſ. ſunt vinum, ſp. vini, vinum ſalviatum, theriaca, mithrid. Vacuans eſt hiera. poſt robora.

CVRATIO Bulimi. In ipſo paroxyſmo fit ſi excitetur à ſyncope. Extra paroxyſmum non ſtatim cibetur, ſed recollectis planè viribus. Poſt curatur ut appetentia canina.

CACHEXIA Intemperies eſt corporis frigida & humida cum ſymptomate coloris mutati & morbo magnit. ob tumorem pedum.

CAVSA Sanguis ſeroſus, pituitoſus crudus. Vitium hepatis, lienis, ventriculi, cerebri,

rebri, renum ulcus, ob quod ſerum regurgitans ſanguinem infecit, menſium ſuppreſſio, voracitas & ingluvies nimia.

S. *diagn.* Color pallidus, plumbeus, tumor mollis circa oculos, genas, pedes, manus. *Progn.* Sæpe pueros affligit ob voracitatem, ſenes, mulieres. Curationem recipit niſi fiat à morbo incurabili.

CVRATIO Materia vitioſa vacuanda. Cauſa tollenda. Intemperies tollenda per generalia topica. Vtilis eſt pulvis cachecticus dictus vel alius pulvis è limat. chalybis, vinum chalybeatum. *Senn.l.3.p.6.ſ.2.c.2. For. l.9.*

CADAVER an à fulmine tactum. Renuntiatio.

CADAVERIS ſuffocati ſigna. Renuntiatio.

CADAVER ſubmerſum. Renuntiatio.

CADAVER vulneratum Renunciatio.

CALCVLVS RENVM.

CAVSA Tartarus. Calculoſa & arenoſa renum diſpoſitio, cum Fernelio renum ſiccitas, cum Platero calor. Item venus, exercitium mox à paſtu, cibus, aer, potus, coctio læſa.

S. *diagn.* Mictio ardens & laborioſa, urina mucoſa, alvus impedita. *Fab. obſ.* 63. *c.*1. doloris in glande ſenſus *obſ.* 66. *c.* 1. ſtupor cruris lat. affecti, vel quia muſculus pſoas comprimitur vel nervus ejus, nauſea, vomi-

tus ob nervum ſextæ conjugationis. Diſtinguitur à dolore colico. 1. quod in colica dolor eſt acutiſſimus, quod dolor ſupra renes extendatur. 2. Colicus dolor mobilis eſt, calculi fixus. 3. in Colica potius alvus, in nephritide urina ſupprimitur. 4. dolor nephriticus ob ureteres deſcendit ſæpe ad teſticulos; in colica non item. 5. Colica in ſiniſtro latere plerumque exacerbatur ob coli ibidem anguſtiam.

¶ Curatio. In paroxyſmo injiciatur clyſter molliens, vacuans, vel talis potus, vel bolus &c. exhibeatur. 2. Si plethora ſit in toto, V. S. adhibeatur in cubito, ſi ad partem affectam affluxerit, in malleolo. 3. omni ingenio molliendum per interna, externa, ut cataplaſm. è fol. parietar. malv. tritis, coctis, cum mucilag. ſem. lini, fœnugr. alth. balneum, ſemicupium è rebus mollientibus. Interna ſunt ſirupus de althæa. *Fern.* Item Foreſti illud valde probatum.

℞. *Sem. malv. alth. ana* ℥ iij *cicer. rubr.* ℥ iij *Sem. 4. frig. mai. ana* ℥ ij *hordei mundi* ℥ ij, *Caric. ping. n.* IX. *ſeb. n.* VII. *glycyr. raſ.* ℥ v. *Coq. in* ℔ iv *aq. ſ. ad* ℔ ij

Crato cancros in lacte coctos applicat, lac cum mica panis. vel

℞. *ſuc. portul. inſpiſſ.* ℥ j *gumm. Arab.* ℥ ß. *f. pil.*

Sic laxatis viis ægro in balneo ſedenti exhibeantur

hibeantur diuretica ut calculus moueatur. Crato ſeq. ſæpe uſus eſt.

℞. *alth.* ℥ ij *paſſul. mai. exacinat* ℥ iij. *Veron. hed. terr. ana p.* 1. *Coq. & detur hauſtus.*

Vel aliud è Terebinth. &c. Si fruſtra, calculum frangentia exhibe; ut ſangu. hirci vel caprill. Calidus extra applicatur. Item ol. ſcorpionum. Æger ſuccuſſatorem aſcendat atque eo duo milliaria conficiat vel gradus plures pluries adſcendat ad laſſitudinem, ſumpto diuretico vel oleo amygdal. Frictiones superne deorſum fiant. Cucurbita ſicca renibus applicetur; deinde paulo inferius & rurſum alia atque alia oblique ad inguina vſque. Sed dolore ſummo urgente eis non eſt utendum. Hoc tamdiu faciendum donec calculus in veſicam delabatur. *Pareus l.16. For. l.14.*

CALCVLVS Veſicæ. Calculo veſicam intrante miteſcit dolor. Tum igitur ſi vires ferant, equitare ægrum vel pedibus iter conficere oportet: præterea liberaliter potare, à potu quam maxime poteſt urinam cohibere, ut aucta urinæ copia ſimul calculus excludatur: interim extra & intra diuretica applicentur. Cum urethram ingreſſus eſt cavendum ne remeet, ſed digitis ad extremam glandem deducatur lubricata via: ſi in glande reſtitet uncinis evellatur: ſi fruſtra terebello fiſtula ſua incluſo teratur. At ſi lon-

gius à glande reſtitet nec ulla arte queat eximi, tum à latere recta plaga penis eſt incidendus, non ſupra, ob vaſa, nec infra: eſt enim pars membranea. filo interim ſtringenda eſt urethra ne remeet & præputium quam maxime eſt trahendum, ut totam glandem tegat. Facta inciſione, exemto calculo, cutis remittenda, ut inciſum penem integra cutis contegat: ſic enim unio erit facilior. Vltimum remedium eſt lithotomia, vid. Senn. chirurg. *Para. l.* 16. extrema ſunt narcotica ſed caute exhibita. Crato ep. 121. maximos dolores curavit diſcuſſis flatibus per clyſterem; aucto calore viſcerum. Sic umbilicum inungit oleo de Terebinth. junip. nuc. moſch. Ventriculum ſolo oleo nucis moſchatæ: per os exhibet decoctum Veronicæ cum vino, vel decoctum raparum cum ſaccharo candido, butyro vel oleo amygd. Sed detrahendus illis eſt cortex & primæ copturæ aqua abjicienda. Inungit aq. alb. ovorum.

Fernelius omnem calculum veſicæ è renibus veniſſe ait; quia omnia mucoſa è veſica per urinam vacuantur: unde omnem calculum veſicæ ſi frangatur cortex, nucleum ſemper continere tanquam indumentum. Cineritij eſt coloris & ſcabroſus. *Fab. Cent.* 4. *obſ.* 5. vid. *Hiſt. Guilh. Laurembergij*, qui calculum veſicæ medicam. curavit apud *Senn. l.* 3. *p.* 8. *ſ.* 1. *c.* 2. aquæ per catheterem immiſſæ in veſica lapidem frangere poſſunt: licetque

que extra corpus humanum in lapidibus è veſica extractis periculum facere.

CANCER. Tumor eſt durus, aſper, inæqualis, rotundus, immobilis, lividus, profunde hærens venis atro humore turgentibus & in habitum ſparſis ad inſtar cancri divaricatis.

CAUSA: atra bilis. *Heurnius in aph.* 38. *ſ.* 6. duplex venenum eſſe aſſerit, unum putrefaciens quod exacerbatur ſuppurantibus, alterum erodens quod exacerbatur cathæreticis.

S. diagn. Tumor calidus, dolorificus, ulceratus. Vlcus eſt fætidum, ſordidum, labia ſunt tumida, craſſa, livida. *Progn. aph.* 38. *ſ.* 6. per occultos non ulcerati intelliguntur. *Senn. Fab. Cent.* 3. *obſ.* 87. Nulli cancri etiam mammarum, abſciſione curantur quin recidivam faciant. Cancrum labiorum quomodo exſtirpare debeas docet *Pareus l.* 6. *c.* 29.

CURATIO. Perfecta abſciſſione fit. Vlcerati prohibendum incrementum, non ulcerati ulceratio. Palliativa. 1. fit diæta. 2. vacuantibus & alterantibus. 3. revulſione & derivatione per fonticulum. 4. Topicis. Succus decoct. Solani, intybi, cochlearum carnes elixæ, cancri fluviatiles, ranæ virides, ol. ranarum. vid. *Sen. l.* 5. *p.* 1. *c.* 20. cineres cancrorum. *Sen.* herb. ſcabioſ. *Robert.* chæref. aneth. Caprif. pulv. ſterc. hum. *For. l.* 17. cinis verbaſci, Chelid. min. *Rob.* ol. ovorum

&cera in mort.pl.cum aqua ſolani cum piſtil. pl. mixtum. Lac aſininum utile eſt & theriaca, Eriſymum tritum vel ſub forma fotus & ſanguiſug. Catell. & felium ſectorum applicatio. Gal. pulv. uſtorum cancr. ol. roſ. exceptum cum linteo applicat. Præſtans *Parai*: Lamina plumbea hydrargyro obducta, quæ alexipharmacum eſt omnium ulcerum malignorum. Sed quia vapores detinet, *Foreſto* non probatur *Par l.6.* eam varie perforandam jubet. *Crato* ep. 59. Oculi cancrorum in marmore lævigati, ſumti cum juſculo vel vino plurimum poſſunt in maximis doloribus cancri.

Ægyptiacum cancroſis ulceribus lethale. *Fab. l.3. ob. 86.* Vetula curavit cancrum ſalvia dentibus maſticata appoſita. *For. l. c.*

CVRATIO Vlcerati fit per metallica. ung. de tutia, diapomphol. vel ſucc. ſolani depurat. & in mort. plumbeo piſt. pl. agitati ℥ viij tutiæ vulg. in aqua ſolani decies lotæ ʒ ij plumbi uſti & ſimiliter loti ʒ j ol. roſat. ℥ ß ſucc. ſolani q. ſ. fiat litus in mort.pl.piſt. pl. Nonnulli quotidie gallinam apponunt quam comedit cancer. *For. l.c.* empl. de ceruſſa. Verè curatur vel ſectione vel uſtione vel med. adurentibus: ſi ſanguis fundatur laudabilis & ſanies, perfecta eſt curatio. vid. *Senn. l.c.* Nulla attrahentia aut digeſtiva proſunt, nec olea aut pinguia exceptis ſuccis, cera alba & ſævo hircino. *For. l.* 28. Puſtula

parva

parva cancroſa circa mentum, os, naſum, tarde creſcens, *Noli me tangere* vocatur; Cancer in tibiis & cruribus *lupus* vocatur. *Senn. l.c.* Sanguis commodè per intervalla aliquando mittitur. Herba card. benedicti, exhibetur commodè magiſterium oculorum cancri cum aqua perſicariæ. *Senn. l.4. p.3. ſ.1. c.7.* Modum ſectionis vid. ibidem. Quid cavendum vide de muſculo pectorali in anatomicis. Feliciſſime apponitur gallina ſecta per medium & quotidie renovatur. Celebre eſt medic. Antonij Fuchſij Itali, quod vid. *ap. Sen. l.c.* Aq. præſtans *Fab.* & plura alia vid. *ap. Senn. l.c.*

CANCROSVS ficus. Ficus cancroſus.

CANIS rabidi morſus. Venenum.

CAPILLI. Pili.

CAPITIS dolor. Dolor capitis.

CAPITIS dolor in febribus. Febrium ſymptomata.

CAPITIS hydrops. Hydrocephalus.

CARBVNCVLVS. Anthrax.

CARNEA excreſcentia. Vlcus.

CARTILAGINIS xiphoidis prolapſus. Procidentia cartilaginis xiphoidis.

CARVS eſt ſomnus profundus cum ſenſus & motus ablatione à ſpiritibus impeditis. Reſpiratio tamen manet libera.

Cavsa. Compreſſio Cranij & cerebri. Sic *Fern.* vidit quendam per 3. menſes Caroticum, ita vt perforationis Cranij non me-

minerit. *Foreſtus* quendam curavit qui per dies 14. fuit Caroticus. Cerebri obſtructio, refrigeratio, concuſſio, motio, turbatio ſp. animalium ab ictu, lapſu, læſio muſculi temporalis & arteriarum carotidum, vis narcotica, Vermes, Vterus, Vapor carbonum. Radij Lunares.

S. *diagn.* Somnus profundus, puncti ſentiunt, ſe contrahunt, ſi febris adſit ſequitur acceſſiones. Differt ab apoplexia & ſyncope ut ſupra. A Catoche: quod in caro oculi ſint clauſi, nec homo manet in eo ſtatu in quo fuit prehenſus. A Lethargo; quod lethargus ſemper eſt cum febre; carotici interrogati non reſpondent.

Progn. Carus febribus ſuperueniens lethalis.

CVRATIO: Si à cauſa 1. Curatur ut depreſſio cranij. Si à 2. ut apoplexia, cephalalgia pituitoſa. Si à 3. ut commotio cerebri. Si à 4. curatur pro ratione læſionis. Si à 5. Curatur alexipharmacis, ut venena. Excitari autem debent more vulgato. V. S. non convenit. præſtantius non datur quam eſus naſturtij vel cocti vel conditi in acetario. *For.*

CATALEPSIS. ægri manent rigidi in eodem ſtatu quo prehenſi fuerunt. Interdum tamen nonnihil audiunt, vident, recordantur & poſt narrant, ſi quid ori ingeratur deglutiunt, impulſi incedunt. Milites in

in obſidione Metenſi haſtam in manibus tenuerunt, equites turmam ſequebantur non minus quam non congelati.

CAVSA eſt vapor congelans, figens è mineris terræ vel humore mel. elevatus, ſpiritus figens non qui jam in partes influxerunt ſed qui imaginationi in cerebro ſubſerviunt. aër frigidus vero non catochen ſed ſphacelum & ſtuporem inducit.

CVRATIO. 1. Excitandi. 2. Curatur ut cephal. melanch. Acetum Topicis non miſceatur: figit enim & illud. V. S. concedi poteſt, ſi adſint indicantia. *Senn. For.*

CATAPHORA. Coma.

CATARACTA. Oculi vitia.

CATARRHVS eſt Symptoma in excretis ſive generaliter ſumatur, pro quovis defluxu, ſive in ſpecie pro defluxu in pulmones.

CAVSA Fluxionis nota eſt. Dolor tamen non trahit ſed ob debilitatem partis diſcutere non valet. *Laur. de Catarr.* Humores ſunt res nat. non n. & p. n. epar calidum, cerebrum frigidum, quod ſæpè calidi catarrhi cauſa eſt cum pituita ſalſa in eo colligitur, & contra.

Diff. præcipua à termino à quo. Sic à liene oriri poteſt vel alio modo per conſenſum, in quo fruſtra medicam. capiti pleraque applicantur. Cum febre eſt vel ſine.

S. *diagn.* Cauſæ ſunt propria & per Syn-

dromen collecta, ut color, ſapor, motus, calor, dolor, mollities. Partis affectæ ſeu mittentis. Si à cerebro fiat, facilè, ſæpè diu & continuo affligit. Si intermiſſiones faciat, ſi adſint alterius partis affectæ indicia, ut alvus, menſes ſuppreſſi, ab alia parte fiunt.

CURATIO. Si fiat per conſenſum pars illa primario reſpiciatur. Revellentia non trahunt à capite ſed revellunt à parte primario affecta. Cerebrum tamen roboretur. Si fiat per Idiopathiam cerebri, & cum impetu in pectus defluat, derivantia & ſiſtentia ex uſu ſunt. Si non, Cauſa. 1. eſt vacuanda per generalia & poſtea per topica. V. S. etiam in frigido Catarrho locum habet, ſi epar ſit Calidum. 2. Vacuato præparato humore caput ſiccandum per interna & Topica. Calidis autem cephalicis etiam in catarrho frigido commodè miſcetur conſerva roſarum, & revellendum per ſetacea, frictiones, cucurb. Gal. emplaſtrum è columbino ſtercore rec. per tres horas ne nimis exureret, capiti raſo imponit: mire enim calefacit, ſiccat. Granum unum thuris albiſſ. hora decubitus ſumtum, ſecretum. Decoctum ligni Guajaci, ſiccantes pulv. cephalici. *Senn. l. 1. p. 1. c. 11. Med. Pract.* Si catarrhus ſit calidus, eccoproticum detur. V. ſecetur, præparantia, purgantia exhibeantur, Topica, ſiccantia, roborantia dentur. Si periculum ſit ſuffocationis, omni ingenio revellendum per fimum columb.

columb. cauteria, clyſt. lot. ligat. frict. cucurb. veſicatoria, errhina, Topica & generalia. Siſtendum per interna, etiam per laudanum opiatum & narcotica. Diæta ſit ſicca. Cœna parca. Somnus parcus. Decubitus variat. Si catarrhum in capite detinere volumus caput jaceat ſupinum: ſi plus noceat in capite quam pectore caput altius locetur. *Laur. de Cat. For. Senn.*

CATARRHVS infantium. Infantium catarrhus.

CATOCHE. Catalepſis.

CEPHALÆA. Dolor capitis.

CEPHALALGIA. Dolor capitis.

CEREBRI concuſſio. Concuſſio cerebri.

CEREBRI inflammatio. Inflammatio cerebri.

CHEMOSIS. Oculi vitia.

CHOLERA humida eſt aſſidua & immoderata humoris pravi per ſuperiora & inferiora rejectio.

CAVSA eſt humor acris corruptus circa ventriculum & lienem, meſenterium, venas, reſtitans. Venenum ſumtum.

S. *diagn.* Febris abeſt, adeſt dolor, inflatio, vomitus, dejectio. *progn.* Intra 3. vel 4. dies interimit. Si intra horas 18. terminatur, ſalutaris ſæpe fuit.

CVRATIO. 1. Vomitus ſi parcior ſit eſt promovendus epota multa aqua tepida:

parca enim bileſcit, decocto hord. non ex cortic. cum ſaccaro vel ſir. roſ. Sero caprill. vel vaccino cum ſirupo roſ. 2. Si vomitus ſit immoderatus, alvus eſt movenda. Detur ergo ſerum lactis vel juſculum cum manna vel ſir. roſ. ſol. Clyſter molliens refrig. injiciatur cum diacathol. caſſ. Si alvi fluxus ſit immoderatus, vomitus moveatur. 3. Si valde excedat excretio, revellentia utilia ſunt, ut ligaturæ membrorum ſuperiorum ſi vomitus; inferiorum ſi fluxus alvi excedat. Materia etiam temperanda per interna Topica. Præſentiſſimum remedium eſt Cryſtalli ℥ ß vel per ſe vel aliis medicam. mixti. ſæpe laud. opiat. dandum ſi Syncope metuatur. 4. Vires roborandæ per interna & Topica.

CHOLERA Sicca eſt ſpiritus flatuoſi per ſuperiora & inferiora excretio cum inflatione ventris & ſtrepitu, dolore laterum & lumborum.

CAVSA eſt ventriculi imbecillitas quæ flatus generat, vel humor lentus, tenax, cum calore ventric. inteſtinorum ſatis forti; qui humorem in flatum reſolvit vel cibus flatulentus.

S. *progn.* Tam periculoſa non eſt quam humida.

CVRATIO. 1. Flatus educendi, diſcutiendi, temperandi clyſt. ex oleo dulci vel ſem. lini amygd. d. cum decocto moll. & carminativo: per Topica item. Exhibendum

oleum,

oleum, vinum, niſi quid obſtet. 2. Materia vacuanda per ſyr. roſ. ſol. temperanda juſculis. Si à veneno, curatur alexipharmacis.

CHORDAPSVS. Ileus.

CIRSOCELE. Hernia varicoſa.

CLAVVS. Dolor capitis.

CLAVVS. Verruca.

COLICA in genere eſt dolor inteſtinorum vehemens, vagus.

CAVSA. 1. eſt flatus vel à caloris debilitate vel calore forti & pituita viſcida vel ex humore mel. flatulento ortus vel cibis flat.

2. Fæces induratæ, calculus, vermes, hernia quæ omnia continuum ſolvendo dolorem faciunt.

3. flatus vel humores inter duas tunicas collecti.

S. *diagn.* Differt à dolore ventriculi. Semper enim dolor ventriculi ſupra umbilicum ſubſiſtit & ſæpe ad ſpinam inter ſcapulas pertingit cum ad nonam vertebram ventriculus ſpinæ alligetur, levatur ructibus. Differt à dolore uteri quod dolor uteri inguinibus & coxis communicatur & ſupra ilia non adſcendit, præceſſit partus, menſes ſupprimuntur.

Progn. Colica ſæpe ſequitur icterum ex obſtructione meatus cholidochi factum prout icterus ſæpe ſequitur colicam ob cauſam eandem.

Si diu duret hydropem facit, herniam, rupturam umbilici.

CVRATIO. 1. Cauſa eſt tollenda. 2. dolor.

Dolor tollitur internis & topicis mollientibus, balneo. Imo narcoticis ſi cauſa ſit calida. Si vero ſit frigida cauſam morbificam deteriorem reddunt & paulo poſt dolores majores revertuntur. Raro per os exhibenda. Tutius per clyſteres injiciuntur ut Phylonij Romani ℈ j. *For*. Laudan. opiat. ad gr. iij. Appropriata ſunt ſtercus lupi albiſſ. ad ʒ j. etiam foris appenſum. Inteſtinum lupi ad ʒ j. cum liquore. Alaudæ aſſæ pulvis. C C ʒ j. in potu, inteſtina gallinæ toſta ad ʒ j. ʒ ß. pulv. Teſticul. equi vino lotorum & ſiccatorum in furno. Durante dolore nihil eſt edendum.

COLICA è fecibus, flatu.

S. *diagn*. Alui ſuppreſſio præceſſit cum alvi pondere, dolore, cephalalgia, palpabili duritie.

CVRATIO. 1. Clyſteres injiciantur mollientes, lenientes, ac ſenſim fortia purgantia miſcenda, donec excernantur feces: ſi non operentur, leniens per os exhibeatur ut mannæ ℥ j ß. ol. amygd. d. ℥ ij. cum jure gallinæ. Vtile eſt oleum galbani, empl. è baccis laur. extra applicata. Vltimum remedium eſt follis Hippocratis, quo inteſtina ita inflantur ut à ſtercoribus internis ſuperficie ſua ſeparentur, poſt clyſter immittitur.

Si à vermibus, curatur ut vermes.

Si ab

Si ab hernia ut hernia.

Cucurbitulæ umbilico applicatæ incantamenti inſtar curarunt. Conſtringenda eſt alvus latis faſciis.

Seq. clyſter miraculo profuit. ℞. Vini malvat. ol. nucum (quod & *For*. commendat) ana ℥ iij. aq. vitæ ℥ j. ol. junip. & rutæ ana ʒ iij. injiciantur calide.

COLICA à cauſa inter tunicas.

S. *diagn*. Dolor acutiſſimus inſtar pali fixus eſt.

CVRATIO: clyſteres injiciantur mollientes carminativi: omni ſtudio caveatur vomitus, poſt clyſteres fiant acriores. Solutiva carminativa ut allium per os exhibeantur. Externa utilia ſunt.

Si fiat ab humore acri ſcorbutico in venis & tunicis inteſtinorum hærente, curatur refrig. humect. internis, Topicis vacuantibus bilem, &c. ut dyſenteria.

Si ab inflammatione inteſtinorum curatur ut inflamm.

QVÆSTIO: An clyſteres purgantes conveniant? N. quia trahunt ad partem affectam nec vacuantur: alvus enim ſuppreſſa eſt. Sen. For. Pareus.

COLORATIO capillorum. Pili.

COLVMELLÆ inflammatio. Inflammatio gurgulionis.

COMA ſomnolentum eſt actio imminuta à ſpirituum influxu prohibito.

CAVSA: vis narcotica, obſtructio cerebri, vermes, uterus, compreſſio cranij.

S. diagn. æger diu & profundè dormit, hiante ore.

Diff. à caro: quod in Comate interrogati reſpondent: à ſyncope pulſu & facies in comate non eſt mortuo ſimilis.

Progn. aph.1. ſ.2.3. ſ. 2. in febb. continuis exitiale eſt. Minus periculoſum quod per conſenſum fit.

CVRATIO. Excitetur, vacuetur, revellatur, derivetur cauſa: ſiccetur, roboretur cerebrum.

Si per conſenſum fiat, pars primario laborans curetur.

COMA Vigil. Eſt cum ægri clauſis oculis fruſtra dormire tentant vel ſine delirio vel cum delirio. Sic Comaticus apud Heurnium Monacho cuſtodi caput abſcidit cum dormiret.

CAVSA Vapor narcoticus ſed ſimul turbans vel cum vapore calido ſomnum turbante.

S. Progn. In Lethargum vel phrenitidem mutari ſolet.

CVRATIO: Cum ſemper ferè ingruat cum febre maligna præter ejus curationem malignitas & venenum impugnandum, revellendum, roborandum, &c.

COMBVSTA. Diff. vel calor ſaltem in parte ſentitur vel veſiculæ tantum excitan-

Progn.

Progn. A fulmine plerumque lethalis. In abdomine difficulter curantur; profundiores eſcharæ minus ſunt dolorificæ.

CURATIO. 1. Empyreuma ſeu atomi ignis evocentur. Quod fit calidis. Si levis ſit combuſtio citiſſimè pars igni admoveatur vel aq. calida foveatur, mox cæpæ in mortario tuſæ cum ſale applicentur. Vel ℞ cæp. crud. ℥ j ß ſalis, ſap. Veneti ana ℥ ß m. in mortario, affund. ol. roſ. & amygd. d. q. ſ. *Fab.* obſ. 93 Cent. 4. fimus eq. rec. Salv. ebul. Sambuc. fol. cum ſale & oleo nucum trita. Calx viva novies lota cum aq. malv. & butyro. Ol. lini. ſuc. cæpar. butyr. majal. ſuc. ſambuc. pingued. por. Camphor. ol. oliv. Calx ſic lota miſcetur cum oleo hyperic. ſuc. aliquo, cremore lactis. ℞. lardi conciſi ℔ j liquefiat in aq. roſ. Coletur per rarum linteum. lavetur quater aq. hyoſca. vel plantag. vitell. ovi rec. III. miſc. ung. in ambuſtis ita ſint facta ut non tenaciter adhæreant ſed facilè abſtergi poſſint.

Si veſiculæ ſint excitatæ ante tertium non ſunt aperiendæ nec poſt, ſed circa tertium aperiantur. Si vero combuſtio in tertia ſit differentia, omnes puſtulæ ſunt incidendæ, eſchara tollenda mollientibus, vel ſi major ſit ſcarificatu profundo ad vivum uſque, ut mollientibus detur aditus & fuligines tranſpirare queant, vel ſcalpello removeatur, ſupra partem defenſivum ponatur. Si gan-

græna immineat ei occurrendum. *Par. l.* XI. Vng. alabaſtr. præſtans eſt ad cicatricem inducendam.

Combuſtio à pulvere pyrio fœdum colorem relinquit cum granulis, quæ nec ſcarif. nec cucurbit. nec veſicat. ſæpe evocari queunt.

Combuſtio à fulmine curatur per interna cardiaca & Topicis è fol. rutæ, cœpis, theriaca, &c Topica omnia fiant ex alexipharmacis. Si os ſimul fractum ſit, vulgaria glutinantia venenum detinent, &c. medicam. è rad. angel. vincetox. fol. rutæ & appone. defenſivum etiam.

Comb. oculorum. Lac tepicum inſtill. Foreſtus filium curavit emulſ. ſem. cydon. facta cum aqua roſæ. Vtilia ſunt reliqua mollientia.

Comb. articulorum acria non fert ſed mollientia præmiſſis generalibus.

CONCVSSIO cerebri fit à cauſa externa. Sic Hipp. ab alapa quandam mortuam narrat.

Signa ſunt vomitus ut in fractura cranii.

Progn. Si ſanguis inter tenuem & duram matrem effundatur deſperatum eſt.

CVRATIO Fit revellentibus, repellentibus. ut V. S. in cubito, clyſter injiciatur, Catapl. repellens injiciatur è far. hord. ℥ vj. ol. roſ. ℥ iij. aceti q. ſ. cujus uſus eſt ad 4. diem. Cucurb. ſcapulis affixæ, ſeq. die

vena

vena puppis quæ ſupra lambdoidalem eſt ſecetur, altero die V. frontis ſub lingua, a 4 re ſolventibus eſt utendum ut Cerato Vigonis vel ung. Alabaſt, empl. è gum. hederæ. vltimum remed. apertio cranij etiam poſt ſecundum menſem. *Fab. cent.* 4. *obſ.* 2. *Par. l.* 9. *Sen. l.* 1. *p.* 1. *c.* 20.

CONDYLOMA. Verruca.

CONTVSIO cum ecchymoſi eſt cum ſanguis è vaſis ſeu tenſione ſeu ruptione exprimitur.

CVRATIO Sanguis extravaſatus vacuatur vel modo ſpectabili ut V. S. cucurb. ſcarif. hirud, modo continua & vehemens febris ægrum non habeat: vel reſolventibus internis & ſudoriferis balneis, diæta tenui. ſic V. S. utitur Gal. licet plethora non adſit: mox exhibet ℥ jv. oxycrati

Topica primo ſint repell. poſt reſolventia, ut ung. alab. quod ſemper competit excepto febris principio.

Si gangræna immineat, quod ex duritie tumoris (mollis enim ſi ſit, parva eſt contuſio) & livore colligitur, potenter eſt reſolvendum ſacculo toſto &c. vel ſcarificetur vel apperiatur cultello, curetur ut gangræna. efficax eſt rad. ſigill. Salom. contuſa appoſ. rec. vel vino macerata. Si ſit cum vulnere, primo adſtringens applica, poſt digeſtivum partibus vicinis ſuppurans. *Par. l.* 11. alias ſuppurans locum non habet in parte affecta.

Si in infantibus, Cæſar Arantius ſectione olim uſus eſt, qua ob clamorem, dolorem, infantes in ſummum periculum deduxit. Poſt oculatior factus per diem nat. primo omnium linteum ovi alb. & acet. roſ. imbutum apponit ſæpe madefaciendum. poſt ad diem nonum uſque cataplaſma è fl. roſ. rub. fol. & bacc. myrti ana ℥ ij far. fab. hord. ana ℥ j. abſint. beton. ana ℥ ß. ſem. cum. Vino nigro. Fiat cataplaſm. adde ol. ros. chamæmyl. ana ℥ j. Tantum eis appone ut vicinas etiam partes complectatur. poſt decimum diem empl. diapalm. ſeu diachalcit. apponit *Sen. l.1. p.1. c.21. & de Tumoribus.*

CONTUSIO Cum fractione cranij ſeu vulnere.

Si ſanguinis copia ſit effuſa inter cranium & membranas, quod ſcitur ex effuſione ſanguinis per nares, aures, capitis gravitate, ſtupore, ſopore.

Si os ſit depreſſum & cerebrum premat, quod digitis exploratur.

Si cranij particulæ meninges pungant, quod cognoſcitur ſi dum æger naſum emungit puncturam ſentiat, vel delirium adſit. cranium eſt aperiendum vel elevandum.

Si vero horum nihil adſit, præmiſſa V. S. & cholagogis curatur empl. è gum. hederæ. Sic Foreſtus quondam ſolo oleo hyperici curavit. Vidus Vidius, Lanfrancus, ſæpius & tutius medicam. quam trepano curari aiunt.

CON-

CONTVSIO cum effluxu ſanguinis per & in ſuperiora.

Cum in hoc caſu 4. ſint in metu. 1. ne ſanguis nimis effluat. 2. ne ſuffocet. 3. ne concreſcat. 4. ne putreſcat: cumque concretio reſolventia, ruptura ſolidantia indicet, ei occurrendum quod magis urget. Ergo à V. S. cum jam ſanguis rarius ejicitur cumque non amplius tam floridus apparet, exhibe reſolvens ut poſcam dilutam vel medicam. è coagul. lepor. hædi, caryophyllat. artemiſ. rub. Caul. rub. beton. rhabarb. rhapontic. terra ſigill. Sperma ceti, oculi cancri. C C. corall. præp. bol. arm. aq. chæref. card. Mar. decoct. fl. bellidis minoris, hyper. fumar. ſcabios. rad. angel. Vincetox. ſem. card. ben. rub. tinctor. Mumia inutilis eſt; vomitum enim movet. &c. *Par*. l. XI. poſtea omni ope glutinandum ut in hæmoptyſi. Succinum. Si dolor fiat ventris à ſanguine concreto, expurgetur per Rhabarb. &c.

Si tuſſis ſuſpendatur Catarrh.

CONVOLVVLVS. Ileus.

CONVVLSIO eſt motus muſculorum depravatus.

CAVSA non eſt inanitio quia fit ab elleboro: quia in hecticis & febb. ardentibus raro fit; nec repletio: quia in plethora non fit, nec elleborus replet.

Subj. Eſt muſculus, ejus potiſſimum partes nervoſæ & fibroſæ, cum eorum expultrix

irritatur, ob quam facultas animalis in conſenſum trahitur, ut in vomitu, tuſſi, &c. Si firmiter parti adhæreat, fit convulſio, ſi vero vapor vel materia mobilis, fit motus convulſivus. Si unus vel unius generis muſculus afficiatur ut flectentes, fit convulſio: Si vero duo antagoniſtæ fit motus convulſivus. In convulſivo motu cerebrum ſimul afficitur, in convulſione rarò. Si à vulnere fiat convulſio, fit ab acredine ſaniei. Cum partes ultra tonum contrahuntur, diſlocantur, diſtorquentur, ut extendi denuo non poſſint.

Progn. In aphoriſm. Hipp. Convulſio ſubito orta alvi fluxu vel febre ſuperveniente, ſolvitur. 4. diem ſi effugiant, ſanantur.

Curatio. Si per conſenſum pars primario laborans curetur. Si per eſſentiam V. S. eſt utilis vel cucurb. ſcarif. Si crura ſint convulſa coxis, ſi manus primæ thoracis vertebræ; ſi lingua, palpebra primis cervicis vertebris apponantur. Purgatio, frictiones, clyſteres acres, inunctiones ſpinæ locum habent. Topica ſint reſolventia incipiendo à mitioribus. ol. chamæmyl. aneth. &c. pinguedo anſeris. &c. Interna ſint ut in paralyſi. Os convulſum nullo modo inſtrumento eſt aperiendum.

Si à vulnere, ſanies detergatur, phlegmone ſanetur.

Si ab eſu fungorum, Galenus ſtercus gallinarum cum oxymel. exhibet magno ſecreto.

Ani-

A nimiis ſiccantibus indurati nervi ſæpè curari non poſſunt.

CORDIS palpitatio. Palpitatio cordis.

CORNEÆ puſtulæ. Puſtula.

CRANII fractura cum contuſione Contuſio cum fractione cranij ſeu vulnere.

CRANII fractura. Fractura cranij cum vulnere.

CRISES. Imperfectæ; materia nondum cocta, tamen bonæ. Vidit *For.* ſæpè repetita criſi, tamen ægros evaſiſſe. Sic ab apoplexia paralyſis, à lethargo parotides bonum.

Fern. l.2. c.1. ſtatuit criſes utiles non fieri per hæmorrhagiam, 1. quia ſemper ſanguis ruber floridus effluit.

2. Quia radicem morbi non revellit citra enormen fluxum. vid. aph. 25. ſ.4. Reſpond. Zac. l.1. hiſt. 64. quod ruber ille ſanguis apparet, quia guttatim exſtillat; unde calor ejus ab aëre ambiente tollitur; iccirco frigus heterogenea ab bonis ſeparari non patitur: unde ſanguis manet ruber. In cubito confertim effluit: unde manente calore craſſæ à bonis ſeparantur.

CRISPATIO capillorum. Pili.

CRISTA. Verruca.

CRVRIS fractura. Fractura cruris cum vulnere.

CRVSTA lactea. Sahafati.

DENTIVM caries & nigredo fit à nimis calidis, frigidis, dulcibus, acidis, fucis ex hydrargyro.

Præſerv. Si à cibo os vino eluatur, & dentibus maſtiche, cyperus imponatur.

CVRATIO. Si quis omni mane gr. ſalis ſub lingua contineat, & eo liquato dentes fricet. Sp. & ol. vitrioli aq. permixtum dentes reddit albiſſimos. Pumex ignitus bis vino albo extinctus & tertio ignitus relictus, donec refrig. tritus & lotus albiſſ. facit dentes, etiam non ignitus. *For. l.14.*

Quidam ſolo pane toſto utuntur. *Par l.16.*

Oſſa ſepiæ, C C. cinam. corall. oculi cancri, teſt. ovor. cochl. mandib. lucij piſc. maſtich. rad. ariſtol. rad. ireos, roſmar. fl. lavend. roſ. arena alba ſubtiliſſ. alij ſolo melle roſat. cum oleo vitriol. utuntur. Cinis ſtirpium roriſm. Cinis Nicotianæ.

DENTES Ferro avelluntur vel ob dolorem ſummum, vel cariem, quæ animam olidam reddit, vel ſi ſe extra ordinem ſuum profert. Summa manus moderatione opus eſt, ne maxilla loco moveatur, frangatur cum alveolo, unde hæmorrhagia vel os obtortum ſemper maneat: ne ſanus pro ægro evellatur. Exemto dente ſanguis liberaliter fluat, os oxycrato proluatur, ventus fugiatur. Vt dentes ſine violentia euelli poſſint, gummi hederæ imponatur vel radix cucumeris agreſtis in aceto macerata per triduum, ſemen hyoſcyami, vel radix ejuſdem aſſata radici dentis calida applicata. Sed vicini dentes non tangantur, os apertum ſervetur ut ſa-

liua

liva effluat, nihil deglutiatur.

DENTIVM ſtupor. Cauſa eſt ſapor acidus.

CVRATIO. Portul. maſticata, ſuccus ejus prodeſt. amygd. am. avell. jugl. maſtic. rad. ſicc. glycyrrh. Vinum. Sal.

DENTIVM dolor. Fit vel à cauſa frigida vel calida vel vermibus in dente. Affluit ſerum illud vel à capite vel ab alia parte.

S. *Progn.* à dolore tumor bonum.

CVRATIO. Cauſa vacuanda, revellenda, derivanda, omni ingenio: ſecari poteſt vena pone aurem, per veſicatoria, &c. fronti, tempor. adſtringens applicetur. Topica in cauſa calida. aq. roſ. cum tertia parte aceti, ſucc. plantag. ſempervivi, lactuc. acetoſ. &c. *Rul.* aq. Solani cum aqua vitrioli utitur.

Si gingivæ ſimul ſint affectæ acetum ob acrimoniam vitandum. ungu. alabaſt. *Senn.* Radix lapathi acuti in taleolas conciſa & denti dolenti impoſita mire auxiliatur, decoctum item fol. lappæ. *Fer. Paraus* tribus graviſſ. dolores dentium à cauſa calida curavit. 1. appoſitis ſanguiſugis, gingivis tumentibus leniter ſcarificatis. 2. phlebotomia ſub lingua. 3. earum quæ pone aures ſunt.

Si à cauſa frigida. Allium ſub cineribus coctum dolenti denti impoſitum.

Aq. vitæ. piper. Gum. Iunip. ℥ſs Vini rhen.

℥ viij. coque, cola. colatura calide in ore detineatur. ol. cal. junip. & fumus Nicotianæ, ſæpe expertum à *Senn.*

℞. Rad. filicis. pentaphyll. ana ʒ iij. biſtort. ʒ ij. fol. rut. Salv. beton. fl. roſ. rub. ana m. ß. coq. in vini rubri & aq. ſ. ana q. ſ. pro collutione à quavis cauſa. Vltima ſunt narcotica. *Rul.* ol. camph. vel ligni Heraclij guttas aliquot apponit cum goſſypio.

Vltimum vel ferri candentis ad rad. ima depreſſio vel narcotica vel extractio: præmittatur tamen lac tithymali thuris & amyli polline exceptum vel tangatur aq. diſtillata è ſale ammoniaco.

Graviſſimos dolores dentium videmus ſimulac evomuit aliquis tolli. *Crato ep.* 182.

DENTIVM vacillatio vel fit à nimia humiditate vel lue venerea vel inunctione hydrargirica, vel à ſcorbuto.

CVRATIO. Si ab humidis, præmiſſis ſiccantibus generalibus, Topica ſint calida adſtringentia: ſed omittenda quæ dentes denigrant ut cort. granat. balauſt. gall. vitriol. alligationem per filum aureum ſæpe ſequitur inflammatio.

DENTITIO infantum ſub menſem ſeptimum fit.

CVRATIO. Nutrix curetur ac ſi febricitet. Ori infantis actu frigida non ingerenda, omni ingenio gingiva mollienda ut baculo glycyrr. ol. amygd. d. adeps gall. butyr.

For.

For. cerebellum leporis cum melle terit, quo gingivas fricet: cerebellum pullorum avium. Commendatur & ſuccus è cancris vivis contuſis cum aq. fl. cyami extractus ſi gingivæ eo abluantur. *Par. l.*23. *c.*67. ſcalpello gingivas aperuit. Dens dexter caninus lupi appendi ſolet cum catena argentea.

DIABETE. Cauſa renum retentrix læſa vel ab urinæ copia vel qualitate. Copia urinæ fit à calore hepatis, lienis, ſerum liquante, imbecillitate ventriculi, viarum laxitate; fit potiſſimum in febb. ardentibus & malignis.

S. *diagn.* Senſim incipit ut vix agnoſci poſſit, in viſceribus ardor concipitur.

Progn. ad Tabem & mortem deducit, niſi in principio curetur.

CVRATIO. V. S. purgatio. Vomitus. ſudorif. non conveniunt. Sed per interna & Topica adſtringendum, roborandum per ea quæ moderatè refrigerant: poſſunt & narcotica adhiberi.

DIARRHOEA eſt alvi fluxus ab humoribus excrementitiis facta.

CAVSA eſt vel obſtructio Venarum epatis, vel epatis debilitas, vel totius diſpoſitio p. n. cum febre vel ſine febre, vel feb. hectica, ardens, phthiſis, inflamm. viſcerum, unde fluxus Syntecticus ſ. colliquativus: vel cibus corruptus, vel vermes, vel epar & bilis, vel lien & humor melancholicus, vel ute-

rus vel cerebrum, vel hypercatharſis, vel dentitio infantum.

S. *diagn.* Obſtructionis, debilitatis epatis ſigna vide.

Si à corrupto cibo, præceſſit cibus ejuſmodi vel ventriculus eſt debilis. Si ab hepate, liene, illorum læſorum adſunt indicia, abſunt ſigna alius partis læſæ.

Progn. Alvum fluere uno die vel etiam pluribus pro valetudine eſt, ſi modo febris abſit & intra ſeptimum diem conquieſcat.

Cvratio. Si ab obſtructione fiat, primo per epatica aperiendum, poſt detergendum, tandem conſtringendum, roborandum.

Si ab humore acri, cibo corrupto, primo eſt detergendum & humoris acrimonia tollenda ut ℞. decoct. hord. non excort. ℥ iij ſir. roſ. ℥ j viol. ℥ ß. Vena ſecari poteſt. Deinde leniter vacuandum per clyſteres, pot. pil. è rhabarb. myrob. maſtiche, è quibus fiant pilulæ quæ in omni fluxu tuto dantur.

℞ myrob. citrin. chebul. ana ʒ ß. maſtich. ℈ j ſpic. gr. 6. cum mell. roſ. f. pil. cape pro prima ʒ ß. poſt ℈ j. Non niſi vacuata majore parte materiæ, & ſi vires multum dejiciantur, in duobus his caſibus adſtringendum, quod intra 8. & 12. dies fit, primo per topica & alimenta, poſtea per interna & derivationes omnes, V. S. ligationes, fluxus tollatur.

Si

Si cum febre & ſit criticus, nihil agendum, ſed diæta præſcribenda. Si nimius tamen ſit, acrimonia humoris eſt tollenda, imo & conſtringendum, roborandum. Si parcior ſit, promovendus. Si ſymptomaticus, curetur ut ſupra.

Si ſit colliquatio curatur reſumtivis, partum adſtringentibus, imo & narcoticis, ut clyſteri tria cap. papav. incoqui poſſunt.

Si in infantibus dentientibus, ſit vel à pituita ſalſa à capite defluente, vel lacte per febrem corrupto, exhibeantur mel. ſir. roſ. ſir. de cichor. cum rhabarb. Conſtringendum poſtea per topica.

DISLOCATIO. Luxatio.

DOLOR capitis. Cauſa vel nuda intemperies, atque tum gravitas capitis nulla eſt, oculi facile moventur, præceſſit cauſa procatarctica.

Vel materia, ex ſignis communibus & propriis. Sic ſanguis ſynciput, pituita occiput, bilis dextram partem, mel. ſin. occupat.

Vel flatus; adeſt tenſio ſine gravitate, ſubito oritur & remittitur, tinnitus adeſt.

Vel ſerum: dolores fiunt vagi: crebræ ſunt diſtillationes, ſputum multum.

Subi. Si ſurrectis pilis intendatur dolor, qui ad radices oculorum non pervenit extra cranium eſt.

Si radices oculorum attingat, intra cranium eſt.

Diff. Fit vel per Idiopathiam vel ſympathiam ventriculi, lienis, hepatis, menſ. hæmorrh. ſupp. ulcerum clauſorum, quod ſcitur ſi per intervalla repetat, ſi intendatur pro intenſione alterius affectus, ſi alius partis affectæ adſint indicia, ſynciput potius affligatur.

CVRATIO. Si à nuda intemperie, alterantia contraria indicantur per generalia topica.

Si à materia, illa eſt vacuanda, revellenda, caput roborandum, alterandum per generalia & topica.

Vng. alabaſtr. mirandæ eſt efficaciæ V. S. ſemper utilis eſt, ſi ob nimium dolorem metus ſit inflammationis. Potiones magna doſi etiam ℥ x. pro una exhibeantur. Saccharum in dolore capitis ſit albiſſimum: impurum. n. lædit. In quavis cephal. pro quovis humore addenda phlegmagoga.

Clavus eſt dolor in ſupercilio à materia acri cum flatu inter cranium & pericranium concluſa. In cephal. mel. V. S. tentativa inſtitui poteſt. Optime exiccant pulv. arthrit. quos vide apud *Senn. l.1. p.1. c.11.*

Fernelius ait nullam ſe cephal. offendiſſe quam non curarit. ℞. aloës opt. ℥ ß. ſp. el. de gem. trium ſant. roſ. rub. ana gr. vj. cum ſirup. abſint. & viol. fiat maſſa. doſis ʒ j. bis in hebdomad. horis 2. ante cœnam. *Scholz ep.* 121.

Si à

Si à crapula curatur ut cephal. bilioſa.

Si à ſero ut cephal. pituitoſa, potiſſimum ſudorif. & diureticis.

Topica ſyncipiti circa frontem, tempora, ſuturam coronalem applicentur, quibus ſemper adde acetum. Occiput ob ſp. medullam ea non fert.

Actu frigida applicari poſſunt; caute tamen in ſenibus, pueris, &c. Si incaluerint vel ſiccata fuerint removeantur: calida etiam in cephal. cal. conveniunt, rariſſ. frigida.

Laudatur verbena, corona è roſis, polygono, philantropo impoſita, rad. plantag. appenſa.

Folia caulis cum fimo columb. aceto ſambuc. ſubacto pedibus ſuppone. Fermentum cum ſapone & ſale caulibus inductum pedibus ſuppoſitum, probatum eſt. vide febr. ſympt.

DOLOR eſt actio læſa facultatis ſentientis, triſtis ſenſatio.

CAVSA. Non eſt intemperies, ut patet in ſectione, extenſione: nec ſoluta unitas, ſed cum unius rei una ſit cauſa proxima, ſolutio continui, quæ fit à cal. frig. ſicco, ſine & cum materia, non vero à ſola humiditate: ab extenſione & maligno humore.

CVRATIO. Dolorem tollunt quæcunque ſenſum partis blande afficiunt ut anodyna: dolor non ſentitur, ſed cauſa. Vel ejus intemperiem tollunt: Sic calorem frigida. Vel

materiam evacuant, ut cucurb. purgat. top. Vel malignitatem infringunt ut ægyptiacum: vel ſenſum tollunt ut narcotica.

QVÆSTIO. An aeris calor dolorem facere poſſit in parte nervoſa ut aure? N. cum aer ambiens ſemper frigidior ſit calore cerebri.

An trahat dolor? N. *Laur.* Quia natura magis obeſſet quam prodeſſet. Sed humores faciliùs ad partem debilitatam decumbunt, & pars debilitata humores diſcutere non valet.

DOLOR colicus: Colica.

DOLORES à partu. Partus

DOLOR lateralis. Inflammatio pleuræ.

DOLOR Lumborum. in febribus fit à cauſa morbifica in amplas lumborum venas tranſmiſſa.

CVRATIO. V. S. cucurb. ung. roſ. &c.

DRACVNCVLI infantium. Infantium dracunculi.

DYSENTERIA eſt inteſtinorum exulceratio cum dejectione frequenti cruenta, purulenta, ventris dolore ac torminibus, à materia acri & inteſtinis peculiariter adverſa, erodente, ortum habens.

CAVSA potiſſimum eſt humor bilioſus occulta qualitate inteſtinis infeſtus. *Remota*, eſus uvarum, potus muſti, frigidæ aq. coagulatis ſc. humoribus, poſtea putreſcentibus, *obſ. 47. cent. 3.* aq. per canales plumbeos vetuſtos

tuſtos fluens ſumta, ob Mercurij & plumbaginis copiam, purgantia cibis mixta. Venena ut hydrargyrum, nebulæ, aer malignus. contagium.

Diff. Gradus 3. ſunt. 1. in quo pinguia corpora exiguo humore perfuſa. 2. In quo ramenta inteſtinorum. 3. in quo ſubſtantia inteſtinorum ſub forma caruncularum excernitur: de ultimo gradu intell. ap. 26. ſ.4.

S. *diagn.* è definitione patent. Febris non ſemper adeſt. *aph.3.ſ.6.* diligenter ab abſceſſu in inteſtinis eſt diſtinguenda. Si tenuia inteſtina ſint affecta, dolor eſt punctorius. Cruor exacte ſtercori miſcetur vel poſt ſterxccus eernitur. Si craſſa vel ſupernatat pus, vel extra iis adhæret.

Progn. Circa æſtatem & initium autumni fiunt potiſſimum. Puſtula nigra poſt aurem ſiniſtram cum ſiti magna lethalis. Mulieres, ſenes, pueri, gravius laborant.

CURATIO. 1. Cauſa eſt vacuanda, temperanda per V. S. per vices purgantia ut ſir. ex multipl. infuſ. roſ. pallidarum vel potius primo è ſimplici infuſ. myrobal. tamarindi. Rhabarb. quorum infuſum damus ſi purgare, ſubſtantiam, ſi adſtringere ſimul ſit animus. mechoacanna. Fol. Sen. diacathol. diaphæn. *Clyſteres*, qui magna quant. injiciantur ſi detergere velis: parva ſi glutinare. Alexipharmaca ut bolus arm. &c.

2. Si dolor vehemens ſit, interdum dolo-

rem ſedantia injicienda. detur juſculum ex ol. amygd. d. applicentur interna, Topica, narcotica.

3. Conſtringendum, non tamen ante ſeptimum, niſi forte levioribus. Tragea granorum actes, pulv. turturum, lepor. uſtorum commendatur. item ſuccus hederæ ter. ſumtus. Ceræ in pomo aſſo uſus. Cavatur pomum & repletur cera alb. & citrina, aſſatur, edatur ante cibum: per externa etiam topica, quicquid velint multi: per revellentia.

4. Mundificandum ulcus, carne replendum, &c.

Diæta. Potus copia dyſentericis noxia, ſi convaluerint, nimium exercitium.

Mucus ille albus, pinguedo inteſtinorum non eſt, nec pituita, nec cruſta, ſed humores è venis effuſi ob partis læſionem mutati, ut in fluore uteri albo.

QVÆSTIO. an purgantia exhibenda? N. *Valeſ. in Com.* 4. *in* 4. *Epid. Fuchſius. Maſſarias*: quia Galenus iis non utitur: quia trahitur humor ad partem affectam.

Affirm. Senn. Galeno non notum fuit Rhab. myrobal. uſus tamen eſt melle, lacte, & Crato ob rationem ſecundam negat cauteria in podagra utilia eſſe. ep. 167.

An lac convenit? Non convenit, ſi adſit febris, & ubi corpus eſt impurum. Cautè certe exhibeatur. Si ſerum ſit copioſum, deter-

git:

git: ſi coctione longa ſerum evaporet, adſtringit.

An potus aq. lac. vini chalybeati prodeſt? N. *Crato ep.* 261. *Doringius obſ.* 42. *cent.* 3. ait aq. recentis chalybis, quique nullam adhuc extinctionem paſſus eſt, alvum turbare; ſi vero à chalybe jam ante crebro extincto potetur, alvum ſiſtere. Vnde ſi adſtringere velis primam aquam abjice. *Sen.* hoc non concedit: quia homogeneæ eſt naturæ, ſed parce potum chalybeatum ſumendum cenſet: quo enim plus ferri aquæ communicatur, eo plus alvum turbat, imo vomitum movet: neque diu contineatur, ſed ſubitanea ſit extinctio. Si enim diutius in liquore maneat, in rubiginem quaſi mutatur & magis turbat. Ergo prima aqua effundenda non eſt. Crocus martis per ſolam reverberationem factus utilis eſt, per aq. ſolventes non item.

DYSVRIA eſt urinæ imminutio. Differt ab Iſchuria ſolo gradu. Interdum cum, ſæpe ſine dolore eſt: guttatim non effluit, ſed ſæpe debita quantitate confertim.

CAVSA eſt facultas ſentiens vel expultrix veſicæ læſa, vel alij veſicæ morbi.

S. *diagn.* Si fiat vitio ureterum vel renum, nullus dolor, nulla gravitas eſt circa pubem. Vocatur ardor urinæ: non eſt urinæ imminutio, ſed cum urina debito modo, verum cum ardore, excernitur. Vide ſtranguriam.

CVRATIO. Sublata cauſa. *For.* gra-

uidæ febric. applicuit ad pubem. ℞ pariet. virid. m. ij. chæref. m. j ß. ol. ſcor. ℥ j ß. butyri ℥ ij. raro fefellit: præmitti poteſt glans vel clyſter. aliam curavit ol. chamæm. & ſcorp. præmiſſo fotu olei decoct. rutæ & anethi. *Fernelius* obſtructo uno uretere, urinam tantum per alterum excerni ait. Contrarium obſervat. *For.*

EBRIETAS.

Præſ. Comedantur amygdali amar. 5.6.10. ante cibum ut & nuclei perſicorum, quæ videntur prodeſſe vi diuretica. Scribit *Arculanus* ſi quis abſinthij comas aut fol. rutæ mane jejuno ſtomacho edat, ab ebrietate defendi. Semen braſſicæ ante cibum ſumtum prodeſt.

Platerus ebrietatem fugit, quod in principio parciſſime biberet.

Mneſitheus Athen. tria obſervanda dicit. 1. ne vinum non mixtum bibas. 2. ne bellariis ſecundæ menſæ te repleas. 3. ne dormias antequam evomueris.

CVRATIO: acetum ſumtum ebriis mentem reſtituit & alia acida. *For.* ebriis cereviſiam tenuem propinat & dormire jubet. Si non dormiant non levantur niſi abſtinentia ſeq. diei & ſir. dd. rib. aſſumto.

Fol. braſſicæ aq. roſ. mad. cephal. medentur à crapula ſi capiti imponas. Obmuteſcentes à crapula mori ait Hipp. niſi febris accedat.

ECCHYMOMA, ſugillatio. Oculi vitia.

ECCHYMOSIS. Contuſio cum ecchymoſi.

ECSTASIS. Vel *vera* eſt cum mens ad cœleſtia contemplanda adſtrahitur; Vel *Dæmoniaca* ut ſagarum ſaltus, quo pertinet Cardani & Lapponum ecſtaſis.

Vel *naturalis* qua ſomnia ſua ob imaginationis contentionem vere accidiſſe & angelorum choros ſe vidiſſe putant.

ECTROPIUM. Palpebrarum vitia.

ELEPHANTIASIS Græcorum ſeu lepra Arabum eſt cancer totius corporis, ſeu morbus in magnitudine aucta, intemp. cal. ſic. ſolut. cont.

Cauſa eſt bilis atra maligna. remota conceptio fluentibus menſibus. Cal. & ſicca epatis & lienis intemperies.

S. diagn. Naſus lividus, genæ rubræ, unguium fiſſuræ. Vox clangoſa. Stupor in ſuris & toto corpore ut vix puncturam acus ſentiant. Si aliquot gr. ſalis ſuper ſanguinem leproſi projiciantur, ſal reſolvitur. Si ſanguis aq. limpidæ innatat, infectus eſt. Cineres plumbi uſti ſi urinæ ſupernatent, leproſus eſt. *Lemn.*

Progn. Non curatur niſi incipiens.

CURATIO. Diæta præſcribatur V. S. purg. cardiacis. balneo. poſt balneum milvi cap. pedum ac viſcerum in olla combuſtorum cinis exhibeatur; carnes vero tribus continuis diebus comedendas exhibent, quod ali-

qui pro ſecreto habent.

Viperarum uſum non ſufficere obſervavit Palmarius, Fernelius, Eraſtus; ſatis validum eſſe & quo Giſb. Horſt. ſe & multos alios Romæ curavit ait Vidius, Schenck. Palmarius magnam ſpem facit in hydrargyro.

ELEPHANTIASIS Arabum eſt tumor pedis qui pedem elephanti refert, lividus.

Curatur incipiens: inveterata incurabilis. Obſervavit *Senn.* ſæpe & manus ita intumeſcere, ut digitis preſſæ inſtar œdematis foveam relinquant. Curatur ut ſupra.

EMPYEMA eſt collectio puris in cavitate thoracis.

CAUSA: ſequitur potiſſimum inflamm. tonſill. pleuræ, pulm. &c.

S. diagn. Si præcedat talis inflamm. quæ curari non potuit, pondus circa diaphragma, fluctuatio in mutatione decubitus, febris tandem accedit lente, partim putrida, p. hectica, circa veſperam & mane exacerbatur. Tuſſis perpetua, ſputum purulentum. Si in dextro latere latent, pondus & calor ibi ſentitur. Hipp. jubet linteum madidum utrique lateri applicare, ubi citius ſiccatur ibi pus latet.

Progn. Sitis, anorexia, alvus liquida, ſputum fœtidum, lethale: ſæpe in phthiſin abit. Tum tempora valde extenuantur, pedes intumeſcunt, ungues curvantur. Si in ſiniſtro

latere

latere pus lateat, periculoſius. *aph.* 44. *ſ.* 7. 17. *ſ.* 6.

CURATIO. Vacuandum pus quo natura ducit. *For.* injecit enema è decoct. hordei & mell. roſ. pectus inunxit ol. chamæm. lil. axungia felis, catuli, fotu uſus eſt molliente: poſt exhibuit caſſiam, cumque urina craſſa fieret, diuretica: poſtea purgans: his curatus fuit. Si tuſſis adſit per expectorantia, ut ſuc. hederæ ℥ iv. ter quaterve in die. Si fruſtra omnia, ſecãdum viribus conſtantibus. Si pulmo ulceratus non ſit, inter 4. & 5. vel 5. & 6. coſtam in latere, ubi major eſt dolor.

ENCANTHIS, excanthis. Oculi vitia.

ENTEROCELE. Hernia inteſtinalis.

EPHELIDES. Maculæ.

EPHIALTES. Incubus.

EPILEPSIA. fit vel per Idiopathiam cerebri vel à ventriculo, utero, vermibus, partibus externis in adultis vel infantibus.

Diff. gradus 3: ſunt 1. præſentitur lapſus, non demittunt ſpumam, non diu durat, & æger poſt paroxyſmum omnium meminit. In gravi gravius ſe habent, in mediocri medio modo.

CURATIO. à paroxyſmo liberetur æger, quod fit, ſi quam primum ingruit, pil. una laudani opiati cum quarta parte ol. camphoræ ſumatur. vel pil. antepileptica è rad.

pæon. cran. humano, vel ol. ſuccini. Caput altius locetur, cuneus ori inſeratur, motus vehementior inhibeatur, ſed non omnino, prolongatur enim paroxyſmus, excitetur.

Poſt paroxyſmum curatur ut cephal. pituitoſa vel melancholica, præparantibus, vacuantibus diu, imo per menſem, continuatis, ſudoriferis & reliquis generalibus, Topicis appropriatis. Iecur perdicis ad ignem in teſta pulveriſatum cum aqua milleſ. in vaſe vitreo deſtillata. *Crato ep.* 104. ſir. è ſucco cardui cum extracto cal. arom. *ep.* 140. ſang. hum. probat *Zac. l.*1. *hiſt.*23. quia lac utile eſt: ſemper amuletum appendatur, ut ℞. rad. pœon. ℥ ß. ſem. pæon. mar. ʒ j ß. item rad. bryoniæ,

Diæta: caro hircina, cor hirci, capræ, anguillæ, peſſimæ. eſus turturum utiliſſ. coturnices malæ. pedes calidi ſerventur. temulentæ epilepticos pariunt.

Si affectus ſit cerebri Idiopathicus, gravior eſt paroxyſmus, invadit circa novil. & plenil. cerebri affecti adſunt ſigna: reliquæ partes valent. ſetacea apprime conveniunt cervici applicata.

Si infans laboret, præcavetur, ſi quamprimum fere natus fuerit, exhibeatur puluis epilepticus cum lacte. Si à lacte, vomitus procuretur, quod fit ſi lingua infantis comprimatur, vel penna ol. amygd. d. vel alio imbuta in fauces indatur. Nutrix curetur ac ſi laboraret

raret epilepſia: infans purgetur melle paſſu-
lato. *Holl.* In paroxyſmo curentur ut adulti.
Si à vermibus, necati expellantur.

EPINYCTIS. Puſtula.

EPIPHORA. Oculi vitia.

EPULIS. Tumor.

ERYSIPELAS, Roſa ſeu ignis ſacer,
fit non à bile pura; exulcerat enim & fieret
herpes, ſed à ſanguine bilioſo vel calidiore
ejus parte: plerumque eſt cum febre.

Signa. Febris cum horrore, rigore, dolor
intenſus & calor, color roſeus. Diſtinguitur
à phlegmone. 1. quod digito poſito ſuper
Eryſipelas pars exalbeſcit refugiente ſangui-
ne; ſecus in phlegmone, niſi pars prematur.
2. major eſt calor, dolor, major febris; un-
de pars ſæpe in veſiculam attollitur.
3. Color phlegmonis ad nigrum, eryſi-
pelatis ad flavum inclinat. Progn. *aph.* 25.
ſ. 6. 7. 2.

CURATIO. Si adſit plethora, cauſa an-
tecedens V.S. purgatione vacuanda: poſt na-
turæ conatus eſt promovendus per ſudorife-
ra alexipharmaca, aq. flor. & rob. ſambuci,
Theriaca, &c.

Quidam nucem moſchatam lino vel can-
nabe involutam torrent ſub cineribus, ac cum
ſem. aquilegiæ itidem toſto cum aq. ſcabioſ.
exhibent tanquam ſingulare antidotum.

Vulgo pannum lineum vel laneum ru-
brum vel far. hord. apponunt: humida vul-

gus horret. Commodè tamen pannus lineus aq. ſambuc. imbutus fortiter expreſſus tepidus imponitur.

Topica, ut in ambuſtis, ſi frigida ſint, facile gangrænam acceſſunt: potius igitur aq. fl. ſambuci. ol. ſambuc. quod lac aureum vocant utendum. Item aq. omnium florum. furfures macri. *VVierus* ſecretum eſſe ſcribit ſi fel carpionis piſcis cum penna tepide membro affecto illinatur, & poſtea linteum ſiccum imponatur. Si frigidis uti velis, eo uſque utere dum calor parum ſedatus ſit quod æger narrabit.

Diæta ſit frigida & humida, quæ quoque ad præſervationem facit.

ESSERE. Puſtula.

EXCRESCENTIA carnea. Vlcus.

FASCINATIO Eſt incantatio qua per intuitum, laudationem ſeu contactum, homines, bruta, ſegetes, emoriuntur.

Dantur autem faſcinationes per primum & ſecundum modum non vi vocum, ſed diaboli.

Signa: ſi medici doctiſſimi de mali cauſa dubij ſint, ſi ſtatim ſtatus adſit; ſi res p. n. ut lapides ejiciantur.

Curatur precibus, purgat. hum. mel. vomitu.

FAVI. Sahafati.

FEBRES infantium. Infantium febres.

FEBRIS lactis. Partus.

FEBRIS

FEBRIS Ephem. eſt febris à ſpirituum vitalium incendio orta: quo pertinet ſynoche plurium dierum à ſpirituum & ſanguinis tenuioris efferveſcentia orta.

S. diagn. 1. Incipit à cauſa procatarctica, eſt ſignum inſeparabile. 2. Vrina ſanorum eſt ſimillima. 3. Pulſus naturali proximus. 4. Calor mitis, ſuavis. 5. Inuadit ſine frigore, horrore: caloris cauſæ ſunt, 1. motus. 2. putredo. 3. vicinia rei calidæ. 4. conſtipatio, corporis. 5. permiſtio rerum cal.

Curatio facta fuit balneis, frictionibus, unctionibus.

FEBRIS Putrida. Cauſa putredinis eſt læſa coctio ob res nat. n. n. p. n. 2. pororum conſtipatio vel ab aſtringentibus vel ſiccitate ut ardore ſolis vel vaſorum obſtructione ab humorum copia, lentore. 3. evocatio caloris naturalis à febre ephem. ira &c. 4. vicinia rei putridæ.

S. diagn. 1. Calor eſt acris, mordax. 2. Incipiunt abſque cauſa procatarctica, eſt ſignum proprium. 3. Vrina, pulſus, multum differunt à naturali. 4. Incipiunt cum frigore, eſt ſignum proprium. 5. Per paroxyſmos redit, eſt ſignum proprium.

QVÆSTIO. An purgandum in febb. putridis? N. quia purgantia calida ſunt & febrem accendunt. 2. Quia ſub cane & antecanem difficiles purgationes ob cal. ambientem, quanto magis ob febrilem? 3. quia

purgantia naturæ ſunt contraria. 4. quia non in principio nec augmento: cruda enim ſunt omnia: nec in ſtatu: natura enim à coctione turbatur, & melior eſt quies. *aph.* 29. *ſ.* 2. nec in declinatione: in ea enim nemo moritur,&c. reſtat quod in fine ſtatus ſit purgandum. *Zac. l.*1. *hiſt.* 6. 3.

An à putredine febris oriri poſſit? N. 1. quia putredo calor non eſt. 2. quia omnia putrida refrigerantur tandem. 3. quia vapores minus calent quam cor. *Zac. refut. hiſt.*84. *l.*1.

FEBRIS cont. putrida. Diſtinguitur ab intermittente, quod intermittens ſemper cum magno horrore & rigore ingruat: illa raro cum parvo. Intermittens raro ultra 24 horas extenditur, cauſus linguæ nigredinem habet conjunctam: unde chirurgi linguam ſolam inepte curant. *For. l.*2.

FEBRIS tert. Interm. Intermittit quia quovis paroxyſmo materia diſcutitur: quod probatur ex apyrexia. 2. quia facile diſcuti poteſt. 3. quia ſymptomata ut horror, nauſea, die vacuo recolligi novam materiam indicant.

Diff. exquiſita differt à notha: 1. quod exquiſita nunquam horas XII. raro 7. excedat. 2. quod rigor ſit vehemens & brevis. 3. quod ſtatim ſigna coctionis appareant.

S. *diagn.* Dignoſcitur à quotidiana rigore; in hac enim ſolus eſt horror; duratione paro-

paroxyſmi, caloris acrimonia, urina, pulſu.

CURATIO. *Fern. l.2. m. m. c.3.* in febribus bilioſis copioſam probat V.S. 1. quia tam bilis quam ſanguis vacuatur. 2. quia aliquando febb. bilioſæ hæmorrhagia ſolvuntur. 3. quia refrigerat. 4. quia plethora ſæpe eſt cauſa. Negat *Zac.* quia bilis ebullitio in metu eſt: unde à nimia hæmorrhagia Hipp. convulſionem fieri ait in aph.

In fine addenda ſunt melanogoga, frigida concedi poſſet in aſſuetis in ſtatu, materia cocta.

FEBRIS tert. duplex. Sæpe putatur eſſe quotidiana: ſed paroxyſmi duplicis tertianæ qui incidunt in dies impares modo & tempore ſibi ſunt æquales; qui vero in pares dies itidem ſunt ſibi æquales & differunt ab illis.

Curatur ut tertiana ſimplex. Specifica dantur fl. chamæm. centaur. minus. ſcabioſ. morſus diaboli & plantago.

FEBRIS ſemitert. ſeu hemitritæa eſt vel *minor* quæ fit ex tertiana intermittente & quotidiana continua; vel *media* quæ fit è tertiana continua & quotidiana intermittente, vel *maior* quæ fit è quartana continua & tertiana intermittente.

Senn. dicit eſſe febrem intermittentem cujuſcunque generis, quæ poſtea vel ob malignitatem vel aliam cauſam inflammationem ventric. epat. lienis, meſent. & pulm. faciat, unde febris continua ſeu febris conti-

nua ſymptomatica ab inflammat. viſceris & intermittens. Reperit enim Spiegelius in cadaveribus ſemper inflammat. Sequuntur dyſenterias contagioſas, deſinunt in alvi fluxum, colicam.

CVRATIO. Ejus potior habeatur ratio quæ continuam facit, non tamen neglecta intermittente. Vnde quidam utraque miſcent cal. frig. utrique febri ſatisfactura. Verum hoc modo neutri morbo ſatis fit. per vices igitur exhibeantur. ſint purgantia lenia, non fortia.

FEBRIS Quotidiana. *Continua* ante diem 40 non terminatur, ſæpe non ante 60. Si paroxyſmus ſit longus, appetitus proſtratus, ſomnus longus; mortem minatur. ſæpe in cachexiam, hecticam, hydropem abit. *Intermitt. duplex*: cujus unicum habet ex. *For*: Latens vel lenta qua laboravit *For.* una cum hectica. 1. victus ratio opponatur ei quod magis urget. 2. digerentia & hecticam reſpiciant & quotidianam. 3. vacuationes & vomitus moveantur: cibi offerantur hora minoris acceſſionis. 4. reſtaurantia adhibe.

FEBRIS Quart. *Continua*. Semper ferè lethalis eſt. Vidit *For.* quendam qui inde melanch. factus cum medicum non admitteret, per ſeptimanas 12. & dies 3. alvum non egeſſit: poſtea per ſe ſeceſſum habuit & obiit.

Intermittens. Diſtinguitur ab aliis; quod primo & ſec. paroxyſmo vix percipiatur, nullus

llus rigor pungens, ſed quaſi oſſa frangens cum immenſa pulſus tarditate & raritate. V. S. tentativa hic locum habet. Vtilis eſt uſus nucl. perſicorum & decoctum raparum *Crato ep.*103. Spinam ungit ol. cham. exhibet & ſuccum cardui ſub forma ſirup. poſtea decoctum raparum cum butyro. purgat cum ſirup. viol. de pomis, elleb. ad ℈ j. *ep.* 112. etiam linteum aq. vitæ imbutum ingruente paroxyſmo ventriculo applicat. ep. 113. *Monavius ep.* 129. tale ſecretum ponit ad quart. ℞. cor leporis & eo modo quo pulmo vulpis præparetur: poſtea in pulverem redactum in 3. æquales portiones diviſum tribus vicibus exhibeatur hora una ante paroxyſmum cum vino albo vel alio liquore, ſi manifeſta coctionis ſigna appareant. Specif. ſunt rad. gent. plantag. ut & ʒ j. rad. Imperat. ſuccus verbenæ, abſint. chalyb.

FEBRIS Quintana. Duas vidit *For.* ſequentes quotidianam. unde authores eam à pituita aduſta fieri volunt. Curatur ut quartana cum hydrope.

FEBRIS erratica fit. 1. ob humoris tranſmutationem, ut cum bilis flava in atram degenerat. 2. ob victus errorem. 3. ob materiæ mixtæ confuſionem.

FEBRIS hectica vel ſequitur alios morbos ut ephemeram vel putridam, vel per ſe à cauſa procatarctica incipit ut ira, calore nunquam accidit, niſi præcedat ephemera:

Eſt vel ſimplex, vel putridam vel alium morbum habet conjunctum: ac tum lethalis eſt præterquam cum anaſarca.

Diff. gradus tres ſunt. 1. Cum ros ſeu rorida humiditas, quæ per minima ſpatia partium ſimilarium diſpergitur, abſumitur; & dicitur hectica ſine tabe, quæ curationem recipit. 2. Cum partes carnoſæ & adipoſæ abſumuntur, dicitur hectica tabida non exquiſita. Curationem recipit. 3. Cum partes fibroſæ ſiccantur, in qua cor exuſtum fit friabile, Hectica maraſmodes vel tabida exquiſita dicitur. Incurabilis eſt. Eſt enim maraſmus alius deurens, ut in hectica: alius frigidus & ſiccus, ut in hectica ſenectutis, vel ex morbo ſenecta dictus: alius ſyncopus qui calidus eſt reſp. febris & frig. reſp. ſyncopis.

S. *diagn.* Calor eſt æqualis: unde ægri ægrotare ſe non ſentiunt. Vna aut altera hora poſt cibum incaleſcunt, licet quinquies vel ſæpius de die exhibeatur; prout fit in calce, vel ſi lapidibus ignitis in balneo aqua affundatur. Pulſus parvus & celer. Vrina adipoſa inſeparabile hecticæ ſecundi gradus eſt ſignum, &c. Curavit *Fern.* quendam, cui urina tam pinguis ut pinguedo digitis auferri poſſet.

Cvratio. In hectica ſimplici V. S. purgatio lethalis. Vnice humectandum, refrigerandum, ne tamen exiguus calor ſuffocetur, reficiendum. Cibus ſingulis 4 horis exhi-

exhibeatur. Per interna & Topica omnia. Veteres gelidam propinarunt à cibo ad ſatietatem in principio: in ſtatu enim moritur inde, vel hecticam ſenectutis incurrit. Commodius datur aq. hordei, cereviſia tenuis. Lac exhibebant à ℥ ij. ad ℔ j. ſenſim adſcendendo. Balneo item utebantur aquæ vel lactis tepidi. Topicis humectetur.

FEBRIS Hectica peſtilens. Signa ſunt, pulſus debilis, parvus, celer, ſyncope, jactatio, inquietudo, vigiliæ, delirium, ſomnolentia, febris æqualis: ſic ſine ullo dolore, viribus extinctis, decidunt *For. Senn.*

FEBRIS quart. tripl. dignoſcitur à quotidiana, quod in illa paroxyſmus primus fortis ſit, ſecundus mitior, tertius mitiſſimus & ſic primus quarto, ſecundus quinto, tertius ſexto reſpondet.

FEBRIS Symptomatica. 1. quæ inflamm. viſceris comitantur ut febris phlegmonodes, typhodes; lipyria, quæ curatur V. S. refrig. humect. internis, Topicis. *Fern.*

2. Febris lenta ex humore extra vaſa in viſceris ſubſtantia putrente.

3. Quæ corruptionem partis comitatur ut phthiſis.

4. Cum vel ex lacte, ſemine, menſibus corruptis, vermibus, febris excitatur; quo pertinet *daſz herzgeſpan* in infantibus ſeu hypochondriis; inflatio è crudis humoribus in primis viis collectis, qui putreſcere inci-

piunt & in flatus mutantur.

FEBRIS epiala eſt cum uno eodémque tempore in eadem parte calor & frigus excitatur. Eſt febris intermittens. Vulgo dicitur fieri à frigidiſſ. ſeu vitrea pituita putreſcente. Rectius Platerus eam fieri ait, ſi principium unius paroxyſmi in finem alterius incidat, vel intermittens continuæ accedat. *For.* eam curat ut quotidianam.

FEBRIS Syncopalis vel biliosa eſt eaque continua vel intermittens, vel pituitoſa, eaque itidem continua vel intermittens. Continua lethalis eſt.

CVRATIO variat pro ratione cauſæ, ſemper exhibeantur cardiaca quæ humorem morbificum corrigant. Omni ingenio reficiendum, per interna; externa à ſyncope ſuſcitentur. Si purgandi incidat neceſſitas cautiſſimè fiat per mannam, mel. roſ. ſolut. Crem. Tart. &c. Syncope crebra ab orificij ſuperioris debilitate fit.

FEBRIS Aſſodes eſt in qua ægri moleſte ſe habent, æſtuant inquieti, implacidi ſunt, anguntur, omnia faſtidiunt; intenſiſſimus adeſt dolor ſtomachi, hypochondriorum tenſio.

CAVSA eſt humor acris bilioſus ventriculi tunicis imbibitus.

Curatur detergente è decoct. hord. cum ſir. roſ. victu med. frig. hum. *For.*

FEBRIS elodes de qua pauci agunt, eſt

in.

in qua corpus reſolvitur perpetuo ſudore. Nam ubicunque ſudores diu manant, ibi corpus reſolvi eſt neceſſe.

Curatur ſiccantibus, ſerum vacuantibus, generalibus, Topicis.

FEBRIS peſtilens differt à peſte perniciei & contagionis vehementia, quæ in peſte major. Malignæ minor adhuc pernicies inest & pauci moriuntur, nulli inficiuntur per contagium. Non dantur ephemeræ peſtilentes, ſed continuæ putridæ, imo & intermittentes ſecundum *Paræum* l. de peſte.

S. *diagn.* Major eſt in principio virium imbecillitas quam pro febris natura vel caloris, pulſus parvus, urina ſanis ſimilis, ſæpe & cruda, facies Hippocr. ſopor vel vigiliæ exercent, delirium, vertigo, convulſio, vomitus, fluxus alvi, hæmorrhagiam narium in principio feb. malignam indicare obſervatum eſt. Maculæ vārij coloris. Linguæ ariditas, nigrities, inflammatio quam *die Breun* vocant.

CURATIO. Cum duo urgeant, vel malignitas vel febris, ſi illa magis urgeat, alexipharmacorum uſus eſt magis neceſſarius: ſi hæc, ejus curatio eſt inſtituenda. Mox ergo ſudorifera dentur quantum poſſibile temperata; materia enim coctionem non admittit, poſt V. ſecari poteſt. Lenes clyſteres & eccoprotica utilia ſunt, vomitus aliquando utilis, &c. Hinc repetenda alexipharmaca.

Præſtans eſt el. ſeqq. *For.* ℞. mala Citria. n.2. aq. roſ. affatim affuſa & ſaccaro optimo ad dulcedinem aſperſa, coque ad conſiſtentiam electuarij.

FEBRIS Petechialis. Petechiæ à lentiginibus & aliis puſtulis differunt febre, magnitudine, elatæ enim non ſunt, non longæ ſed rotundæ, inſtar pulicum morſus. Differt à puncturis pulicum, quod in puncturis in medio punctum appareat, quod ſemper manet etiamſi reliquum ruborem compreſſione, frictione pellas. Petechiæ ſi comprimuntur evaneſcunt, ſed redeunt. Raræ ſunt in facie ob arteriarum parvitatem, & frigus aeris repellens. Fiunt ſine exulceratione, pruritu, protuberantia.

S. *Progn.* Si die critico copioſè erumpant, ſequatur alleviatio, bonum: Si materia cruda exiſtente, ut plerumque fit, lethales. Paucitas vel copia Petechiarum ſalutem vel mortem non certo prænunciant. Moriuntur quibus Petechiæ ſunt nigræ, quibus in facie apparent; quibus urina ſupprimitur.

CURATIO. Præmittatur lenitivum, ſequatur V. S. ante quartum, poſt quartum omittatur. Sudorifera dentur. Si fluxus alvi ſuperveniat, non ſiſtatur, niſi ſit nimius, ſed totum negotium naturæ committatur. Interim alterantibus & roborantibus utendum. Cordi, pulſibus, applicetur theriaca cum ſuc. citri. ol. ſcorpionum, & inunctio è nitro

ut

ut ſupra. Per veſicantia commodè in corde vapores venenati derivantur.

FEBRIS Vngarica ſeu morbus Vngaricus, febris eſt peſtilentialis & prope ad peſtem accedit. Crato ad Synochas putridas, *Langius* ad cauſum refert, quippe ſummus eſt ardor, alij ad petechialem. Cæterum hic, licet aliquando, non tamen ſemper adſunt petechiæ. incipit anno 1566.

CAVSA: *Rulandus & Iordanus* agnoſcunt ſummam malignitatem & ſummam cacochymiam idque benè. Cacochymiam autem eſſe à pituita contendunt. 1. Quia phlegmagoga in principio proſunt non vero V.S. 2. exacerbatur circa noctem. 3. flante auſtro exacerbatur & graſſatur tempore pluvioſo. 4. quod adeſt dolor ventriculi. 5. quod per ſudorem & urinam terminetur. 6. quod ultra ſeptem vel 14. dies extendatur. 7. quod abſceſſu plerumque terminetur. Sennertus credit cauſum eſſe, ita tamen ut magna pituitæ copia adſit, non tamen ut cauſa.

S. *diagn.* Intenſiſſ. dolor capitis. Salivalis linguæ humiditas exſiccatur, & lingua ab atra accenſi ſanguinis fuligine obfuſcatur, qui effectus *die breun* vocatur. Ingruit cum horrore. Manu quaſi ducta dolorem ventriculi oſtendunt, cujus contactum non ferunt: eſt enim durus. Sitis inexhauſta, delirium. Omnes fere ſurditatem & parotidem incurrunt.

CVRATIO: Si fiat per contagium, præmiſſo eccoprotico mox ad alexipharmaca recurrendum. Si vero ventriculi ſit dolor, anxietas, æſtus, nauſea, humores illi prius vel per purgantia vel vomitoria tollendi. per agar. fol. Sen. diaphænic. roſ. Meſ. &c. Vomitoria hic ſæpe utiliſſima. Vacuatis humoribus, vel ſi non adfuerint, primo vel ſecundo die V. S. inſtituenda, etiamſi primo die maculæ appareant, Si modo vires ferant. Omnes fere qui in principio V. S. neglexerunt, obierunt. Si vomitus vel alvi fluxus adſit, tutius omittitur. Secetur Baſilica, mediana, vel vena in pede, quæ omnium commodiſſa eſt præſertim in mulieribus. Tertio adhuc die inſtitui poteſt. Poſt tertium vomitoria, purgantia, V. S. lethalia. Cucurbitulæ loco V. S. inferioribus partibus applicari poſſunt. poſtea alexipharmacis pugnandum, iis tamen quæ febrim non augent. Spec. liberant. ℥ j. Lap. Bezo. CC. flor. ſulphu. ſuccin. Zedoar. omnia è citro. rad. ſcorſon. & Bezo. omnia ſunt efficaciſſima. Poſtea & diuretica dari poſſunt. Potus vinum non ſit nec cereviſia. Potus decoctum ſit CC. cum ſp. vitriol. vel aq. hord. cum ſuc. citri.

FEBRIVM Sympromata. Dolor capitis curatur generalibus, Topicis. Multi laudant rad. raphani in taleolas inciſas pedibuſque ſale & aceto prius mundatis appoſitas. Succus ſedi & aloes Americanæ. Sedum enim

in tectis in maximo æſtu ſucco turget, aëre vero pluvioſo flacceſcit, quod ea fere halitus ſicciores pro alimento attrahat. Laudatur rad. rhodiæ ℥ j. aq. roſ. ℔. ß. coq. & decoctum cum linteo applicetur capiti ung. alabaſt. cum popul. ſuturæ coronal. inungatur.

Linguæ ariditas corrigitur rudere ex oſſe ſepiæ & humectantibus etiam fortibus, uti aq. ſuc. ſempervivi, ſal. prunellæ. Spir. vitrioli, aq. hordei.

Sitis. Si ex pulmonum calore fiat, os aridum eſt, difficilis eſt ſermo; qui potu non ſedatur, ſedatus illico recurrit.

Hic præſtat frigidiſſimum aerem inſpirare quam bibere: præſtat ore continere gelidam, ceraſa condita, fol. lactuc. portul. condit. vel aq. gelida irrorata, Oxycrat. taleolas mali citrei. conſerv. acetoſæ taleol. cucum. cucurb. ſaccharo prius eluantur. Cryſtall. Tamarind. fraga ribes, ore detineantur. decoctum rad. acetoſ. quod vinum rubrum refert. detur potus in vigore. Si à ventriculo cauſa, tollatur humor ſc. acris calidus.

FEBRIS alba morbus eſt vel ſymptoma cum colore faciei pallido, virium languore, membrorum gravitate, cibi faſtidio, cordis palpitatione, reſpiratione difficili, mœrore, pedum, palpebrarum, faciei tumore œdematoſo, à depravata nutritione & crudorum humorum copia ex viſcerum, hepatis, lienis, ventriculi prava diſpoſitione genita,

& hinc vaſorum circa uterum & vicinorum viſcerum obſtructione ac inde menſtruorum ſuppreſſione orta.

CURATIO Eſt ut in leucophlegmatia, ita tamen ut uterus reſpiciatur; ac ut in menſium ſuppreſſione, ita tamen ut viſcera reſpiciantur. Leniens, V. S. niſi fuerit inveterata, ſanguine, viribus corruptis, purg. aperient. ſudorifera, venus, niſi fuerit nimia cacochymia, conducunt, imprimis chalybs poſt univerſalia: Radix ſcorſoneræ quocumque modo ſumatur. Lapis Bezoar.

FEMORIS luxatio. Luxatio femoris.

FICUS. Verruca.

FICUS Cancroſus. *Fab. obſ.* 1. *c.* 1. Ficus cancroſus in oculo dextro. Præſcripta legitima victus ratione, injecto clyſtere, propinata aqua borr. acetoſ. beton. cum ſir. de ſuc. citri & granat. V. S. hirudinibus ſub auribus ejuſdem lateris & ſcapulis cucurb. applicatis, exhibito infuſo rhab. ſen. in aqua beton. euphrag. agrim. cum ſir. roſato, lotis pedibus in decocto rerum calidarum, oculum lavit aq. ſtillatitia adverſus cancrum, fronti intercipiens applicavit. Increſcente nihilominus tumore cum ex illo uno impetu fluxiſſent 73. unciæ ſanguinis cum dimidia, chirurgia exemtus eſt oculus. Ne fieret hæmorrhagia, metus ægri fecit, & injecta artubus dolorifica ligatura. Quare præſcriptus eſt potus lenitivus itemque cordialis, ex aq. bugl.

bugl. roſ. viol. meliſſ. ana ℥ j. ſir. de cortice citri, de acetoſ. ana ℥ j. conf. alkermes ʒ j. pulv. diambr. ʒ ß. Cordi applicatum interpunctum è flor. fol. ſem. pulv. Cordial. pulverizatis, goſſypio exceptis cum ſindone rubra. Ventriculus unctus eſt ungv. ſtomachico. Finita chirurg. pulvis autoris ad ſanguinem ſiſtendum cum ovi alb. copioſe eſt injectus, defenſivum fronti eſt applicatum, item digeſtivum plagæ. Ne autem natura eo denuo humores amandaret, ſetaceum inter primam & tertiam vertebram affigit.

FISSURA Papillarum ſeu rhagades fit à ſuctione vehementi & humore bilioſo. A ſiccitate ut in aliis partibus hic fieri credibile non eſt. Præcavetur ſi ultimis tribus menſibus vel ſolo ultimo, calices duo è cera inſtar cupularum vel digitalium glandium formentur reſina abietis pleni & papillis apponantur & linteis retineantur: ubi reſina abſumta eſt, nova eſt infundenda. Topica ſunt mollientia, item ſuccus cancrorum cum flore lactis. Si dolorem in ipſa ſuctione inferant, appone papillis calicem ſtanneum argenteum perforatum papilla vaccæ recens mactatæ tectum. Sic enim infans ſuget & tamen labiis papillam non attinget. Generalia ſunt refrig. & purg. bilem. Eodem modo & reliquæ Rhagades curantur.

FISTULA eſt ulcus ſinuoſum, album, anguſtum, calloſum, à pituita exic-

cata & non raro indolens.

S. *Pr.* fiſtulæ cum inſigni oſſium carie ut acetabuli, Iſchii, quæ ad viſcera penetrant, quæ ſunt in parte inſignibus nervis prædita, imbecillo corpore, prognoſticis relinquendæ.

S. *diagn.* explorantur virgula plumbea, cerea candela. Si plures ſint, injiciatur liquor, qui ſi ſimul per orificia omnia effluit ejuſdem coloris, una eſt fiſtula.

Si per multos annos duravit & ſubito claudatur, lethalis.

CVRATIO eſt vel palliativa, cum per generalia, revulſiones, ſetaceum, Topica, vacuatur, revellitur materia, calcis aqua, item lixivium, aqua theriacalis. Vel vera quæ fit præmiſſis generalibus, item potione vulneraria. Callus removendus & prius orificium fiſtulæ dilatandum eſt vel igne vel ferro vel quod commodius eſt pyramidibus formatis è ſpongia, medulla Sambuci, rad. gentian. bryon. rapi, ut in fonticulis. Non incommode forte diu ante curationem fieret fonticulus ad diverſionem in parte oppoſita. Callus poſtea tollitur vel ferro vel igne vel med. ung. apoſtol. cinere ficuum, decoct. rad. bryon. centaur. min. imprimis: vel fortioribus ut ægyptiaco. Differunt pro ratione ætatum, temperiei, &c. Ellebori nigri radix tuta non eſt. aq. viridis, quibus interdum totus callus inſtar vaginæ excernitur. Si fru-

ſtra,

ſtra, in parte quæ ſectionem fert tota fiſtula aperiatur ferro, callus eximatur cultello vel igne, pars tamen probe muniatur. Oſſis cariies curetur, Si adſit eſchara, amoveatur. *Nicol. Florentinus* ſeq. oſſa fracta & corrupta extrahere, malam carnem erodere & fiſtulam ſanare dicit. ℞. ſalem toſtum, tartarum, agaricum, pulv. melle excipiantur. vid. f. 570. l. 5.

FISTULA thoracis. Incurabilis fere eſt 1. quod muſculi in perpetuo ſint motu. 2. quod pleura exanguis. 3. quod ſecari nequeat.

CURATIO. Diæta ſiccante, potionibus vulnerariis, generalibus item & Topicis perficitur; injectionibus parum ægyptiaci addi poteſt. Si ingens adſit putredo, tubulus aureus, argenteus vel plumbeus in ſinum mittatur foraminibus multis pervius arctè revinctus, ſpongia magna vino & aq. vitæ imbuta inſtructus ad orificium, ut æger naribus & ore obturatis per illum ſaniem ſubinde ſecernat.

FISTULA gingivarum curatur generalibus, decocto agrimoniæ cum alum. vel cauterio vel dentis evulſione ex ſententia Celſi. Gutta ammoniaci optimum remedium. *For.* mell. roſ. ℥ j. gutta una vel altera ol. vitriol. mixta optimum. *Crato ep.* 183.

FLUOR muliebris diſtinguitur ab ulcere, quod ab ulcere uteri fluens craſſius eſt &

E

fœtidius, parcius excernitur, coitum non fert: à ſemine, quod in fluore humor tenuis ſeu ichor continuo fluat. Cauſa eſt vitium vel uteri, vel totius, vel partis principis. Quædam à ſumto cathartico, quædam à balneo hoc incurrerunt.

Progn. Ducit ad hydropem, ulcus melanch. &c.

CURATIO. 1. Vacuanda cauſa: tollenda partium intemperies: ſiccanda materia per generalia, Topica, etiam diuretica vide *Senn.* poſt per adſtringentia ſiccandum. *Senn. For.*

FORMA. In prima creatione data eſt rebus naturalibus, quæ cum ſui ſit communicativa, multiplicatur vel per ſemen, ut in viventibus quæ generare dicuntur, non cum fœtum, ſed cum ſemen generant: dantur autem in plantis diſtinctæ ab anima formæ, ut docet vis purgans in cadavere rhabarbari. Miſceri poſſunt iſtæ formæ: ſic forma pyri inſerti in pomum ei miſcetur. Forma item aſini & equæ, imo viri & mulieris, ſecundum *Senn.* Vel communicatur per atomos formas in ſe continentes unde ortus rerum omnium ſponte naſcentium.

FRACTURA. Signa ſunt quod fruſta oſſis fracti tactu percipimus, eorum crepitantium ſtrepitum audimus. pars cava eſt unde os abſceſſit, gibba ubi ſe intulit, dolet & ſanæ parti eſt diſſimilis.

S. *Pr.*

S. Pr. Quæ in longum ſit citius curatur: reſtitutione enim opus non eſt. Si fiat in articulis periculoſiſſima eſt. Naſi, maxillæ, juguli, pectoris, ſcapularum, coſtæ, ſpinæ, tali, calcis, manus & plantæ pedis intra dies 20 & 24 conſolidantur: crurum & brachiorum intra 40. Oſſa medulloſa citius ſolidantur quam dura.

CURATIO. Scopus primus eſt ut oſſa reſtituantur, quod fit extenſione, quam facilius ferunt humidiores: & repoſitione vel per manus vel per gloſſocomia, in quibus ubi ſatis extenſum eſt os, funis contentio eſt remittenda. Reſtituta oſſa intelligis ſi ſubito dolor ſedetur: ſi nihil inæquale ſentias, ſi ſano ſit ſimile. 2. ut oſſa reſtituta contineantur per med. ex ovi alb. q. ſ. bol. arm. ℥ ß: per *plagulas* (vocantur ſplenia) è triplicato vel quadruplicato linteo quæ cavitatem explent ut in poplite, vel gracilitatem partis æqualem reddunt ut in carpo. Per *Ferulam* qua cum deſtituamur hodie, fiunt ex papyro multa, tenuiſſimis ligni aſſulis, ita tamen ut lignum viride non ſit. *Fab. c.* 4. *obſ.* 98. è corio quod calceis in ſoleas ſupponitur, è ferri albi plumbive lamellis: circa extrema ſemper tenuiores ſint, qua parte fracturam attingunt craſſiores. Per *toruios* ſeu ceſticillos qui fiunt è bacillis digitum craſſis linteo involutis. In cruris & femoris fractura duo apponuntur à calce ad inguen ut rigore ſuo par-

tem immotam contineant. Per *capſulas* ex ferri albi laminis vel ligno. Vſus eſt in lecto, vel cum è lecto transferuntur. Per *faſcias* quæ vel coriaceæ ſunt, ut in naſi fractura, vel laneæ ut in inflammatione ubi conſtrictione opus non eſt, vel linteæ. Quævis pars ita eſt liganda prout eam volumus permanere. Si in dextro latere fractura ſit eminentior, ſeu in parte ſylveſtri, à parte ſylveſtri ducendum faſciæ initium, ac in illo latere fortius ſtringatur; ſi in domeſtica, contra hodie prima faſcia loco fracto vel luxato injicitur, ibique ſtrictam denſis gyris verſus corpus ducunt. Secundam itidem injectam rarioribus gyris verſus extrema ducunt. Tertia læſæ partis extremo injicitur & ſurſum leniter obvoluta gyros ſecundæ & primæ decuſſatim ſecat & muſculos per primum & ſecundum loco motos reſtituit. Poſtea ferulas applicant. Peracta deligatione rogandus eſt æger, num arctius conſtrictum ſit membrum? Si affirmet, diſſolvatur & laxior ſubſtituatur. Laxior inutilis eſt, arctior fluxionem accerſit. Juſtæ deligationis ſignum eſt ſi altera die pars œdematoſo tumore tumeat. Si pars duriter tumeat, arctior, ſi non tumeat, laxior eſt. Si arctior ſit, altera die laxior ſubſtituatur, foveatur pars hydrelæo. alias ante 4. nihil eſt movendum. à 3. ad 7. pars gracileſcit, quo ſeptimo die arctius quam ante ligandum, quod Syptomata amplius non ſunt in metu.

Faſcias

Faſcias & plagulas oxycrato, ſi ſimplex ſit fractura, vel vino rubro ſi cum vulnere, imbutas eſſe oportet. Æſtate crebrius humectentur. Vbi ſymptomata deſierunt, ab irrigatione eſt deſiſtendum, nè calli tardetur generatio. 3. Symptomata curentur, præcaveantur generalibus, Topicis. Callum generant alimenta viſcida quæ tamen improbat *Fab. obſ. 92. Cent.* 1. quod quidam inde in hydropem inciderint, quod multi abſque eorum uſu curati ſint ſuc. primul. Ver. pulv. vel. ſuc. rad. agrimon. aſſumto: item pulv. lap. oſteocollæ ad ℨj. cum aqua rad. ſymphyt. ptiſan. vel alio jure ſingulis diebus jejuno ſtomacho propinatus mire callum generat, ſi præſertim Topicis quoque miſceatur. *Fab. obſ. 90. Cent.* 1. Topica ſunt empl. diapalm. hieme barbarum vel nigrum æſtate. In morbi progreſſu quidam faſcias aq. roris marini imbuunt, quam efficaciſſimam eſſe ſcribunt in fracturis.

Generale. Si oſſium extremitates, perioſteum, carnem, pungunt, aperiendus eſt locus & eximendæ teſtulæ. Si perioſteo ſoli hæreant, non tamen pungant, non eximantur. Si nec oſſi nec perioſteo hæreant, eximantur. Sæpe circumagendum metu anchyloſeos. Si adſit inflammatio, reſtitutio non tentetur metu convulſionis, nunquam tamen ultra quartum extendatur reſtitutio. Collocentur partes eo ſitu qui minus eſt dolorifi-

cus. *Fab. cent.* 1. *obſ.* 93. digitis glomus comprehendendus detur, ut media figura maneant. Brachium mitellâ geſtetur curvum ad angulum rectum. non altius ne nihil, non humilius ne nimium affluat. pars ſemper. 1. molliter jaceat. 2. æqualiter. 3. altiuſcule.

FRACTVRA cum vulnere difficilius curatur. Oſſa enim ſunt reſtituenda & vulnus curandum. Si adſit inflammatio, repoſitio differatur donec prætererit. repoſito oſſe vulnus curandum. Deligatio fit vel faſciis latioribus, laxioribus quam in fract. ſine vulnere, & in emplaſtri, Catapl. imo faſciarum medio foramen relinquitur ut purgari queat vulnus, faſciæ ſolummodo oſſa contineant. Ferulæ non ſunt apponendæ. Capſulæ ſunt ex uſu. Vel deligatio fit unica faſcia & unica circumvolutione, quæ duplici triplicive linteo in plagulæ modum contexta ac oris ſuis dexterrime conſuta eſt tam lata, ut totum vulnus contegere poſſit. *Par. l.* 13. non prohibetur vacuatio puris.

FRACTVRA cruris cum vulnere. *Paraus l.* 14. In vulnere cruris ovi albumen, butyrum & farinam applicavit juſſitque ut pedem extenderet; ſi vulnus eximendis teſtulis non ſatis pateret, novacula amplificaret, digitis num teſtulæ ſint eximendæ, exploraret, manu ſanguinis thrombos exprimeret, deligaret debite poplitis & malleoli

cavi-

cavitates, ſtupa linteo obvoluta expleret ne pesticillorum duritie calx inflammaretur, pedem molliter æqualiter altiuſcule capſula munitum collocaret, tria vaſcula ſanguinis è baſilica ſiniſtra extraheret. Secundo apparatu vulneris oras ung. roſ. inunxit per dies 6. diutius uſurpatum occæcat poros, plagulas oxycrato & vino rubro irrigabat, per 9 dies nihil præter 12 pruna damaſcena & ſex panis bucculas eſitabat. Potus erat aq. saccharata vel potus divinus, purgabatur bolo è caſſia & rheo. Vndecimo febris & fluxio invaſit quæ in abſceſſum abiit multo pure manantem, à portione puris ſuppreſſa & ligatione laxiore impetus etiam convulſivus oſſa reſtituta è ſua ſede ejecit; unde noua facienda erat repoſitio. febris ſeptimo die eſt terminata; digeſtivum poſtea detergens adhibuit cum pus erumperet. In fundum pulv. ceparum immiſit exemptis teſtulis, calli generationem cibis viſcidis acceleravit & ſic intra menſes 4. curatus fuit.

FRACTVRA cranij cum contuſione. Contuſio cum fractione cranij ſeu vulnere.

FRACTVRA cranij cum vulnere mening. Signa ſunt ſi ex ictu æger conciderit ſine ſenſu, auditu; ſi per nares, os, aures, oculos, ſanguis effluxerit, Si denique vomuerit: Si ſpecillo aſperitas ſentiatur oſſis: Si atramentum è ſola galla, ſi vitrioli acrimoniam metuamus, illitum & ſcalpris deraſum lineam reliquerit.

Diff. 1. fiſſura ſi adſit cum vulnere per dies 2. vel 3. opus naturæ committatur, radatur capillus, ſanguinem ſiſtens applicetur. Primo poſtea apparatu cutis muſculoſa cum pericranio, vitatis tamen temporibus & ſuturis ſecanda, à cranio revellenda & vel ſcalpro vel atramento inveſtigetur fractura. Quo vero ſis certior an fiſſura laminas geminas perruperit, imperandum ægro ut clauſo ore & naſo fortiter expiret: tum enim per fiſſuras exſudabit ſanies cruenta. Tum linteis molliſſimis cum pulveribus cephalicis totum vulnus eſt implendum, doloris mitigationi incumbendum & ad 4. uſque diem applicetur repellens è far. hord. & fabar. ana ℥ vj. ol. roſ. ℥ iij. q. ſ. f. catapl. Secundo apparatu fiſſura ſcalpris eſt eluenda vel trepanon admovendum. Si parva fuerit unius laminæ fiſſura an ſtudioſe ad extremum uſque ſit eradenda, dubitat Seun. affirmat Aquapend. negat Celſus, cum Galenus moneat ſi fiſſura in longum porrigatur, ne ad finem eam proſequamur, in Europa etiam tam contumacia non ſunt illa vulnera. Oſſi raſo nunquam humida nec unctuoſa, ſed pulv. cephalicos impone, niſi inflammatio in metu ſit ob dolorem ſummum. Si meninges ſimul ſint læſæ, oſſe aperto ſi non ſatis pateat, membrana detegenda, ſanguinem ſiſtens applicandum, imprimis celebre illud Galeni ex aloës p. una, thuris dimidia: ad dolorem inſtilletur

ſtilletur ſanguis columbinus qui etiam detergit, ad deterſionem mel roſatum cum ſuc. apii imo Ægyptiaco. *Matthiolus* unice ol. ovorum commendat. Vtile eſt oleum hyperici, maſtich. & ungu. cephal. quæ vide ap. *Senn.* terebinth. cum aq. vitæ ſuc. calamint, nepetæ. Multi duræ meningi ol. roſat. & alia humect. applicant quia roborat, fluxum prohibet. Alij ſola ſiccantia requirunt: quia tympanum & nervi ſiccantibus gaudent, item omnia ulcera: quia oleum nervos offendit: quia frigus nervis inimicum. *Senn.* diſtinguit: ſi membrana ſit alba, pura, illæſa, ſiccantia ſunt ex uſu ut mel. roſ. cum guttis IV. aq. vitæ: ſi vero membrana non plane illæſa ſit & inflammatio à dolore ſit in metu, utile eſt oleum roſ. omphac. deinde variat pro ratione temperiei: in mollibus & pueris ol. roſ. convenit; in robuſtis reſina abietis, vel ol. hyperic. admiſce: ſi ſicciot, plus reſinæ quam olei: æſtate ol. roſ. hyeme reſ. abietis. Dura mater ob aerem ſemper motum amittit & ſuperficies ejus in ſquammas reſolvitur, interdum cum fœtore quo inexercitati terrentur, ſed conſuetum hoc eſt & ſuperficiale, eluitur mell. roſato. *Senn.* in hoc caſu in clyſtere præſcripſit rad. pæon. ℥ j. ſem. pæon. ʒ ij. Oſſis ſquammæ vi non evellantur ſed motus illarum, non lapſus, promoveatur; calli generatio promoveatur.

2. Contuſio, cum os deprimitur ita tamen

ut in multas teſtas non ſit effractum. Revocatur cucurb. cum magna flamma, ſed hoc fluxionem facit: æger ore, naribus clauſis ſpiritum ſurſum exprimat, quod in pueris ſuccedit, vel tenax emplaſtrum imponatur, vel attollatur terebello vel tripode. Oſſa ſine fine ferruminat empl. è gum. hederæ.

3. Effractura, cum os in teſtas diffractum intro deprimitur, teſtulæ illæ eximendæ, vel roſtris exſcindendum os vel ſcalpris & volſellis cum malleo plumbeo eſt effringendum. Interdum os ita depreſſum in natiuam æqualitatem reſidit.

4. Sedes: cum concutientis veſtigium oſſi manet impreſſum: revocatur ut contuſio.

5. Reſonitus, cum vel pars alia, vel lamina alia findatur quam icta ſit. Conjicitur, autem locus contrafiſſuræ ſi raſo capillitio emplaſtrum imponatur è pice liq. cera tereb. aloe: hinc enim ſi quis locus tumidior, humidior, mollior, apparuerit, huic fiſſuram ſubeſſe veriſimile eſt; adeo ut æger etiam tale nihil cogitans cogatur ſubinde manum ei parti admovere.

S. *progn.* Quatuor ſunt fracturæ quibus decipi chirurgus poteſt. 1. cum fiſſura ſubeſt capillaris. 2. cum interna lamina finditur, exteriore illibata. 3. cum os depreſſum ilico in nativum locum reſilit. 4. cum altera parte os ictum eſt, altera fiſſum. *Fab. Cent.* 1. *obſ.* 17. In fractura cranij ira lethalis

fuit,

fuit, *obſ.*19. actus Venereus, *obſ.*20. ſtrepitus nimius, riſus immoderatus, ſternutatio. *obſ.*24. aër religioſiſſime calidus ſit. *Fab. c.*3. *obſ.*22. familiaris eſt in vulneribus & contuſionibus capitis cucupha & rad. caryophyll. fol. fl. beton. &c.

An à FVLMINE tactum cadauer. Renuntiatio.

FVNGI. Sæpe è foramine per terebrum fracto fungi emergunt, caro ſcil. rubra, fungoſa. Subjectum eſt meninx læſa. Cauſa vitioſi humores craſſi. Curantur vacuantibus, item Topicis. ℞. *Sabin.* pulv. ℥ ij. ochræ ℥ j. f. pulvis qui adſperſus eos conſumit. *Par. Fabr.* alium pulv. habet.

FVROR uterinus eſt delirium cum immani Veneris appetitu, ortum à ſeminis & uteri calore toti communicato.

Curatur refrigerantibus, V. S. purgantibus bilem atram. Appropriata, ſemen extinguentia ſunt, lactuca, nymphæa, ſalix, porculaca, vitex, ruta, anethum, ſem. cannabis, imprimis coralla, Smaragdus. Cuncta trita & teſtibus circumlita venerem extinguunt. Refrigerandum per interna & Topica. Aquam caſtitatis vide ap. *Senn. l.*1. *p.*2. *c.*10. *l.*4. *p.*2. *ſ.*3. *c.*5.

FVRFVRES ſeu porrigo, fit ab ichore ſalſo, bilioſo etiam. Habetur aliquibus pro validi cerebri ſigno. Nihil periculi portendit.

Curatur generalibus, Topicis, mollientibus. poſt detergentibus ut urina, muria, decocto lupinorum cum fuligine, ſuc. ſcillæ. ſcarificatio, hirudines utiles ſunt.

FVRVNCVLVS. Puſtula.

GALLICA lues. Lues venerea.

GANGLIVM tumor eſt circa articulorum oſſa quæ ſola cute teguntur. Cauſa eſt nervi vel tendinis imbecillitas, ex ictu, labore; unde alimentum convertere non poteſt. Pertinet ad Scirrhos, non œdemata, ut ſtrumæ. Differt ab atheromate tumoris inæqualitate & renitentia. Curatur generalibus. Topica ſunt mollientia, poſtea ad calorem ganglium diſcutiens appone vel manibus cyſtim rumpe: laminam plumbeam impone, ſeca, ure ſi liceat; in articulis non licet. Suppuratio procuretur ſi reliqua fruſtra ſint.

GANGRÆNA der *Heiſſe brand.* prout ſphacelus *der Kalte brand.* Fit 1. à frigore nimio. 2. à venenata qualitate. 3. prohibita tranſpiratione vel ab humorum copia ut in inflammat. 4. à calore externo nimio. 5. alimenti & caloris influentis defectu. Quæ cauſæ omnem calorem nativum extinguunt. *Signa.* Si à cauſa 1. præcedit dolor pungens, rubor, tandem frigus, ſtupor. Si à 2. Syncope, febris continua, delirium adeſt. Si à 3. dolor & pulſatio citra materiæ reſolutionem & ſuppurationem imminuitur color lividus, fœtor. Pars ſi nigra ſit, marmore frigidior,

gidior, molliſſima: ſi penitus nec ſentiat nec moveatur, ſi valde fœteat & ſanies viridis affluat, ſphacelus eam tenet. Sæpe tamen aliquis motus deprehenditur adhuc etiam in ſphacelo, cum ſc. caput muſculi illæſum, tendinem ſyderatum movet, quo ne fallamur cavendum.

CURATIO. Vacuetur humor ſi adſit; diæta inſtituatur. Semper cor per in & externa roboretur. Si à frigore & nondum adſit gangræna, pars frigida vel nive fricetur, *Senn.* de gangr. poſtea theriaca cum vino detur ut ſudet. Ubi refrigeratio nonnihil mitigata eſt, lenes frictiones ex oleo amygd. am. & item fotus è lacte decoctionis roris marini utilis eſt. Si autem præſens ſit gangræna, ſcarificationes potius adhibendæ ut in ſeq. &c.

Si à cauſa 2. præter generalia, V. S. purgantia non valida, ſudorifera & cardiaca locum habent, & 1. Inciſiones ſunt faciendæ ſi ad os penetret, vitatis vaſis, vel ſcarificatio ſufficit, vel urendum. 2. lavandæ ſunt plagæ decocto acri detergente è ſcordio quod imprimis hic utile eſt, rad. angel. 3. ægypṫiacum cum peniculis inſere plagis, toties donec caro mortua novacula reſcindenda ſit conſumpta; quod carnis odor, color, ſenſus indicabunt. 4. Toti parti catapl. deſic. reſolu. eſt applicandum. 5. Supra partem affectam adſtringens.

Si à cauſa 5. Repellens locum non habet, niſi manifeſta adſit gangræna.

Si ſphacelus adſit, quidam in parte ſana ſectionem faciunt, quidam in demortua quod in hac ſymptom. ut hæmorrh. metus non ſit. *Senn.* diſtinguit: Si pùtredo non latius ſerpat ſed ceſſet, quod ubi fit, circa partem affectam circulus exacte rubeus & exquiſiti ſenſus apparet, ſectio fiat in parte mortua, alias non approbat *Senn.* Paræi modum quo ſanguinem ſiſtit, *vid. Senn.* Sæpe ægri diu pedem ante dies aliquot abſciſſum dolere queruntur.

Datur quoque gangræna ſcorbutica, quæ incipit plerumque à cauſa interna abſque ulla cauſa manifeſta circa pedis extremum cum nigris & purpureis maculis, ulcere cruſtoſo ſicco, ſaniem non reddente. Vltra ſex menſes extenditur aliquando. Occupat tendines, qui non tam cito ac caro putreſcunt, cum dolore intenſiſſimo.

GARGAREONIS inflammatio. Inflammatio gurgulionis.

GINGIVARVM fiſtula. Fiſtula gingiuarum.

GINGIVARVM inflammatio. Tumor.

GLOBO inflictum vulnus. Vulnus globo inflictum.

GONORRHOEA fit vel à retentrice læſa, ab intemperie frigida & humida, vel ſemine

ſemine aquoſo & acri expultricem irritante. Sine ſenſu eſt. Si ab intemperie, corrigitur contrariis, imprimis aq. ſuc. menthæ, balneis adſtringentibus, ſiccantibus, per generalia & Topica. Diſtinguendum tamen accurate, an ſemen an humor pituitoſus effluat. Diæta ſit ſiccans, calida. Facit tabem dorſalem quæ cum gonorrhæa ſemper eſt.

GONORRHOEA Venerea eſt inflammatio paraſtatum ab impuro contactu cum ſanie acri, dolore, ardore urinæ, tenſione penis, quæ vel per decennium durare poteſt.

CURATIO. In principio refrigeretur & humectetur, per clyſteres, lenientia, V. S. generalia, Topica. In declinatione adhibeantur reſolventia, ut terebinthina. Si inter mejendum intolerabilis ſit ardor, urinam reddat demerſâ mentula in matulam lacte vel aq. tepente plenam. Si ulcus fiat, detergentia injiciantur, ut aq. hord. ſir. roſ. aq. plantag. mell. roſ. *Paræus* addit ſæpe ægyptiaci modicum. Cicatrix inducatur injectione ſiccante & adſtringente. Si fruſtra, ad Guajacum recurre.

GULÆ obſtructio. Obſtructio gulæ.

GULÆ paralyſis. Paralyſis œſophagi.

GURGULIONIS inflammatio. Inflammatio gurgulionis.

GURGULIONIS procidentia. Procidentia gurgulionis.

Gutta roſacea. Aliquando rubedo pręter naturam abſque puſtulis, veſicis vel ulceribus adeſt, aliquando cum puſtulis & veſicis, aliquando cum ulcere, quæ poſtrema etiam *noli me tangere* vocatur. Inficit præcipue naſum.

Causa: ſanguis fervidus craſſus, vitio epatis genitus, qui ob craſſitiem nec remeare nec diſcuti poteſt. Difficulter curatur.

Curatio. Sanguis refrigerandus per diætam, V. S. cucurb. ſcarif. & generalia, purgationem humoris bilioſi. Topica ſunt aq. omnium fl. quæ deſtillatur è ſtercore bubulo, facies prius vapore aq. tepidæ molliatur. lac virginale. aq. lil. alb. Sigill. ſalomon. fl. fabar. &c.

Gutta ſerena. Oculi vitia.

Hæmoptysis. Cauſa eſt ruptura vaſis, quę cognoſcitur ex multi ſanguinis fluxione & confertim facta, & ex cauſa procatarctica, ictu, lapſu, ira, tuſſi valida. Vel eroſio: tumque præceſſit deſtillatio acris, vel eſus acrium, triſtitia: particulæ ejiciuntur cum tuſſi, ſputa cruenta per intervalla tantum ejiciuntur. Vel anaſtomoſis & non confertim ſed paulatim ſanguis modicus ejicitur, ut à venere. Reliqua ſigna abſunt.

Causa remota eſt conſuetæ vacuationis ſuppreſſio, lienis, epatis vitium.

Subjectum. Si ſimplici exſpuitione excernatur, è gingivis eſt; ſi per exſcreationem, è

fauci-

faucibus; ſi copioſus vacuetur & adſint capitis affecti indicia, è capite; ſi vomitu è ventriculo; ſi tuſſi è pectore.

S. *Diagn.* Si tuſſis ſit longa, è pectore oritur ob viæ longitudinem: ſi brevis, ex trachea: ſi mediocris è pulmonibus. Sanguis nigricans, grumoſus, interdum & fœtidus è pectore prodit. Spumæ ſimilis ex rubro albicans, è pulmonum ſubſtantia. Sanguis paucus ex trachea. Dolor obtuſus vel nullus pulmones affectos indicat, dolor magnus pectus.

S. *Progn.* Hæmoptyſis è pectore periculoſa, è pulmonibus magis, ex aſpera arteria minus: quia vaſa pectoris minora ſunt & ſanies in thoracem effunditur. Peſſima eſt ulceratio, minus mala ruptura; apertio facile curatur. Vlcus pectoris curabile, pulmonis non.

CVRATIO. Si fiat per rupturam, apertionem, unica eſt indicatio conſolidandi & ſanguinem ſiſtendi. Ergo ſi à tuſſi rupta ſit vena, ſuſpendatur omnibus modis catarrhus. Vide catarrh. poſtea ſiſtendus ſanguis per omnis generis revulſiones, qualitas ſanguinis excedens temperetur, bilis purgetur per mitiora, vitanda aloe & ſcam. omnibus medicamentis mel miſceatur quod vias aperiat. Poſtea ſolidandum per ſir. de Symphyto *Fern.* quem vide apud *Senn.* ℥ iv. ſuc. urticæ per dies 6. mane ſumatur, lap. hæmatites ʒ j. cum

aq. vel ſuc. polygon. Trallianus dat ℈ iv. datur in rotul. elect. infuſ. donec menſtruum rubeſcat. vide hæmorrhag. ſi omnia fruſtra, laudanum opiatum exhibendum vel aliud narcoticum. Chamædryos diuturnus uſus utiliſſ. Crato ep. 184. *Rul.* ſem. urticæ, *Manard.* rad. lappæ laudat. Si ex eroſa vena pectoris pus effluat, vel etiam ſputum cum ſanguine, curatur ut phthiſis quæ ab eroſis pulmonibus fit.

HÆMORRHAGIA critica. Criſes.

HÆMORRH. narium. Cauſa eſt vel anaſtomoſis: vel copia ſanguinis & adſunt ſigna plethoræ: vel irritatio expultricis ab humore acri & tum ſigna adſunt cacochymiæ: vel retentricis imbecillitas & tum ſæpius ex intervallo ex leviſſimis cauſis fluit ſanguis; vel ab externis ut irritatio, titillatio, illitus calidorum: vel diaireſis, vel diapedeſis ſi ſanguis ſit aqueus, ſi pituitoſa cacochymia infeſtet.

Diff. Fit vel è venis narium vel craſſæ meningis tertij ſinus, & tum ad revulſionem Topica occipiti applicanda monet *Bauh.* ſæpe ex arteria fluit. Critica non eſt ſiſtenda.

Progn. Melancholici & pituitoſi eam difficilius ferunt.

CURATIO. Si per anaſtomoſin à plethora, ea eſt tollenda & ſanguis à naribus revellendus per V. S. è directo & fiat foramen anguſtum, detrahatur per vices ℥ j. ℥ ij. vel etiam

iam ℥ iv. per cucurbit. ventoſ. epati applicatas, quæ tamen inflammationem epatis excitarunt. Melius ſiſtunt ſi pedi è directo applicentur, imo ambobus ſi ſanguis è nare utraque ſtillet, ea tamen cautione adhibita, ne diu in eodem loco maneant, ſed antequam deliquium animi superveniat, detrahantur *For.* ſcarificatæ ſuris, ſcapulis applicentur, Friligatura dolorifica artubus injicienda. Frictiones cum ſale & aceto fiant. Non niſi revulſione peracta per Topica & interna ſiſtatur ſanguis. Interna ſub quavis forma. *For.* ſtercus porcinum bolo arm. mixtum, ne agnoſceretur, exhibuit. Seq. etiam incurabilem fere hæmorrhagiam ſtitit.

℞. ſem. portul. plantag. acetoſ. endiv. papav. albi ana ʒ j. rad. conſol. maj. ℥ j. coq. in aq. ſ. ad ℥ ix. colat. adde ſir. myrt. granat. papav. nymph. ana ℥ ß. m. ſuccus urticæ & ſemen. lap. hæmat. Vltima anchora ſunt narcotica. Seq. *Heurnius* in ſecretis habet. ℞. Sem. pap. alb. ʒ ß. hyoſcya. alb. ℈ j. lap. hæmat. ℈ j. corall. rubr. ʒ j. m. f. pulv. cum conſerv. roſ. ʒ vj. pro una vice. Idem ℞. aq. urticæ ℥ j. pulv. cran. hum. ℈ j. m. ſuc. urt. portul. plantag. millefol.

Per Topica. fimus porcinus naribus applicatus, aq. gel. carpis manuum affuſa ſi febris adſit. Os repletum teneatur aq. gelida, ſi quid naribus attrahitur, quod perpetuum eſt. ſuc. urtic. plant. naribus indantur, anacolle-

mata item, epithemata, fotus, cinis chartarum alb. in nares mittatur. Fruſtum cretæ annulari contentum è directo. Teſtes foveantur frigida, ſpongia oxycrato imbuta axillis ſubmittatur. rad. pæon. linguæ ſubjiciatur. lapis carpion. ore detentus. radix nigellæ maſticata naribus apposita. Thalerus Imp. fortiter intercilio applicatur loris. Fl. Bellidis min. manu detentæ. Iidem intra ſumti ſanguinem concretum promptiſſ. reſolvunt. uſnea. aq. ſperm. ranar.

Si à materiæ acrimonia, purgari bilis debet & temperari.

Si per diapedeſin, humores ſeroſi purgentur. decoct. lign. cibi ſint incraſſantes, &c. *Heurnius* primo utitur cucurb. ventoſ. pedi, epati appl. poſtea & ſecundæ cervicis vertebræ: deinde frict. ligat. poſtea V. S. tandem Topica & interna. Muſcus ille crepitus lupi dictus.

HÆMORRH. vulnerum. Fit à ſolutione continui Venarum & arteriarum. Difficilius curatur, ſi arteria ſecundum longitudinem vel oblique ſecetur, quam ſi transverſim diſſecetur. Sæpe enim medici ſuadent, ſi ſanguis ſiſti nequeat, ut arteria transverſim diſſecetur.

Curatio. Adhibitis quæ ſupra dicta ſunt, primo vulneris vel potius vaſis orificium eſt occludendum, vel compreſſione digitorum, donec thrombus concreſcat, vel

cum

cum hoc in arteriis locum non habeat, in quibus ſanguis non concreſcit, & raro in venis, vas digitis aut med. obſtruatur. Commodiſſ. eſt fungus crepitus lupi dictus, vel Gal. illud tritum. Intercipientia ſupra partem affectam ponantur. Si fruſtra, *Par.* jubet vaſis oſculum radicem verſus acu filove cum carnis tanta portione quantam pars permittit comprehendere ac vincire, cui fini cogimur aliquando cutem, quæ vas illud tegit, dividere ac tarde vinculum reſolvere. Quod ſi hoc partis non ferat conditio, eſcharotica, quæ cruſtam inducunt, adhibenda, quæ improbat *Senn.* & potius eorum loco vitriolum laudat, quod non niſi uſtum cauſticum eſt, crudum v. vehementer adſtringit & parum urit. Quidam pulv. crudi vitrioli inſpergunt, alij commode in liquorem diſſolvunt & adhibent, niſi nervi ſubſint. Interdum vas in lucem protractum cogimur reſcindere, ut moles partium extremitatem ejus comprimat. Quidam ineunte vere, cum ranæ ſperma primum projiciunt, accipiunt craſſioris linei panni q. ſ. hoc ſpermate ran. ſæpius lavant ſolique ſiccandum exponunt, idque ter quaterve repetunt & ſic ſiccato linteo tempore uſus præciſam partem vulnere duplo majorem vulneri imponunt.

HÆMORRHOIDES Ani externæ duæ ſunt, interna à vena porta una. Diff. Sunt vel apertæ vel cæcæ in ano vel inteſtino

vel ſphinctere. Cæcæ ſunt vel veſicales à pituita, vel verrucales à ſanguine melancholico, vel uvales, vel morales mariſcæ dictæ. Dolor non eſt in venis, quæ ſenſu carent, ſed partibus vicinis à diſtenſione.

CAVSA. eſt anaſtomoſis Venarum à ſanguine craſſo aduſto. Purgantibus validis ut aloe, irritantur: quod qui negant, ſcutica digni ſunt. Internæ non niſi ſpeculo ani explorantur.

Pr. aph. 11. *ſ.* 6. In dolore hæmorrhoidum, niſi mature ſuccuratur, inflammatio vel ulcus fit. Cæcas tumentes, niſi maxime tumeant & magnum dolorem inferant, præſtat naturæ committere, quam aperire, magnæ effuſiones à V. externa fiunt.

CVRATIO. Cæcæ ſi tumeant, ut vacuetur ſanguis danda eſt opera, frictione aſpera facta, fol. mercurial. pariet. borrag. frig. ſuc. betæ, cyclam. centaur. min. ne autem dolor excitetur, anodyna addantur. Ol. Samb. & liquor qui è flor. verbaſci inſolatis in vitro fit, mire confert dolori ſi illinas. Scrophular. chelidon. minus extra, intra mire operatur.

Si vero magnus ſit dolor & inflammatio metuatur, V. ſecetur in brachio, poſtea etiam ad malleolum, ſi non ſedetur, hirudines poſt V. S. applicentur, quibus elapſis fluat ſanguis donec ſponte ſiſtatur, vel æger ſuper balneum aq. calidæ ſedeat, cuius vapore ſanguis movetur,

vetur, vaſculo aquæ innatante quod ſangnínem excipiat, vel cornicula extrahatur. Dolor ſedatur anodynis refrigerantibus injectis & applicatis, humectantibus etiam; imprimis ol. viol. etiam ad ℥ j. injectum. Quædam ſuberis liguei cinerem cum vitell. ovi & ol. roſ. ſubactum appoſuit pro miraculo. Sectio tuta non eſt, quia faciſlime fit ulcus. purgatio à hiera ardorem & tumores in ano ac hæmorrh. ciet. *Solen*. item frict. part. infern. ſuffitus è matric. cocta in vino. *Idem*.

Si vero nunquam fluere conſueverint, nec ſpes ſit eas fluxuras, danda opera (præmiſſis forte generalibus & purg. ſec. *For.*) ut exſiccentur per digerentia & exſiccantia, ut bol. arm. verbaſc. ſcrofular. plantag. milleſ. hyperic. ſcabioſ. cynogloſſ. rad. chelid. min. ſub forma fotus, inſeſſus, vaporis. Fumus ſulphuris. Cæpæ cum butyro coctæ. *Amatus* cum cætera eſſent fruſtra, pomum arantinm excavatum ol. roſ. & ſem. lavendulæ impletum ad cineres calidos admovit, calide applicuit & ſæpe renovavit. Si parcius fluant, viæ molliendæ, danda aloe. Si nimium fluant, curandnm revellentibus, alterantibus, adſtringentibus. Præſervatio fit per purgantia &c. *Rulandus* ſibi ipſi ſtitit applicatis alternis ſacculis rubr. & contuſis glandibus vel fol. quercus in aceto diu coctis.

Obſervavit *Senn. Plat. Fern.* ſæpe è podice ſine ſanguine & dolore mucoſas & ſubal-

bidas ſordes, quas falſo nonnulli pro pure habent, excerni multo tempore, poſt longos morbos melancholicos, equitationem. Materia è ſanguine corrupto fit, ut in fluore muliebri, albumini ovorum ſimilis. vid. Topica.

HÆMORRHOIDES Vteri. Vt in ano ſic & in uteri cervice fiunt hæmorrh. ſi venæ in illo loco diſtendantur: explorantur ſpeculo.

CVRATIO. præmiſſis generalibus dolor quovis modo ſedetur per inſeſſum, &c. Si dolor abſit vel mitigatus ſit, ſi ſanguinem non fundant, ſed tumeant, ſolummodo veteres eas ſcarificabant, ſed potius digerentibus & ſiccantibus ſiccentur. Si valde turgeant, ut vacuentur danda opera, per mollientia ſub forma vaporis, & frictione, appoſitione hirudinum: ultimum eſt ſectio, quæ tamen eſt periculoſa.

Dolent ac ſolo dolore à menſtruo dignoſcuntur.

HEMICRANIA. Dolor capitis.

HEPATIS inflammatio. Inflammatio hepatis.

HEPATIS obſtructio. Obſtructio hepatis.

HEPATIS ſcirrhus. Scirrhus hepatis.

HERNIA inteſtinalis. Cauſa proceſſus peritonæi vel ruptura vel laxatio. Prius negat *Fab. ep. cent.* 3. annexa. quia in aneu-

riſmare,

riſmate, exomphalo, varice, arteria, peritoneum & vena dilatatur: quia in ſectione herniæ conſtrictio & ligatura illius proceſſus fieri non poſſet, diſruptæ enim partes diſtrahuntur.

Sign. Tumor durus modò magnus modò ferè evaneſcens in ſcroto digitis preſſus remeat cum murmure & dolore: ſi rumpatur peritonæum, ſubito oritur, ſi laxatum, ſenſim. Sæpe teſtis naturæ ignavia in inguine reſtitat, dolorem, tumorem faciens, herniam mentiens. Curatur ſaltu, &c. Epiplocele ſine dolore & murmure intro pellitur.

CURATIO. Inteſtinum reponendum: ſi ob flatus & fæcum duritiem reſtitui non poſſit, violentius non ſunt impellenda, ſed prius applicandum molliens reſolvens. Si fruſtra, clyſter reſolvens injiciatur: ſi etiam hoc fruſtra, conſenſu amicorum in ſcroto facienda eſt ſectio, ut peritonæi ruptura major fiat. Sic repoſito inteſtino peritonæum ſutura claudatur. Si flatus ſint à pituita, difficilis eſt curatio, valida enim diſcutientia flatus augent, in quo caſu quidam ol. amygd. dul. dant, tutius glandes & clyſteres pituitam educunt. Sectio de qua ſupra, rariſſime prodeſt. *Senn.* ſæpe homicidij ſuſcipicionem medico facit.

Continetur repoſitum inteſtinum ſubligaculo. Diæta ſit conſolidans, adſtringens. Interna quoque talia. Poſt videndum ut alvi excrementa ſint mollia. Quoties alvus red-

F

ditur, manu cohibenda inteſtina. Supinus per aliquot dies in lecto ſe contineat. Topica ſint ſymph. maius, ſanicula, jacea alba & nigra, Sigillum Salomonis, pentaphyllum, Tormentilla, nuces, cupreſſ. filix fœmina, piloſella, perfoliata, herniaria, herba Holleriana dicta, quod Hollerius ſcribat ſuccum ejus herbæ per 9 dies cum vino rubro potum hernias perfecte curare. rad. caryophyllat. è quibus interna fiunt ſub quavis forma æque ac Topica. Curatio per punctum aureum, ut vocant, fit modis tribus, vel cum filo linteo, vel virgula plumbea, vel virgula aurea. *Par. l.7.* Caſtrationi *Paræus* nunquam ſubſcribit, niſi vel gangræna vel ſarcocele eos invaſerit, *Platerus* alium modum habet, quo citra ſectionem herniæ curantur. vide *Senn.*

HERNIA inguinalis. Tumor rotundus in inguine qui facile intro pellitur.

CURATIO. *For. l.27.* eam curavit eccoprotico clyſtere, fotu molliente & reſolvente, repoſitis inteſtinis: locus inunctus eſt ol. ovor. myrt. hyperic. ana q. ſ. mox per plures dies ceratum contra rupturam applicat & ſubligaculum. Potus erat cereviſia infuſionis conſolid. maj. cum ſacch. vel claretum decoctionis rad. conſolid. ſigill. Sal. glycyrrh. ana ℥ ß. herba valeriana, nepet. conſol. min. oſmund. plantag. fl. roſ. rub. ana m. ß. ſem. aniſi ʒ j. alij dant flores calendulæ cum vino ex ovo ſorbili: quidam dabat pulverem ver-

mium terr. *For.* feliciſſime utitur rad. Sig. Sal.

HERNIA uteri. Non occurrit apud authores. *Senn.* Vnicum habet exemplum. *Doringius in Epiſt. ad G. Fab.* adhuc duo recenſet. Fit cum uterus in inguen decumbit & ibi ſenſim accreſcente fœtu in majorem tumorem attollitur. Curatur ſola ſectione.

HERNIA ventoſa. *Sign.* Tumor ſcroti ſine pondere aut gravitate cum ſono. Facile curatur.

CVRATIO. generalibus flatum & pituitam tollentibus, Topicis reſolv. ſectione non curatur.

HERNIA aquoſa. Sæpe ſequitur hydropem vel comitatur potius. Raro in ſcroto generatur, defluit per venas à renibus. Cum unum latus ſaltem affectum eſt, nunquam teſtis dexter, ſed ſiniſter, ob materiam ſpermaticam laborat.

S. diſtinguitur à Sarcocele ſola pelluciditate, tumor in abdomen ſe non recipit, licet prematur. Si in ſcroto ſit, teſtes tactui occurrunt, ſcrotum tumet. Si inter erythroidem tunicam, tumor eſt ovalis, teſtis viſum & tactum fugit, ſi in uno tantum latere ſit tumor.

CVRATIO. Si ſiniſter teſtis laboret & ren ſiniſter vitioſus ſit, vel plane à cura abſtinendum, vel ſcrotum tantum in inferiore parte incidendum, ut ſeroſus humor effluat,

quod ſingulis annis in ſexagenario feliciter fecit *Griffonius ap. Fab.* Si renes non laborent, aqua vacuatur vel inſenſibiliter per reſolv. & diſcutientia: ſi fruſtra, præter univerſalia ſcrotum ſcalpello aperiatur ſi in ſcroto hæreat aqua: ſi in tunicis, tutum non eſt. Si cum hydrocele caro circa teſticulum concreverit, ut in ægro *Fabr.* caute tractetur, *cent.* 4. *obſ.* 65. reſcindatur teſtis, ſi fieri poſſit, ut & ſi ab aqua teſtis putreat, quod ex fœtore & odore ſcitur.

HERNIA carnoſa raro in ſiniſtro latere oritur ob vas ſpermat. Fit è ſanguine craſſo ut verrucæ.

S. Tumor durus ſine inguinis tumore ſenſim auctus, figura teſtem refert. ab Hydrocele pelluciditate dignoſcitur. Iuvenis cum ob amici ingreſſum in coitu ſemen retineret, Sarcocelen incurrit. *obſ.* 64. *Cent.* 4.

CURATIO. Vniverſalibus præmiſſis, in principio repellentibus utendum, poſt ſiccantibus vel chirurgia, qua totus teſtis eximitur. *For.* aliquot curavit. Qui cacochymum, imbecillum ſenem, aut guloſum præſumſerit curare ſectione, maniſeſtiſſimè deſiderat homicida vocari. Suadent autores tutius eſſe non aggredi curam. Pulvis rad. ononid. ſumtus, utiliſſimus.

HERNIA varicoſa, ramex varicoſus ſeu cirſocele eſt varix: tactu & viſu exploratur.

CURATIO. *For*. præter generalia empl. de mucag. & ammon. applicat. *Paræus* ſectione curat ut varices. *Senn*. hanc periculoſam ait & teſtes potius in ſubligaculo ſuſpenſos gerendos, & adſtringentia applicanda, ut aq. nuc. cupreſſ. alij molliunt, poſtea reſolvunt ut *For*.

HERNIA umbilicalis. Sæpe fit, cum inteſtina & omentum in umbilicum laxatum decumbunt.

S. Si ab inteſtinis, tumor mollis non eſt nec durus, ſuppreſſo ſpiritu increſcit; ubi æger ſupinus decumbit, inteſtina plerumque cum ſtrepitu & rugitu in ſuum locum regrediuntur. Si ab omento, tumor ad baſin latus, in vertice anguſtus eſt.

Pr. In infantibus facilè, in adultis difficillimè curatur.

CURAT. præter generalia & Topica ut ſupra, *For*. in infantibus, repoſitis inteſtinis, quatuor rotulas ad formam ſtuferi è corio rubro conficit oxycroceo obductas. Primam per dies 4. apponit, qua ſublata aliam apponit. Idem ol. ovorum laudat. Faſcia umbilicalis tuta eſt, ſectio non tuta, præſertim in infantibus. Cum tumorem aperuiſſet chirurgus in infante, inteſtina cum anima ſunt effuſa. *Par*.

HERNIA umbilicalis aquoſa. S. Tumor laxus cum fluctuatione, preſſus non minuitur nec augetur, ad candelam lucidus apparet.

Progn. In Infante periculo vacat. In adulto cum hydrope periculoſus.

CVRATIO. Nutrici diæta ſicca imperetur, adulto vacuandum ſerum. Topica ſint reſolventia, in infantibus cataplaſma ex arnogloſ. & lentibus ſimul coctis utile eſt. Si fruſtra, facienda eſt inciſio, quod probat *Laur. Fabr. Hild. & Senn.* hernia umbilici flatulenta curatur, ut hernia ſupr. ſed difficulter.

HERNIA umb. carnoſa. Sig. Tumor digitis non cedens, licet æger ſupinus jaceat. Curam chirurgicam non admittit *Paræus*. *Benivenius*, *Fabr. Cent.* 5. *obſ.* 62. fungum carnoſum cancrum referentem, filo ſenſim magis conſtricto abſumſere.

HERNIA Gutturalis, Bronchocele, eſt tumor inter aſperam arteriam & cutem, quo modò caro hebes, modò humor aliquis melli aquæve ſimilis, ſæpe cum pilis continetur. *Platerus* ſolum flatum cauſam eſſe ſtatuit: cauſam remotam vero avulſionem cutis cum membrana ab aſpera arteria; prius negat *Senn.* primo applicentur adſtringentia, poſt ſiccantia reſolventia.

HERPES miliaris à bile flava ſincera oritur tenuiore: exedens à bile acriore, ulcera facit parva ſerpentia, excoriationem ſine altitudine cum livore. Male nomine formicæ multis venit.

CVRATIO. Per generalia. Continens cauſa primo refrig. ut lactuc. &c. indicat, ubi

fervor

fervor remiſit, digerentia, diſcutientia utilia ſunt. Si puſtulæ adſint, refrig. non ſint humida ſed ſicca, ut fol. ſalic. polyg. *Aquapendens* ſeq. ſæpe uſus eſt. ℞. ſucc. Tabac. ℥ iij. ceræ citrin ℥ ij. reſ. pini ℥ j. ß. tereb. ℥ j. ol. myrrh. q. ſ. f. Cerat. *For.* fol. Tuſſilag. appoſuit. certiſſ. auxilium in ung. enulato cum Merc. expertus eſt *Paraus.* Commendatur ol. è virgula deſiccatæ betulæ ad vas ſtanneum collectum. Si indies ſe latius diffundat, margines ulceris oleo vitrioli vel aqua forti continges. Hoc pacto inſanabilia ulcera curavit *Par. l.* 6.

HORDEOLVM. Palpebrarum vitia.

HORROR Gradu differt à rigore. Subjectum eſt muſculus. Cauſa expultrix irritata; & ſic ad fac. naturalis ſymptomata pertinet: quia tamen animalis virtus ad noxij expulſionem quoque inſurgit, ad animalia ſymptomata refertur. Remotam Gal. & multi ſtatuunt refrigerationem & motum calidi influentis à centro ad circumferentiam & contra. Verum in rigore à bile excitato, item ubi acria ulceri imponuntur aut ſcintilla in corpus incidit, rigor refrigerationem præcedit. Ergo cauſa eſt res moleſta in ambitu corporis ſubito partes ſentientes vellicans & expultricem ſtimulans. Sententia Gal. aliquando obtinet. In febb. rigor fit à vellicatione partium ſenſilium ut ventriculi, &c. ita tamen ut partes in ambitu corporis & muſcu-

los in conſenſum trahat, ut & è vaporibus eo tranſmiſſis.

CURATIO peculiaris huic non debetur. Sequitur enim alios morbos. In febb. dorſum calidis ut ol. chamæm. inungendum.

HUMERI luxatio. Luxatio humeri.

HUNGARICUS morbus. Febris hungarica.

HYDATIS palpebræ. Palpebrarum vitia.

HYDROCELE. Hernia aquoſa.

HYDROPS Aſcites eſt tumor abdominis, ſcroti, femorum, pedum, ab humore aqueo, qui interdum diaphragma premit, ſæpe in thoracem tranſudat, unde tuſſicula, quique tractu temporis putreſcit, unde febris, ſitis à vaporibus ſalſis. Generatur aqua à partibus inter ventriculum & renes; epar, in anaſarca, non in aſcite: læderetur enim totum corpus, niſi forte id infici tandem dicamus. Colligitur aqua in abdominis cavitate, non ob eparis vitium, nec viarum ad renes anguſtiam, ſed paucam mictionem: parce mingunt, quia aq. in illis locis ſubſiſtit. Subſiſtit ob lienis attractricem læſam ejuſque vaſorum obſtructionem, ſcirrhum. Minima enim pars ſeri per venas ad renes vehitur. Maxima pars è ventriculo per vas breve à liene attrahitur & inde per arterias ad renes derivatur. A ſanguificatione ſola læſa fieri non poteſt: licet enim in ſanguinem crudum

dum chylus mutari queat, ut in anaſarca, non tamen in aquam totus mutari poteſt, & licet mutatus, à renibus tamen excerni poſſet. Defluit in abdominis cavitatem & omentum per venas per modum anaſtomoſeos & diapedeſis & ſolutæ unitatis: aqua ſæpe eſt citrina.

S. Tumor pedum ſemper adeſt, maxime circa veſperam & poſt exercitia. Intumeſcunt ſæpe pedes in convaleſcentibus è morbis acutis & chronicis à ciborum copia vel cauſa externa, qui tumor periculum non minatur, ſi modo mature ſuccurras.

Pr. Anaſarca tutior eſt, quia minus læditur fac. naturalis & ſanguis propius ad naturalem ſanguinem accedit quam aqua. Aſcites ſi à ſcirrho fiat, periculoſior eſt tympanitide, cætera tympanitis gravior eſt aſcite. Si ab epatis vitio fiat, tuſſis facile fit & alvus dura eſt. Si mollis & liquida ſit alvus citra allevationem, partes, ut venæ circa ilia, æſtu hectico laborant & in cauſa ſunt: in quo caſu cathartica ſæpe lethalia ſunt. Si ſequatur morbos melancholicos, à lienis eſt vitio, etiam in agone conſtituti bene ſperant quod mirum: citius in ſervis quam liberis, juvenibus quam ſenibus, curatur. Quibus firma ſunt viſcera, iis in principio morbus ſolvitur ſæpe vomitu, diarrhœa, ſudore, urina.

CVRATIO. 1. Varianda ſunt remedia: 2. abſtinendum per aliquot dies intercalares

à medicatione. 3. ad fortia non veniamus niſi mitiora fruſtra fuerint. 4. forma potius ſit ſicca.

Vacuatur cauſa continens catharſi, rarius vomitu, ſi in abdomine & meſenterio oberret; ſudore & urina, ſi cis hepar. Cathartica ſunt, præter vulgaria, ſuccus è rad. vel cortice mediano ebuli cum aq. hord. vel paſſul. expreſſus, non coctus: coctus enim exoleſcit, ad ℥ j. Exprimitur ex acinis baccarum Sambuci oleum, ut è ſemine lini, quod ad ʒ j. datur. Extractum è granis ebuli. Granum vel ſemen ricini unum vel alterum excorticatum: dicuntur grana Tilli: gummi gottæ, quod aliqui ſuccum ricini eſſe putant. Succus iridis noſtratis cum mell. paſſul. tragac. per ſe enim datum fauces exurit. Elaterium tam vehemens non eſt, ut vulgo audit; adduntur mucagines. Spiritus vitæ aureus Rul. qui pleriſque nihil aliud eſt quam eſſentia Trochiſc. Alhandal. Seq. commendat vel præſcr. *For.* ℞. ſpec. Indi min. ʒ j. ß. rad. Mechoac. ℈ iv. rad. enul. pimpinell. ana ℈ ß. f. pulvis: tertia pars detur cum vino. vel ℞. rad. ireos, ebul. petroſ. apij, bruſci, enul. (filicis) ana ʒ j. hyſſop. centaur. abſint. fol. Sambuc. quæ optima ſunt, ſatureiæ, Ceterach. cuſcut. ana. m. j. medianorum cort. Samb. gratiol. beton. ana m. ß. rad. rub. tinct. cal. aromat. inciſi ana ʒ ij. ſem. aniſi, dauci ana ʒ j. ß. ſem. cartham. contuſ. ℥ ß. folior.

ſen.

ſen. ℥ j ß. polyp. qu. ℥ ß. fl. geniſt. m. ß. ſem. junip. ʒ j Soldanell. m. ß. uvarum paſſ ℥ j. glycyrrh. raſ. ℥ ß. zinz. cinam. ana ʒ j. coq. in aq. ſ. ad ℔ j ß. colat. adde ſir. de Byzant. de eupator. de calamint. ana ℥ j. f. decoctum, vel ℞. fol. Sen. ℥ ß. ſem. aniſ. ʒ j. fol. mezer. ʒ ß. rad. Ireos virid. parum contuſ. ʒ iij ß. ſoldanell. ʒ ß. infunde in ℥ ix. ſeri lactis facta prius ebullitione, expreſſ. add. ℥ ij. mell. roſ. col. pro 2. doſibus. Si adſit febris *For.* pro mezereo ponit ʒ j ß. Rhab. ſpicæ ℈ j. vel ℞. ſuc. ireos ℥ ß. aq. caſei ℥ ij ß. mellis crudi ℥ j ß. bulliant & colentur. adde ſpicæ nard. ℈ ß. cinamomi ℈ j. diagrid. gr. iij. Topica purgantia applicentur. Roborant epatica & ſucc. cochlear. ad ℥ j. ſumtus quotidie. *Crato ep.* 123. offert magno cum ſucceſſu extract. rad. Ireos. Hyoſcyamum pedibus ſupponit ep. eadem. *For.* ſolo uſu allij multos curavit.

Topica ſunt ℞. ung. agrip. ℥ ij. ſuc. ebul. vel ſambuc. ℥ j. coq. ad ſuc. conſumt. fiat litus pro ventre & pedibus. Si ſcirrhus adſit, mollientia applicentur. Vetula quædam ranas, rubetas dictas, vivas in ollam conjecit, cum ol. oliv decoxit, eo oleo cum miraculo pedes & ventrem inunxit. Seq. arcanum eſt *For.* ℞. rad. ebul. rec. m vj. rad. bryon. ℔ j. corticis exter. ſamb. m. iiij. fol. cucum. aſin. m. ij. caul. rubr. m. vj. fol. malv. m. ij. fol. alth. m. iij. furfur. ma, m. V. fl. chamæmel. m. iij. fl. melil. m. ij. abſint. ſicc. m. iij.

coq. in ſ. q. aq. ſ. piſtentur; adde ungu. agrip. ℥ iij. far. hord. ℔. ß. f. cataplaſm. pro cruribus ad genua uſque. vel ℞. ſuc. ireos, ſuc. rad. ebul. & rad. ſamb. & ſuc. bryon. ana ℥ j. ung. agrip. ℥ iij. coq. ut f. ung. molle. mulier ab applicato pedi veſicatorio mortua *Fab. obſ. 49. c. 1.* Gradus ait, mirabiliter ad ſe attrahere aquoſitatem, ſi ranæ vivæ in balneo artificiali ponantur. Paracenteſis, quæ locum habet cum viribus conſtantibus, viſceribus integris; aliâs brevi intumeſcit venter & reliqua fruſtranea ſunt, cum umbilicus in amplam & lucidam veſicam attollitur. *Sanctorius* dicit inſtrumento ita dilatari vaſa umbilicalia poſſe, ut aquam vacuare poſſint. Si non tumeat infra umbilicum, ad latus dextrum ſi hepar; ſiniſtrum ſi lien laboret, tribus vel quatuor digitis à linea alba ſecetur, immittatur fiſtula linteis clauſa, ut non niſi medico volente ſenſim quid vacuetur. ut in empyemate. aperitur commode ſcrotum ut docet *Fab. Cent. 1. obſ. 48.* In omnibus hydropicis Rondelet. Pancreas induratum vidit.

Sudor niſi ſponte natura eo ducat, vix prodeſt. Interna ſunt & inſenſibiliter aq. tollunt ſales theriacales ſudoriferi, abſint. chalybs, fotus & topica reſolventia. Spongia vino imbuta cui ſal ſulfur & artemiſia incoxerint. Sitis non tollitur aqua ſed oxycrato.

Si febris adſit, frigida calidis miſceantur, æs uſtum formatum in pil. cum mell. ad ʒ j.

vel

vel ℥ jß. Supra talum 4. d. utiliter cutis aperitur ſcalpello paulo quam in V. S. altius & ſale confricatur ne ſanguis concreſcat: Sicque aqua educitur feliciter. fol. hyoſcyam. pedibus ſuppone. Hydrops ex colliquatione fit in feb. ardente à calore exurente, curatur refrigerantibus calorem & vacuantibus aquam.

HYDROPS Tympanites vix differt ab aſcite. Raro enim flatum abſque aqua & contra reperias. Vocatur & hydrops ſiccus.

CAVSA eſt flatus in abdomine incluſus, imo & inteſtinis ex *obſ. Plateri*, *Smetij*. Flatus fiunt è materia craſſa, præſertim bile atra, & calore per ſe quidem ſatis forti, reſpectu materiæ tamen debiliori. In tympanite calor fere eſt adurens, materia autem melancholica.

S. *diagn.* Venter ſonum reddit inſtar tympani.

CVRATIO. Materia eſt evacuanda, cauſa flatuum tollenda, flatus diſcutiendi. Semper carminativa ſuperent purgantia. Arculanus ſingulare remedium putat eſſe, ſi in clyſtere ſolvantur ℥ iij. elect. de bac. lauri, diſcutiendum per interna & topica. empl. è bac. lauri. Si calida non juvent, ad frigida tranſeundum. Miraculi inſtar ſe habet cerevſia decoctionis fl. chamæmeli.

In leucophlegmatia vel anaſarca V. S. convenit, ſi à ſuppreſſione fiat, curatur ut cachexia.

HYDROPS Vteri vel in cavitate eſt uteri, vel in tunicis uteri, vel in vaſis uteri, vel claudatur cyſti, vel non. Eſt vel cum fœtu vel ſine. Plerumque fœtum enecat, ſæpiſſime ingravidationem mentitur. *Cauſa* vel tranſmittitur aliunde, vel in utero generatur: ſuppreſſio menſium. *S.* diſtinguitur ab impregnatione quod hydrops uteri æqualiter juxta uteri amplitudinem extendatur. Si ultra decimum extendatur menſem. quotidie & poſterioribus menſibus ingraveſcit: in imprægnatione contra ſymptomata, quæ primis menſibus affligunt, poſterioribus remittunt. Mammæ quæ ſolidæ ſunt, molles fiunt. In hydrope uteri ſanguis aliquis effluit. Diſtinguitur à mola pondere, ab inflatione uteri pondere & ſonitu: ab hydrope ventris, quod oriatur à partibus ſuperioribus, & pergat ad inferiores. In hydrope uteri contra. cum in cavitate hæret, os uteri clauſum eſt, cum in cyſti conniveт. Si totum corpus bene ſe habeat & præceſſerit partus laborioſus, ab uteri vitio fit. *Pr.* Si aqua non ſit corrupta, non acris, quod ex ſymptomatis colligitur, curatur proceſſu temporis.

CVRATIO. Si è ſuppreſſis menſibus ſit, ij evacuandi, etiam V. S. In reliquis tamen caſibus utilis non eſt: aqua per injectiones diuretica, per peſſos purgantes, externa, vomitum ſternutationem, clyſteres. Fonticuli utiles non ſunt.

HY-

HYDROPS pectoris raro agnoſcitur frequens tamen eſt; à capite deſtillare tantam copiam probabile non eſt: ſed vel generatur in thorace vel tranſmittitur.

Sign. dolor gravans pectoris. Sonitus cum movetur corpus. Tuſſis ſicca. Suffocationis periculum imprimis per ſomnum primum, ſitis, appetitus dejectio, color faciei pallidus, intumeſcunt ſæpe pedes.

Progn. Raro curatur. Semel curatus facile revertitur in hydropem.

CVR. Aqua vacuanda per vices, per purgantia. Hipp. ſectionem thoracis inſtituit viſceribus integris. Per diuretica quibus ſeipſum curavit per annos viginti Maximil. II. Imp. cumque impediretur ille motus, ſuffocatus eſt. *Crato ep.* 137. *Senn.* ſectionem in principio laudat.

HYDROCEPHALVS Qui vel intra vel extra cranium ſubſiſtit. Affluit per anaſtomoſes & diapedeſes venarum. In infantibus fit à violenta obſtetricatione.

Sign. Si extra cranium hæreat, tactu exploratur. Si intra, illacrymantur oculi & difficulter clauduntur, & lethalis eſt.

CVR. Præmiſſis generalibus vacuantibus ſi ætas ferat, pars primo eſt mollienda, poſt reſolventia tentanda. ſp. vini cum 4 parte aq. ſcabioſ. item aquam calcis vivæ abjecta calce commendat in pueris Aquapendens. Si fruſtra hæc ſint, cauterium occipiti appona-

tur. Sectionis proceſſum vide apud *Sen.* Tandem cerebrum ſiccantia adhibeantur, *Fab. obſ.* 10. *C.* 1. invenit in anterioribus cerebri ventriculis 18. ℔. aq. limpidæ.

HYPOCHONDRIACA affectio. Affectio hypochondriaca.

HYPOPYON Oculi vitia.

ICTERVS flavus, viverra, aurigo, morbus regius & ſuffuſio fellis

Si ab anguſtia meatuum vel veſicula fellis fiat, feces alvi candicant, febris abeſt, adeſt gravitas, repente oboritur citra virium jacturam, ſi med. efficacia nihil profuerint, à calculo oritur anguſti . Si hepatis affecti ſint ſigna, illud affectum eſt. Si diu duret hydropem minatur.

CVR. Primo aperiendum, imprimis per cuſcutam, qua nihil præſtantius, crocum agrimon. marrub. centaur. min. chamæd. abſinth. utili. eſt lapis flavus in felle tauri repertus. ʒ j. lumbric. terr. cum ſuc. cichor. rad. chelidon. maj. enulæ, Tartar. vitriolat. cremor Tartari vino chalybeato dilutus, ſpiritus ſalis. decoctum ex fragor. m. iij. paſſul. ℥ iv. marrub. m. ß. in infantibus ſem. aquileg. poſſunt & aperientia & purgantia. miſceri. Poſt vacuandum. *Gal. l. de vi purg.* prorſus negat hic V. S. *For.* ea utitur, ſi adſit plethora. Purgantia valida eſſe poſſunt. *For.* in puerpera icterica dedit el. de ſuc. roſ. ℥ ß. rhabarb. ℈ j. diagrid. gr. j. ſpic. gr. iii. cum aq. melit. lupul.

pul. fænic. ana ℥ j. pro una. Solutæ obſtructionis ſignum eſt, quando feces alvi iterum colore flavo tinguntur, & urinæ flavedo remittit.

Si à colica, cum ſc. à pituita & flatibus obſtruitur meatus cholidochus, curatur ut colica, è colica icterus, ex ictero colica.

Si ab hepatis calore, nimia bilis copia & hinc febris oritur, urina & fæces flavæ ſunt, pedes & manus calent.

CVR. V. S. convenit, ſi adſit plethora. Intemperies corrigenda, cauſa vacuanda.

Si criticus ſit, urina & fæces naturalem colorem retinent. Curari non debet. Si ſymptomaticus ſit die non critico, non cocta materia ingruit. Tollitur curata febre.

Si ab inflammatione hepatis fiat, curatur ut phlegmone.

Si à veneno, curatur alexipharmacis.

Rondeletius gravidis ſanitatem pollicetur ſi ſeqq. carpo & pedibus ſupponantur. ℞. fol. viſc. querc. m. ij. chelidon. marrub. ana m. ß. contundantur in mortario cum pauco vino. Sequenti *Par.* utitur. ℞. ſtercoris anſer. ʒ ij vini alb. ℥ iij. fiat potus duabus horis ante paſtum. *Querc.* ſtercoris anſer. ʒ j. vel ʒ ß. exhibet. vel ſterc. gall. alb. ʒ ß. per dies 4.

ICTERVS niger vulgo à liene fieri creditur, cum humor mel. non attrahitur. *Platerus* cauſam eſſe bilem vult p. n. quæ in veſicula fellis colligitur ac in venis meſarai-

ciſcorrupta eſt, & viridem ac nigrum colorem è corruptione acquiſivit; quia in liene nulla cavitas, nullus ſinus, nec in venam cavam deferri poſſet: quia ſubito invadit. Curatur ut icterus flavus, chalybe, &c. ſi color non ceſſet, diſcutiendus eſt ſudoriferis, balneo etiam ſicco, & poſt balneum abſtergatur corpus emulſione ſem. cannabis. Tinca piſcis per dorſum diſſectus abdomini vel plantis pedum applicatus hum. flavum & nigrum attrahit.

IECORIS inflammatio. Inflammatio hepatis.

IECORIS obſtructio. Obſtructio hepatis.

IECORIS ſcirrhus. Scirrhus hepatis.

IGNIS ſilveſtris. Puſtula.

ILEVS eſt motus inteſtinorum inverſus, in quo nec chylus perfecte diſtribuitur & feces retinentur & tandem per os rejiciuntur.

Cavsa. Vulgo docetur fieri ab inflammatione inteſtinorum, à duritie & copia fecum, ab hernia, à veneno. Cæterum Senn. non credit poſſe fieri ab obſtructione inteſtinorum tenuium; feces enim per os egredi non poſſent ſed ſtatuit prout in vomitu fibræ circulares ventriculi; ita in ileo inteſtinorum tenuium in cauſa eſſe; quia clyſteres in ileo ſæpe per vomitum rejiciuntur, imo & glandes. Cauſa autem illius motus eſt inflammatio inteſtinorum. 2. fecum retentio. 3. exulce-

ulceratio. Plerumque tenuia occupat, aliquando & craſſa inteſtina.

S. Diagn. Alvus ſuppreſſa, vomitus major quam in colica, dolor minor. Si tenuia ſint affecta, vomitus, nauſea major.

Progn. Omnis ileus periculoſus; ubi feces evomuntur, exitalis, *aph.* 44 *ſ.*6. *aph.*10.*ſ.*7. intra 4. dies interimit.

Curatio. Mollientia ſunt ex uſu, interna, Topica, ℥ j. ol. amygd. d. unice proſunt. ſemper foveatur podex mollientibus, abdomini applicentur mollientia, balneum utile eſt, juſcula pinguia, clyſteres mollientes.

Si ab inflammat. curatur, ut inflammatio inteſtinorum. Si à fecibus duratis, curatur ut colica. Si curari non poſſit Hippocrates folle inteſtina inflata à ſtercoribus ſeparat & poſtea clyſterem injicit. Si ab hernia, curatur ut hernia.

IMAGINATIO per ſe non alterat nec movet, quia eſt potentia apprehendens ejuſque actio immanens; ſed per accidens, quatenus facit vel appetitum vel odium; ſicque trahitur in conſenſum facultas motiva ſeu naturalis, quæ humores & ſpecies vel mittit vel retrahit. Morbos producit ob ſolum terrorem & timorem, quo humores moventur & corrumpuntur. Si vero imaginatio ſit naſi magni, naſus magnus non fit. Per ſe non curat morbum ſed quatenus confidentiam

facit & gaudium. Fœtum afficit in mala conformatione ob animi pathemata & inde natum motum humorum & ſpirituum, quo facultas formatrix turbatur. In determinata conformatione, ut ſanguineæ maculæ mori inſtar, imaginatrix formatrici ejuſmodi ſchema exhibet vel per pathemata animi, vel quatenus anima matris ſic affecta afficit animam in ſemine, hæc fætum.

IMPETIGO Græcorum nihil aliud eſt quam lepra. Celſus quoque lepram impetiginem vocat. Latinis, ut Plinio, impetigo ſeu lichen eſt cutis aſperitas cum puſtulis ſiccis & magno pruritu ad vicina ſerpens. *Fern.* 4. facit impetiginis ſpecies. 1. pruritum. 2. impetig. ſeu lichen. 3. Pſoram quæ eſt cum puſtulis. 4. Lepram.

CAUSA *Fernel.* eſt bilis aut pituita putrida. *Senn.* tenuis & acris ſuccus Craſſo immixtus.

Cura eadem eſt ac in Saphato.

INAPPETENTIA. Anorexia.

INCUBUS eſt reſpirationis, actionumque animalium læſio cum imaginatione ponderis.

CAUSA. *Senn.* ſæpe cauſam vaporem craſſum poſteriorem cerebri partem obſtruentem eſſe vult. *Plat.* vero & *Fern.* pituitam & melancholiam circa præcordia hærentem, qua per crapulam vel cruditatem turgeſcente, diaphragma pulmoneſque preman-

tur, craſſo autem vapore in fauces & cerebrum exhalante vox ſupprimatur, ſenſus turbetur. Conjungi poſſunt hæ duæ cauſæ.

Pr. Apoplexiam minatur aut melancholiam. mala ſi partim vigilantes opprimat & ſi ſudor frigidus ſequatur.

CURATIO. A paroxyſmo excitetur æger: Curetur ut apoplexia per generalia & Topica. Pellis lupina pro tegmine capitis inter dormiendum commendatur. Aniſi ſemen lecto inſperſum odore juvare creditur. Infantibus ob nimiam edacitatem familiaris eſt, quare ingeſto cibo non ſtatim dormiant. mel. lingendum exhibeatur. rad. pæon. ℥ j. infundatur in ℥ iv. cereviſiæ pro potu.

INFANTIUM alvus ſuppreſſa. Alvus ſuppreſſa in infantibus.

INFANTIUM regimen. Reſciſſo umbilico, ſi infans ſit plethoricus, effluat ſanguis, ſi macilentus, manu intro prematur ſanguis, paucioribus tamen variolis laborabit infans, ſi non manu ſanguis intro prematur ex obſ. *Riol.* Si ſubruber eſt & clare plorat, ſanus eſt lavetur vino decoct. roſ. fol. myrti, &c. Galenus ſale conſpergi jubet, ſed male. Cretaceum excrementum ori interno adhærens, linteolo bacillo alligato imbuto med. ex ol. amygd. d. mell. & ſacch. defricetur, articuli omnes communes explicentur. Antequam ei mamma præbeatur, mel. vel ſir. roſ. cum ol. amygd. d. & ſacch. exhibe. Qui-

dam non niſi purgatis lochiis lac maternum infanti convenire volunt. Sed conſideranda lactis conditio. Malum ſi ſit, non detur: ſi ſeroſum ſit non nocere, ſed plurimum prodeſſe vult *Spigel.* lumen intenſum nec candela ei prope admoveatur, decumbat per menſem in dorſo, poſtea in latere; lumen recte oculis ſit oppoſitum: quare cunarum latera velo claudenda ut unus profectus antrò tantum pateat. Cunæ penſiles meliores. Somno plus indulgeant quam vigiliis. quotidie molliter fricandum eſt corpus infantis. Poſt menſes quatuor manus & brachia faſciis liberari poſſunt: nunquam uni mammæ tantum aſſueſcat, ſic enim una tantùm manu utetur, poſt menſes aliquot puls fiat ex farina triticea toſta paruniper, vel pane albiſſimo: ſolida ante dentitionem non ingerenda. Cum dentes erumpunt, ſolidioribus aſſueſcendum. Non nimis mature cogatur ut pedibus inſiſtat. Curriculo includatur ut ambulare diſcat: circulo caput cingatur, infans à lacte removendus non eſt antequam dentium numerum completum habeat. Commodius ablactatur creſcente Luna, vere & autumno.

INFANTIVM febres. Vel è lacte corrupto vel dentitione vel vermibus oriuntur. Nutrix vel mater purgetur diacatholico, ſir. roſ. &c. alterantia infantibus exhibeantur. ut ſuc. ſir. viol. ſir. acetoſ. citri, aq. cichor. endiv. viol. &c. ſpina ungatur mucag.

ſem-

ſem. pſyll. cum oleo viol. & cera. adſtringens ut ol. cydon. ventriculo applica. *Heurnius* ſeq. laudat. ℞. conſerv. fl. viol. ℥ ij. borrag. ℥ ß. pulp. caſſ. rec. tract. ℥ j. mucag. ſem. pſyll. ℥ ß. ʒ j. vel ʒ ij. pro doſi dari poſſunt ſir. roſ. viol. de cich. cum rhab. man. caſſ. &c. *Senn.* vidit infantem obiſſe à guttis iij. ol. ſuccini à vetula in epilepſia exhibitis. Commodiſſime alvus ſolvitur glandibus & Clyſteribus, ſero lactis & ſir. roſ.

Siriaſis eſt inflammatio cerebri & membranarum, quam ſincipitis & oculorum cavitas ſequitur. Fit à ſang. pituitoſo putreſcente, item lacte calidiore. Vocatur à mulieribus das blatt. ſchieſſen, quod ſcil. membrana fonticuli procidat & foveam faciat. Intra triduum pleruinque interimit: alvus ſubducenda eſt. ol. roſac. inungitur fonticulo, poſt additur ol. chamæm. nutrix utatur frig. & humidis, degat in aere frigidiore.

Pavor in ſomno, ſi à vermibus, à febre accidat, ſuo modo curatur. Si à lacte corrupto, tollitur vomitu; mell. roſ. ſolut. cum lacte confect. de hyacint. vel corall. exhibeantur. Dens lupi, corallia, cornua, ſcarabæi lucanici, quem volantem cervum vocant, extra appenduntur.

Vigiliæ. Si à lacte corrupto fiant, tollatur. Si à vermibus, tollantur. Nutrix, nequaquam infans, ſomnifera ſumat mediocria. lotiones pedum potius utiles ſunt ex aneth.

fol. malv. ſalic. vitis,&c. plantæ pedum medulla oſſium cervinorum utiliter inunguntur. Capiti tuto ol. anethinum recens applicatur naribus ol. viol. cum pauco ſuc. lactucæ illinatur.

Humiditas aurium. qua, niſi curetur, oſſa eroſa ſurditatem faciunt. dolor eſt ſedandus lacte tep. ol. roſ. viol. croco ad abſterſionem utile eſt mel. roſac. & aq. mellis per turundam indita. Item radix ireos, myrrha, crocus, alumen vino dilutum. Tonſill. inflamm. repellent. curatur, ut ſir. è roſ. ſic.

Linguæ vinculum ſolvunt ſæpe obſtetrices ungue vel acie nummi, ſed ſæpe ſine neceſſitate hoc agunt: ut tutiſſima eſt, ſic aliquando exitialis fuit. Sæpe opus non eſt inciſione. Nihil carnei inciditur, ſed nerveum omne. Si denuo coaleſcat, denuo incidatur. *Fabr.* fratrem ſuum ad annum 4. mutum inciſione curavit, ut ſemper articulate loqueretur. *Cent. 3. obſ.* 28.

Catarrhus. Curatur ſi diæta ſervetur, nutrici decoctum pectorale detur. Infanti clyſteres vel eccoprot. vel vomitus procuretur ol. amygd. dulc. dentur expectorantia. pectus ungatur, ſternutatio moveatur, &c.

Tormina ventris. *Heurnius* in primo cochleari pultis ſaccharatæ ℈ j. ſem. aniſ. pulv. commodiſſime dat, clyſteres, ſolutiva, Topica proſunt. decoctum vel aq. cardiacæ herbæ datur ab obſtetricibus in torminibus ab inflatione,

tione, idque recte: herba enim illa cardialgiæ maxime medetur: unde nomen.

Alvi fluxus tempore dentitionis fit à febre, vigiliis, à dolore. Febris calor agitat humores. Curatur ut diarrhæa.

Lumbrici. Signa, os ſaliva abundat, ſomnus turbulentus, nares ſcalpunt, ſæpius maſticare videntur, tuſſis ſicca. Præſervatio fit per diætam. Ante cibum detur decoctum ſebeſten vel rotul. diaturbit cum rhab. decoct. rad. gram. auricul. muris, ſuc. limon. citri, guttæ ij. ſp. Vitriol. Amara infantes non fuerunt, curantur corallin. ſem. ſantonici, rad. diptamn. alb. CC. aq. & decoct. rad. gram. Commode iis antepileptica miſcentur. Si febris adſit, frigidis utendum ut ſuc. limon. granat. aurant. aceto, CC. Bezoar. lac injiciatur, amara extra applicentur. *Heurnius* ſeq. commendat in infantibus. ℞. ſir. de cichor. cum rhabarb. à ʒ ij. ad ℥ ß. aq. graminis ℥ j. datur pro una alternis diebus. vide Vermes.

Dracunculi, quoniam dracunculis ſimiles ſunt, quibus Indi laborant, Die mitteſſer. *Senn.* veros vermes eſſe vult proferentes capita inſtar pilorum nigrorum. Compungitur quaſi acu eis dorſum, huc illuc ſe jactant, macie afficiuntur. *Heurnius* ait, manu ad ruborem fricandam ſpinam & ſcapulas, poſtea ſola avulſa è lardo pelle, & apparebunt pili. *Paraus* curat fotu aq. tepentis, poſt litu è melle & farina hordeacea, capita, quæ tunc

exerunt, tenuibus volſellis evelluntur.

Dudith. ep. 27. curavit ab iis liberos ſuos balneo, cui injicitur panis in micas fricati manip. cineris parum; elotis pueris, aqua colata, panis innumeros pilos oſtendebat, ſecundo die pauciores, poſtea humeros inunxit farina aceto mixta, qua abluta fiebant tubercula parva, cultello abraſa, dracunculi dicta. niſi autem ocius abraderentur, intro ſe recondebant, unde vermiculi eſſe creduntur à Polonis vetulis.

INFLAMMATIO, Phlegmone, eſt tumor cum calore, rubore, tumore, tenſione à copia, renitentia & pulſu, quibus ab eryſipelate diſcernitur. Vel reſolvitur vel ſuppuratur vel in ſcirrhum abit vel gangrænam.

CURATIO. CAUSA antecedens, ſanguis ſcil. alterandus, vacuandus, revellendus, intercipiendus. alterandus per frigida & humida reſp. febris. Vacuandus per inediam, V.S. purgationem, ſi adſit cacochymia: revellendus per V. S. cucurb. ligat: intercipiendus adſtringentibus ſupra partem admotis & diæta incraſſante. Si affluat ob calorem, dolorem, hic ſedandus, ille ventilandus. Topica in principio ſint repellentia, in augmento adde reſolventia, ita tamen ut illa præponderent; in ſtatu æquales ſint repellentium & reſolv. vires, in declinat. ſola reſolventia. Partis affectæ quoque conſideretur temperies: ſic aliter in carne, aliter in nervo curandum:

dignitas, ſic cor vehemẽtibus non eſt tentandum: ſitus, ſic in profundo fiat fortia requirunt. Via brevior ſemper eſt eligenda. Somnus matutinus conceditur. movetur enim tum ſanguis qui per ſomnum intro trahitur. Si in pus non abeat ſanguis, nec reſolvatur, ſcarificationes utiliſſimæ ſunt. Si ſuppuretur, curetur ut ſuppuratio.

INFLAMMATIO Cerebri ſeu phrenitis ab inflammat. cerebri vel membranarum vel utriuſque. Oritur à ſanguine bilioſo. Interdum læditur memoria; interdum ſola phantaſia.

Sign. Febris continua, delirium, vomitus virulentus, inſenſibilitas, linguæ aſperitas, reſpiratio magna & rara, urina modo flammea modò alba: in paraphrenitide reſpiratio ſæpe eſt parva, adeſt præcordiorum tenſio, phrenitidem præſagientia nulla adfuerunt. Si ſolum cerebrum ſit affectum, actiones omnes animales abolentut, excepto motu validiſſimo.

Progn. In lethargum ſæpe abit, item in convulſionem, dyſenteriam. Vrinæ pellucidæ & feces albæ calamitoſæ. Si antea furore perciti ſubito quieſcant & dormire putentur, moriuntur. Phreneticis, Maniacis, peſte infectis non prope eſt aſſidendum, nec digiti ori admovendi. *For*. Lud. de Leonibus ſic læſum narrat. *Fab. cent*.1. *obſ*.84. ſe à muliere phrenetica demorſum narrat.

CURATIO. Cauſa eſt revellenda per V.S. baſilicæ, poſtea medianæ, derivanda per V.S. frontis, narium, ſub lingua. Vulnus anguſtum inſtigatur. Etiam poſt tertium diem ſi vires ferant. *For.* per cucurb. ſcarif. ligatur, &c. Intercipientia temporibus applicanda. Vacuanda per vere cathartica, cum morbus ſit acutiſſimus ac materia turgeat, ſi Cacochymia adſit, alteranda bilem præparantibus, Topica in principio ſint repellentia, in robuſtis æſtivo tempore frigida, alias tepida, in augmento addenda reſolventia, &c. epithemata frigida hepati, cordi, applicentur. Somnus hypnoticis cautiſſime inducatur. Chymici laudant ſp. terræ ſigillatæ ſine ullo additamento deſtillatum, flavum & acidum ad ℈ j. exhibitum. Monendi ſunt ut mejant, loci fovendi decoct. pariet, &c. Si offendatur tenebris, in locum lucidum & contra tranſferatur.

INFLAMMATIO Gurgulionis. Gargareon, gurgulio, plectrum glandula eſt pendula, quæ ſi infra tumeat, ſupra gracilis ſit, uvula: Si ſupra æque ac infra in longum tumeat, columella vocatur.

Progn. Subnigram Chirurgia attingere non debet: ſi ſeces, periculum eſt hæmorrhagiæ inſigne. Si exſciadas phthiſis in metu eſt.

CURATIO. Præmiſſis univerſalibus Topica ſint primo repellentia, addi tamen mel. ſemper

ſemper poteſt. In declinatione reſolv. mollientia adde, facile enim in ſcirrhum abit. Externa antequam influxit adſtringentia ſint, lateribus aſp. arteriæ appoſita. Cum facta eſt fluxio, extra molliendum, gargariſmi tamen principio ſint repellentes, &c. Si ſuppuretur, ea promoveatur gargariſmo. Si non ſponte, ferro aperiatur. Et ſi gangræna immineat, ægyptiacum locum habet. Si fruſtra, uvula, quæ non amplius tumet nec rubet, chirurgia eſt exſcindenda, quod ultimum eſt remedium. Ante & poſt gargar. ſint adſtringentia; ubi rubet, ibi ſuffocationem ex hæmorrh. minatur. Vel cum inſtrumento & filo conſtringatur quotidie arctius. hæmorrhagia cauterio inhibetur. Rul. fumum ʒ j. carabes alb. ore excipit & capiti ℥ j. ferment. vet. per diem & unam per noctem imponit. Ceraſa comeſta hanc inflammationem faciunt.

INFLAMMATIO faucium Anginæ prima ſpecies eſt, cum ambitus faucium interior inflammatur, tumore intus ac foris apparente. 2. cum muſculi externi faucium, colli, oſſis hyoidis, œſophagi, afficiuntur; tumore ſeſe ad pectus diffundente, 3. cum interni laryngis muſculi afficiuntur, ut nec extra nec intra tumor appareat. Orthopnœam infert & ægri linguam exerunt inſtar canum. Vnde cynanche dicitur. Secunda paraſynanche vocatur. Angina Dod. nulla eſt. Prima

Synanche dicitur. Quæ ex vertebrarum colli luxatione fit, notha eſt.

Progn. leviſſima eſt paraſynanche; hinc ſynanche, hinc paracynanche, quæ quarta eſt ſpecies ubi externi gutturis, muſculi inflammantur tumore intus apparente: peſſima cynanche. Vox obſcura, ſpuma circa os, lingua nigra, ſputum crudum, lethalia.

CURATIO. Præmiſſis revellentibus, derivantibus, ut V. S. in cubito, ſub lingua: ſi febris præceſſerit vel ſimul invaſerit, quia materia eſt errabunda & turget, purgandum eſſe docet experientia. Si inflammatio præcedat & ſequatur febris, tam commoda non eſt. Sed cito hoc fiat: ut mane facta V. S. veſperi detur purgans; 4. enim die vel ſuppuratur vel reſolvitur vel occidit. Sed diligentiſſime cavendum, ne medicamentum vomitum moveat, metus enim eſt ſtrangulationis, vel clyſteres potius & tutius injiciuntur. Gargariſmi ſint repellentes imprimis, ut ℞. aq. caprif. plantag. nucum ana ℥ iij. fl. roſ. ſic. p. j. coq. in colat. diſſolv. ſir. granat. diamor. ana ℥ j. m. *For.* In infantibus linctus utiles ſunt. Fumi non ſunt commodi. ſuc. cort. virid. nucum depuratus cum melle commendatur à Gal. à levioribus inchoandum. decoctum avenæ. fol. ceraſ. arb. Monent medici etiam in principio aliquid diſcutientium adhibendum, ne humor, qui jam influxit, nimis impingatur. In declinatione etiam adſtrin-

ſtringentia addenda, ne pars per ſe mollis nimis molliatur. *For.* in declin. nidum unum hirund. conciſum pro gargariſmo præſcribit cum plumis. Alij pro ſecreto habent cancrorum cinerem, vel album græcum, vel ſtercus gallinæ cum melle quod illinunt. Semper detergentia miſceantur: in omnibus enim inflammationibus, quæ tenui cute teguntur, aliquid tranſſudat, detergentibus eluendum. Rondelet. cum affluit humor ſe & multos alios ab angina, ſcrofulis, vindicavit adſtringentibus, quod licet fieri poſſit ubi corpus purum eſt & pauca fluxio, ſic in magna lethale. Topica ſint mollientia, poſt diſcutientia. Ventoſæ mento vel 2. & 4. vertebræ applicentur, ſi fauces, vel muſculi earum ſint affecti. Si ſuppuretur, maturantia ſunt adhibenda: poſtea aperiatur abſceſſus vociferatione & prono capite, ne pus in pulmones defluat. Nonnulli in rerum omnium deſperatione ſub maxillis vel ſupra collum profundas ſcarificationes inſtituunt, quibus nunc pure nunc ſanguine effluente, ægri levati ſunt. Lignum hederæ ſpecificum eſſe creditur, ſi cochlear inde fiat vel vas quo utaris. Vltimum eſt laryngotomia ſub larynge inter tertium & 4. annulum. Per fiſtulam faucibus inſertam & veſicam ſuillam alimentum liq. injicitur. Eryſipelas in facie ſuperveniens, bonum.

INFLAMMATIO pulmonis. Pe-

ripneumoniæ cauſa eſt ſanguis etiam bilioſus, licet enim ab aliis ób tenuitatem pulmonem penetrare dicatur, tamen cum à pleuritide, quæ ſæpe fit à bilioſo ſanguine, fiat peripneumonia, nihil officit: prout enim aqua in ſpongia hæret, ſic & hic. Cauſæ autem fluxionis ſunt, ut in reliquis internis inflammationibus, humores pravi, quos cum materia ablegat, ſimul ſanguinem expellit.

Sign. Difficultas ſpirandi major eſt quam in pleuritide, quam Hippocrates ſublimem vocat: dolor eſt gravativus, niſi forte pleura ſimul ſit affecta quod plerumque fit. Lingua flava eſt lentore multo obducta, maxillæ rubent. Sitis magna, paralyſis ſæpe fit rugargitante ſanguine in arterias inter coles nervos comprimentes. Sputum primo ſanie, mox cruore tinctum cum ſtertore quodam.

Progn. Perículoſior eſt pleuritide. ſputum nullum vel parum, dolorem non levans malum. *aph.*16. *ſ.* 6. ſternutationes malæ.

CURATIO. præmiſſis revellentibus ſi ab angina fiat, V. S. repeti poteſt. poſtea omni ingenio ſputum promovendum. Oxymel reliquis miſtum couvenientiſſimum eſt. Topica & reliqua eodem modo fiunt ac in pleuritide.

INFLAMMATIO pleuræ non ſemper, ſed cum ſuperior pars affecta eſt, conjunctam habet peripneumoniam. Non omnis dolor lateris eſt pleuritis, ut cujus meminit

nit *Heurnius Querc.* c.8. à vermibus excitatus in morbillis, ſcorbuto, à flatu. Eſt autem pleuritis inflammatio pleuræ & mediaſtini à ſanguine calidiore cum dolore punctorio, febre continua vel tertio quoque die vel alternis vel quotidie, pro ratione cauſæ, affligens, cum difficili & parva reſp. pulſu duro, tuſſi vehementi.

S. *diagn* è ſputo & inſpir. petuntur. Si non adſit febris, non tuſſis, nulla exſpuitio, à flatu eſt. *Progn.* Si primo ſtatim die appareat pus coctum, quodque facile ejicitur, brevis erit morbus ſive ſeptimo die terminabitur. Omnia ſputa ſincera, mala, excepto ſanguinis. Vrina mala malum, bona non ſemper bonum. Peſſimum nihil exſpuere, minus malum tenuia tantum. Vel tranſit in alium affectum vel reſolvitur, &c.

CVRATIO. Humor affluens revellendus, derivandus, qui jam affluxit tollendus, dolori medendum & viribus. Ergo ſi levis ſit pleuritis, fotus molliens & reſolvens adhiberi poteſt, vel potius ſi gravior, mediana vel Baſilica ob revulſionem in parte oppoſita, poſt fluxus ceſſationem eadem in latere affecto ad derivationem, aperiatur. Si ſanguis ex arteria affluat V. S. parum prodeſt, repellere, intercipere non licet. *For.* in eodem latere, non ſolum ante, ſed & poſt quartum diem, imo octav. venam ſecat; etiam tempore maturationis parum detrahit ſed caute, vi-

ribus fortibus & ſi ſummus dolor urgeat. In pueris cucurb. applicari poſſunt. Si tarde vocetur medicus, in parte affecta V. S. utilis eſt. Si à ſuppreſſis menſibus & tempus purgationis menſtruæ inſtet, & ſubita facta ſit ſuppreſſio, in talo aperienda eſt vena. Si non inſtet & ſenſim facta ſit ſuppreſſio, more ſolito in brachio ſeca. Poſtea fotus moll. reſolv. applicari poteſt, & febris & malignitatis ſi adſit habenda diligens ratio. his præmiſſis, ſi cacochymia adſit & materia ad alvum inclinet, quod è murmure, fecibus liquidis, anxietate conjicitur, purgandum die ſecunda, quarta, quinta cum ſc. fluxio deſiit, quod 5. fere die fit *For.* etiam ſeptimo die exhibuit diacathol. ʒ vj. caſſ. ℥ ß. ℥ iv. decoct. pect. ſir. capill. V. ℥ j. Rhabarb. ſen. mechoac. agaric. & eccoprotica utilia; à pilulis & vomitoriis multi mortui. Rondeletus clyſteres commendat. Febri alterantia, malignitati alexipharmaca debentur, quæ tamen morbum tacite reſpiciant. His præmiſſis ſpecifica exhiberi poſſunt: licet enim morbus ſit manifeſtus, malignitas tamen peculiaris adeſt, cui medentur ſpecifica. Item expectorantia quæ incidunt vel incraſſant pro varietate ſputi. Poſt ſeptimum ſi dolor maneat, Aetius & Celſus cucurbitas ſcarif. lateri affecto applicant. Vnde certe vel ſummum commodum vel ſummum damnum ſperandum cenſet *Senn.* pauci hoc ferunt, non uſurpandum

pandum niſi in valido poſt diem 14. Si neque reſolvatur neque ſuppuretur, ſuppuratio promovenda. Si reſolvi nequeat abſceſſus rumpendus. Si non proſint aperientia abſceſſum, quidam partem aperiunt. Sed raro tumor extra vergit: fit tamen utiliſſimè ſi exactè locus affectus explorari queat. Si in thoracem labatur pus, curatur ut empyema. Diæta ſit tenuis. *Fab. obſ.* 31.32. *c.*5. in latere affecto V. ſecare jubet. Puero 7. annorum pleuritide laboranti cum alvi fluxu exhibuit Lap. Bezoar. gr. V. corall. rub. præpa. terr. ſigill. ana ℈ ß. f. pulvis. ℞. mandib. luc. piſcis ℈ ß. ſem. Card. mar. corall. rub. pp. ana gr. 6. fl. papav. errat. ℈ iiij. f. pulv. ung. pector. rotul. expector.

INFLAMMATIO hepatis cognoſcitur dolore gravante interdum & punctorio ob ligamentum quod connectitur diaphragmati. *For.* febris ſimul mox adeſt, ſitis, tuſſis arida, ſingultus, difficultas ſpirandi, facilior decubitus ſupinus, lingua rubra, alvus ſupprimitur, niſi conjuncta ſit hepatis imbecillitas: tum enim feces ſæpe liquidæ ſunt vel bilioſæ vel loturæ carnium ſimiles. Vomitus bilioſus. Si gibbam hepatis partem afficiat, tumor extra apparet rotundus quique fibras cutis non ſequitur, quo pacto ab inflammatione abdominis diſcernitur.

CAUSA. *Fab. Cent.* 2. *obſ.* 46. à Topicis calidis, è cardam, cinam. & ventriculo appo-

ſitis hepatis inflammatio. *obſ.47.c.2.*à cucurbitis hepatis regioni applicatis in hæmorrhagia narium, cui inflammatio ſucceſſit. unde *Senn.* potius adſtringentia quam cucurb. hepati apponit.

Progn. Sæpe lethalis eſt. quæ gibbam tenet, aſthma, tuſſim magis facit: quæ cavam vomitum. Illa periculoſior ob ſymptom. Solvitur aliquando hæmorrhag. Critica è nare dextra, ſudoribus bonis & urina multa ſi gibba laboret; ſi pars cava, fecibus. vomitibus. Si ſecentur, pus amurcæ ſimile lethale.

CVRATIO, fiat revulſio per V.S ante 4. *For.* Aetius etiam poſt 4. tum in lateris dextri Baſilica. Si hepatis gibbus laboret, mere eccoprotica valent; ſi cava, clyſteres tantum. Si illa, diuretica valent, hic non. Interna ſint refrig. imprimis cichor. endiv. taraxac. ſuc. lim. Si mitior ſit, agrimon. capil. V. addantur; dulcia noxia. Cocta vel diureticis ut ſir. de endiv. byzant. &c. educenda vel eccoproticis pro ratione ſubjecti affecti, in declinatione etiam mechoac. agar. &c. addantur. Topica ſtatim poſt V.S. ſint repellentia frig. vel cal. ne tamen ſcirrhus fiat ol. de capp. adde: & talia adſtringentia etiam in declinatione conveniunt reſolventibus mixta. Topica non frigida applicanda actu. Omni ſtudio præcavendum ne ſuppuretur. Si nequeat, Topica ſint ſuppurantia. Si pus in inteſtina feratur, puris acrimoniam tempe-

rantia ſolum dentur. Si non perfecte vacuetur, clyſter è decocto hordei & mell. roſ. injiciendum: quo tendit pus, eo vacuandum. Si in abdomen confluat, lethale.

INFLAMMATIO Lienis. Dolor, tumor, gravitas in latere ſiniſtro, quæ tamen & dextrum latus ſæpe afficit & hominem quaſi cingit, febris eſt continua quartana, pedes & genua rubra apparent, reſpirationis difficultas, nares & aures palleſcunt. Differt ab obſtructione, quod hic non magna ſit diſtenſio, ſine dolore & febre. Si à flatu, gravitas nulla eſt, exercitium dolorem ſedat, contra in inflammatione.

Progn. Raro phlegmonem, rariſſime abſceſſum patitur, in ſcirrhum mutatur.

CVR. Secetur V. in ſiniſtro, vel in talo ſi menſes ſint ſuppreſſi. mox repellens applicetur ut oleum roſ. cui miſcenda incidentia, aut acetum, ol. chamæm. poſtea humores præparati vacuentur vere catharticis. Sitis quantum poteſt ferenda. Topica poſtea ſint reſolventia more ſolito.

INFLAMMATIO Mammarum. Curatur V. S. purgantibus, alterantibus. Topica ſint repellentia ſed invalida, ne tuſſis, dyſpnœa, tabes, ſcirrhus fiat. Poſtea adde reſolventia, ſed modica, ne ſcirrhus fiat. Si ſuppuretur, ea eſt promovenda: ſi non, ſponte ſcalpello aperiatur. Vlcus non curatur, niſi altera mamma à lacte ſiccetur, quod fit ſi.

lac infanti non ſugendum det & pannum frigida imbutum apponat.

INFLAMMATIO Ventriculi. Sign. Senſus eſt tenſionis, tumor ſæpe extra apparet, ſi pars externa, dolor ſumpto cibo non tam exacerbatur, ſed cocto, appetitus ſe melius habet, nihil ejicitur ab abſceſſu. Si pars interna, dolor ſumpto cibo exacerbatur, ſi externa, cocto cibo; ſymptomata omnia ſunt vehementiora. Adeſt æſtus, ſitis, febris ardentiſſima, delirium, ſyncope, vomitus. Difficillime diſcernitur ab inflammatione abdominis circa illam regionem, niſi ſymptomatum vehementia.

Cur. Revulſio, clyſteres, repellentia interna, externa, illa actu fere frigida, hæc calida. Poſtea adde reſolventia: ſemper tamen adſtringentiá, roborantia adde. Dolori medere etiam ℥ j. vel ℥ ij. ſir. de papav. ſi ſuppuretur, curetur ut ſuppuratio, & diæta ſe habeat fere ut topica. A Topicis calidis ventriculo applicatis hepatis inflammatio. *Fab. cent. 2. obſ. 46.*

INFLAMMATIO Renum. Sign. Calor, dolor gravis ad veſicam, teſtes, coſtas nothas ſe diffundens; ſternutatione, motu dolor intenditur, ægri erigere ſe non poſſunt. Stupor cruris ob nervi compreſſionem, externa frigent, urina in principio tenuis, in augmento rubicunda. Vomitus bilioſus. febris vehemens. In inflammatione coli dolor

lor ad anteriora vergit, & mutatio potius in fecibus quam urina apparet. Si hæmorrhoides ſuperveniant, bonum.

CUR. Revulſio, clyſter minori quantitate. Alterantia abſque diureticis. Purgantia. In declinatione diuretica mitiora conducunt. Topica ſe habeant ut ſupra. Pus per urinam vacuetur.

INFLAMMATIO Meſenterij. Rara non eſt ſed raro agnoſcitur. plerumque hemitritæum comitem habet, adeſt dolor lumborum, qui ſupra & circa ventriculum ſe extendit, feces ægre redduntur. Si circa loca ignobiliora hæreat, febris eſt lenta, ſine ſiti, ſanies per alvum ſæpe redditur. Curatur ut ſupra. Eodem modo & inflammatio veſicæ, peritonæi.

INFLAMMATIO teſtium. Curatur more ſolito. Omnia topica ita applicentur ut teſtes minus dependeant. Intercipiens ad latus pubis applicetur. Commendatur in declinatione verbena cocta in vino, vel panis cum oleo & aqua.

INFLATIO ventriculi fit à flatu generato à cauſis in colica enarratis: tumor reſiſtens adeſt, ructus item flatus. Si à debilitate, ejus adſunt indicia. Si ex alimentis flatulentis, id æger narrabit. Si à materia alia, affectus Hypochondriaci ſæpe ſunt ſigna. In convaleſcente recidivam minatur: ſi diu duret, Tympanitem.

Cur. Si parva ſit inflatio, carminativa intus & extra applica ut ol. carvi g. iij. empl. de bacc. laur. ſi magna, tollatur prius cauſa vomitu, purgantibus, &c. Gravitas nulla adeſt: dolor non eſt continuus, cum murmure, &c. eodem modo & inflatio hepatis curatur & lienis. Dolor lienis *daz miltzenſtechen*, in liene non eſt, ſed peritonæo & muſculis abdominis à flatu, ſero, ſpaſmum q. flatulentum excitante. Vtilia ſunt chamæm. hiera picra.

INTEMPERIES lienis calida ſi adſit, ſitis adeſt, lingua arida, color flavus, rubor faciei, appetitus dejectus. Frigida contra. Qui debili ſunt liene, ſplenetici propriè dicuntur.

Curatio attenuantia, relaxantia non fert lien, ſed moderatè adſtringentia, ut abſinthium: modicè tamen, ne fiat ſcirrhus. Dulcia quovis modo ſumpta, noxia, item acetum. Vnde cort. rad. 5. aper. non in aceto ſed vino macerandi. Fortiora fert quam hepar. Obſtruentia unice vitanda. Vacuatur per hæmorrhoides, vomitum, alvum, urinam. med amara utiliſſ. Lien bovis crematus in vaſe teſtaceo, lien hædinus ad ʒ j. externa omnia cum poſca ſubigenda, ut penetrent.

INTEMPERIES Ventriculi. Frigida curatur generalibus, Topicis. Topica mucronatæ cartilagini verſus umbilicum & in dorſo ad 12. & 13. vertebras applicentur. Corall.

rall. utiliſſ. myrobal. chebul. & extract. galang. Reliquæ intemp. frig. hum. uteri, inteſt. curantur generalibus, Topicis; ut in hydrope, anaſarca; imprimis decoct. Guajac. Chinæ, &c.

INTERTRIGO. Curatur ſuc. vel herba ipſa argentinæ contuſa, ſevo cervino, hircino, candela ſebacea, ol. roſ. vitell. ovorum. adipe anſeris, mucag. tragac. cum aq. roſ. facta.

LABRA leporina curantur. 1. diſſitorum & hiantium labiorum excoriatione. 2. excoriatorum ſutura. 3. medicamentis vulnerariis.

LAC quo plus ſeri habet, eo magis deterget, quo plus caſei, cum ſcil. ſerum longa coctione evaporavit, eo magis adſtringit, glutinat. Medicamenta è lacte facta æſtate ſingulis, hyeme alternis diebus iteranda ſunt; acre enim fit & dolores movet. Lac ſpiritum calidum continet in ſe & inebriat. *Scal. ex.* 87. autor eſt, Tartaros tenuioribus lactis partibus per ſublimationem ſeparatis uti ad inebriationem. Omnia enim pinguia ſpiritus chymicis ſuppeditant & olea à Spiritibus vix aliter quam ſubſtantiæ modo differunt. Nota. 1. lactis boni, ſi ungui infuſum non dilabatur ſed ſubſiſtat; ſi difficulter dilabatur, nimis craſſum eſt. 2. color lacteus. 3. ſapor. 4. odor.

LACTIS defectus. Si à ſanguinis de-

fectu fit, curatur cibis boni ſucci, medicamentis lac generantibus, vias aperientibus. Sunt autem moderatè calida & attenuantia. Fol. rad. Sem. Fænic. omnia virida & recentia, quod & de aliis obſervandum. rad. petroſ. rec. anethum. ocimum. ſemen aniſ. erucæ, ʒ j. vel ʒ ij. lumbric. terr. ſuc. fænic. maceratorum, combuſtorum, pulv. uber. vaccæ. per interna & Topica.

LACTIS Redundantia tollitur revellentibus, diæta, repellentibus mitior. non mammis ſed ſupra mammas ad brachium appoſitis venis illis, reſolventibus mammis applicatis. Si inflammatio immineat, etiam mammis repellentia applicari debent. Quædam mammas melle oblinunt feliciter. Quædam linteum aceto imbutum decoctionis croci. Fol. viridia nucum. aliæ linteum ol. rapar. imbutum imponunt, huic aliud melle oblitum & mammas modicè obſtringunt. Singulare eſt ſalv. apij, rut. chæref. folia minutatim conciſa, concorporata cum oxycrato, tepide applicata, ter in die: fiunt & topica è mentha, calamintha, apio, vitice, coriando, cicuta.

LACTIS Thromboſis fit à fermentante humore. an autem hoc in mammis fiat dubitat *Senn.* quia nulla ibi eſt cavitas & putat ſi lac in mammis diutius hæreat, ſerum exhalare, reliquum cogi. Non differt à caſeatione.

CVRA-

CVRATIO. Victus ſit reſolvens. Topica præter generalia ſint reſolventia ut in ſcirrho incipiente, ut ol. lilior. ſenſim ad fortiora deveniendo è fænicul. aneth. petroſ. apio, meliſ. fol. malv. caulium, &c. intra dantur ſem. fænic. cumin. apij, vitic. rad. eryng. menth. crocus, ſem. coriandr. &c. *Screvelius* eam ſæpe curavit virid. chæreſ. & fænic. ana cum butyro in ſartagine frixis appoſitis.

LACRYMATIO. Oculi vitia.

LAGOPHTHALMIA. Palpebrarum vitia.

LASSITVDO alia eſt non ſpontanea ſeu exiccativa, quæ labores ſequitur, vel ſpontanea: hæc vel eſt ulceroſa, quæ ſenſum punctionis facit in ambitu corporis à vapore vel humore acri, ut bilioſo, atra bile, vel tenſiva à plethora vel quovis humore non acri; vel phlegmonodes, quam qui patiuntur, contuſas & quaſi confracta, ſibi eſſe partes queruntur, & fit à plethora ſimul & cacochymia; vel gracilitatis, cum difficilis eſt motus à conſumtione carnis & adipis muſculorum poſt morbos magnos.

CVRATIO. Cum laſſitudo ab humoribus circa muſculos & in ambitu corporis fit, tollendi ſunt. Si à cacochymia, quiete, ſomno, cibo parco & boni ſucci tollenda eſt & vini moderato uſu. In ulceroſa purgatio, in tenſiva V.S. in phlegmonode ambo hæc conducunt: à labore, non tantum quiete tollitur,

ſed & labore ſed minore.

LATERIS dolor. Inflammatio pleuræ.

LEPRA Arabum. Elephantiaſis Græcorum.

LEPRA Græcorum. Impetigo.

LETHARGVS eſt inexpugnabilis dormiendi neceſſitas ſomnuſque gravis cum delirio & memoria læſa & febre continua.

CAVSA antiquis eſt pituita in capite collecta, quæ ſua humiditate & frigore torporem, calore vero putredinali vigilias faciat. Sed impoſſibile hoc eſt. Cauſa potius eſt vapor narcoticus in febb. comitatis ut quotidiana, continua, tertiana notha & ſemitertiana elevatus: vel ſi citra febrem ingruat, à pituitoſo ſanguine inflammationem faciente: cum ex obſ. *For.* adſit ſæpe talis inflammatio quæ in ſphacelum abit. Sicque duplex eſt cauſa lethargi.

Diagn. excitati ad interrogata vix reſpondent, omnium obliviſcuntur, pulſus magnus ob reſpirationem ab obliviſcentia parvam. Vrina inſtar jumentorum. Differt à caro, febre.

Progn. Intra ſeptem dies moriuntur, quos ſi ſuperent, evadunt. Sudor frequens, tremor, convulſio, ſingultus, lethalis. Pulmonia, paralyſi, parotidibus lethargo ſuccedentibus, ſi lethargus ceſſet, bonum, ſi non, lethale. Si ſanguiſuga fronti impoſita non hæreat, vel ſi pane aut lardo frontem frices,

quem

quem vel quod ſi canis famelicus reſpuat, lethale. Idem in aliis capitis affectibus obtinere dicitur.

Cvratio. Potiſſimum in revulſoriis conſiſtit, V. S. quæ citius inſtituatur, nunc parcius, tempore frigido ſi à ſanguine pituitoſo, nunc largius, V. S. frontis vel pedis, cucurb. ſcarif. ſicc. & ventoſæ cervici appoſitæ, glandes, clyſteres, hirudines. Poſtea purgandum: eſt enim morbus acutus. Repellentia topica mox applica. In cephalalgia pituitoſa non utitur repell. *For.* ſed in lethargo. excitandi ſunt. à revellentibus non eſt deſiſtendum. poſtea curatur ut cephalal. pituitoſa tam ratione internorum quam externorum. Si fruſtra ſinapiſmi ſcapulis, vertici applicantur, roboretur caput. Chymici ol. vitriol. dulce, extractum caſtorei, imprimis ſulphur lunæ commendant. Pili cremati cum aceto illiti, caſtoreum, cerebrum leporis aſſatum & panis biſcoctus antipharmaca.

LEVCOMA. Oculi vitia.

LIENIS inflammatio. Inflammatio lienis.

LIENIS intemperies calida. Intemperies calida lienis.

LIENIS ſcirrhus. Scirrhus lienis.

LIENTERIA eſt cum cibus crudus ejicitur non coctus. fit vel à retentrice ventriculi & inteſtinorum læſa, vel expultrice

corundem irritata.

Diagn. Si prius, cæliaca præcedit, nullus dolor ſentitur: ſi poſterius, cæliaca non præceſſit & morſus ſentiuntur.

Progn. aph. 1. *ſ.* 6. ad tabem deducit. Si poſterius, dyſenteriam præſagit.

CVRATIO. Si prius, materia ſi adſit per vomitum vel alvum vacuetur è decoct. hord. non excoct. myrobal. rhabarb. agaric. &c. roborant. adſtring. poſtea per interna & topica adſtringendum, roborandum. *Fern.* in fine exhibuit vitellum ovi aſperſo pulv. unius nucis moſch. ſupra tegulam ignitam aſſatum. Si poſterius detergentia, ſiccantia moderate, purgantia exhibenda. Humorum acrimonia temperanda eſt ut in dyſenteria.

Lienteria eſt continuus fluxus, cœliaca fit per intervalla.

LIGAMENTORVM vulnus. Vulnus ligamentorum.

LINGVÆ ariditas in febribus. Febrium ſymptomata.

LINGVÆ magnitudo ſeu tumor interdum abſque dolore eſt à copia utilis alimenti affluente, aliquando à cacochymia, & tunc vel œdema eſt, vel cancer, vel inflammatio, & interdum à morbo gallico, ab inunctione hydrargyri, à morſu, vel tactu beſtiæ venenatæ.

CVRATIO. Si à copia ſanguinis vel inflammatione, revellendum, vacuandum ut

in phlegmone. Apud Galenum ruſtico per inſomnium monſtratum fuit linteum duplex ſucco lactucæ imbutum. Si œdema ſit vel à morbo gallico, vel à veneno oriatur, curatur ut œdema: ſi cancroſus ſit tumor, incurabilis eſt.

LINGVÆ paralyſis. Paralyſis linguæ.

LINGVÆ vinculum. Infántium linguæ vinculum.

LINGVÆ vulnus. Vulnus linguæ.

RANVLA eſt tumor ſub lingua pueris familiaris, rarius inflammationis, ſæpius œdematis rationem præ ſe ferens Mucus erit ovi alb. ſimilis, interdum & citrinus. Cauſa eſt humor tartareus vel pituita è capite defluens. Curatio. Præter generalia Topica ſint reſolventia ut pulv. ſalis, hyſſopi, cort. granat. ana ʒ ij. quo fricetur. *Senn.* incidentia & reſolventia requirit. *For.* pulvere ſuprascripto utitur ut & aq. plantaginis ℔. ß. mell. roſ. ℥ ß. balauſt. ʒ j. ß. alum. ʒ ß. bulliant. hæc adſtringunt & fortè in principio conveniunt. *Senn.* declinationem vel ſtatum reſpicit. Si fruſtra, *Paræus* laminam ferream perforatam hianti ori reſpondentem ori ita applicat, ut tumor foramini illi reſpondeat. Poſtea per foramen ferro fiat uſtio, exprimatur ſanies & os eluatur hordei decocto, ſacch. & mell. roſato. nihil humoris relinquatur: facit enim recidivam. *Gal.* non libenter ferro aperit metu hæmorrhagiæ. Vulnere etiam ſub mento facto

mox pus effluit, quod fit ſi os commode aperiri non queat. In infantibus *Senn.* pulv. ſalv. aut origan. cum melle roſ. miſcet cum ſp. vitriol. gutt. ij. vel oſſis ſepiæ ſalis gem. piper. ana ʒ j. f. pulv. mento vel ſub mentum applicat empl. è ſterc. anſer.

LOCHIA. Partus.

LVES Venerea morbus eſt occultus hepatis & reliquarum partium: an calidus an frigidus? cum copia pravorum humorum à concubitu impuro genitus. Fiorav. illum ab eſu carnium humanarum factum ſcribit. Leonicenus ab aſtris & humiditate A. 1493. alij à coitu Elephantici cum ſcorto. Huttenus l. 6. de Guai. è Spaniola allatum cenſet.

Curatur. 1. Guajaco, rad. chinæ quæ odore & ſapore caret & calida non eſt, ſarſ. parill. fol. ſaponariæ ut ℞. cort. ligni ℥ j aff. aq. ℔. vj. Zvvinger ep. 234. vel ℞. raſ. ligni ℔ j. cort. ℥ j. macera in ℔ x. aq. puriſſ. coquatur ad conſumtionem trium partium. *Laur.* ſpumâ aſſervatâ frontem, tempora, &c. inunge; ſumat omni manè ℥ viij. Fecibus adde ligni ℥ ij. Aqu. lib. xij. Coque ad ℔ v. pro potu; feces denuo coquantur pro lotura manuum, frontis. 2. Hydrargyro quod *Senn.* calidum eſſe aſſerit. vid Fern. Laur. Par. qui partes duplices in hydrargyro agnoſcit quod rejicit Senn. Venenum eſt, licet vivum minus lædat, quia cito vacuatur. Colatur per pellem arietinam, poſt cani exhibetur,

hibetur, per anum redditum elixatur in aceto cum herbis nervinis. Senn. parum hoc prodeſſe cenſet, cum axungia, &c. in cute maneant, nec ita ad ima penetrent. ℞. axung. porc. ℥ vj. butyr. rec. ℥ iij. ol. lumbric. vulp. ana ℥ j ß. his incoque ſalv. roremm. &c. hydrargyr. præp. ℥ iv. ceræ q. ſ. ungantur internæ pedum ac manuum partes & articuli cum dorſo. Ne ptyaliſmus ulcera oris faciat *For*. gargar. ex oleo amygd. d. præcavet. Ab unctione annulus aureus ore contineatur, pil. ex auri ſcobe exhibeantur: ſic enim reliquiæ hydrarg. auro adhærebunt. Mercurius morbum non curat, ſed cauſam tollit, vi purgatoria. 3. per emplaſtra. 4. per ſuffitum qui modus periculoſiſſimus eſt, ut ℞. Cinnab. ℥ j. Benioni. myrh. ſtyrac. oliban. ana ℥ ß. maſtich. macis, tutiæ ʒ ij. excipe Terebint. & fiat ſuffitus. Si infans ſit correptus, nutrix per 5. dies ſe præſervet aq. Theriacali, papillam ſemper abluat. puſtulæ pueri unguntur ung. enulato cum Mercurio pauco. *Par.* in peſte & febb. Petechialibus utitur unctione cum hydrargyro. Si decoctum ligni recuſent ℞. ſarſ. parill. ℥ iij. Cort. lign. Guajaci ℥ j. cinam. ʒ j ß. fol. Sen. ℥ ß. ſacch. ℥ iv. f. pulv. doſ. ʒ ß. variat Senæ quantitas. inde mane unam horam ſudet & vitet ventum borealem. *Monav. ep.* 241. *&* *Zac. l.* 1. *hiſt.* 71. morbum Hipp. notum eſſe cenſet & oriri à nimia Venere. Vng. è mercurio ſit re-

cens: fermentatione enim amittit vires. *Par. l.20.c.5.* luem ven. ſola humiditate venenum eſſe aſſerit. Diæta non ſit tenuis quæ vires minuit: quia morbus eſt chronicus. In ſolis morbis acutis, qui breves, utilis diæta tenuis, vinum tenuius conceditur. Motus vehemens multos curavit. è Guajaco ol. non deſtillatur. Spiritus difficillime. Extractum fit cum menſtruo idoneo.

LUMBORUM dolor. Dolor lumborum.

LUMBRICI. Vermes.

LUMBRICI infantium. Infantium lumbrici.

LUPUS. Cancer.

LUXATIO. Cauſa eſt vel interna, ut humores, vel externa ut lapſus, vel hæreditaria, ut cum acetabula non ſatis ſunt cavata, vel ligamenta nimis laxa.

Diff. 1. Quando oſſis capita ex acetabulo ſuo excidunt. 2. cum oſſa juncta dehiſcunt: ut ſcapula ab humeris recedit, cubitus à radio, fibula à ſura. 3. cum luxationi fractura eſt conjuncta, ut cum epiphyſis ab oſſe divellitur. Illa facilius reſtituitur, iſta nunquam percuratur; quia ligamenta ſunt vel abrupta vel effeminata, hæc penitus eſt incurabilis.

Diagn. Eadem ut in fracturis. Vera luxatio facit motus abolitionem, ſubluxatio difficultatem. Si à laxitate ligamenti, ſenſim

fit

fit luxatio & facile in contrariam partem pellitur. Digitus nullo corpore reſiſtente articulationem ſubit.

Progn. Corpora ſicca difficilius luxantur & reponuntur, humida contra.

CVRATIO. Si adſit inflammatio, tollatur antequam reſtitutionem moliaris. Si vulnus & fractura ſimul adſint, Hipp. ſatius eſſe putat reſtitutionem non aggredi, nam ea tentata certa mors, ea omiſſa claudicatio tantum in metu eſt. Antiquæ, antequam reponantur, Topicis ſunt molliendæ. Vel ſi reponas luxationem cum vulnu. & fract. & ſuperveniat inflammatio, reſtitutum os ſine violentia è ſua ſede exturbetur denuò. Primo omnium extenſio facienda, in qua primo videndum ut rectè teneas. Sic ſi humerus, vertebræ vel femoris oſſa ſint luxata, totum corpus; in iuguli vero, cubiti, manus, genu, pedis, cruris luxatione pars affecta arcto miniſtri complexu tenenda, ne totum corpus extenſionem ſequatur. 2. ut trahas vel manibus vel machinis eouſque quoad caput oſſis è ſui ſinus regione poſitum fuerit ac liberum; ſit inter os luxatum & cavitatem intervallum, ut ſc. labra acetabuli illæſa maneant. 3. ut oſſis capita leniter ante mota & circumacta in ſinum ſuum compellantur eadem via qua exciderit, quod probe factum ex ſtrepitu colliges, dumque hoc fit, funis contentio eſt remittenda, alias poſſibilis non eſt. Secundo

apte deligetur cum medic. adſtringente ut in fractura. 3. ſymptomata corrigantur. Luxata clavicula multi decepti ſunt putantes eſſe luxationem humeri.

LVXATIO vertebrarum ad interiora lethalis. *Fabr.* tamen modum curandi tradit, ſed non tutum. Ad extra gibbus fit curandus repoſitione, thorace ferreo multis foraminibus pervio. Fit vel ex aſthmate vel cauſa externa vel humorum copia. Huc pertinet illud malum, cum æger nimis grave pondus attollere tentavit, *daſz vvehethun* dictum: quatitur hic undecima ferè vertebra, non luxatur ſed concuſſa movetur. Dolor adeſt dorſi circa ventriculum, appetitus dejicitur, cum vomitu aliquando, caput dolet in infantibus præcipuè, febris quaſi maligna. In adultis hoc curatur ut luxatio à quibuſdam. Exhibetur cum commodo ung. rubrum potabile, oculi cancrorum. *Senn.*

Humerus reſtituitur vel mantili ex collo renodato vel calce chirurgi vel humero altiori miniſtri vel pertica vel ſcala vel gloſſocomio *Ambi* dicto. Luxatio claviculæ multis habita eſt pro luxatione humeri. Eadem enim ſunt ſymptomata; Triduo quoque ſolvenda eſt deligatio, & varie, leniter tamen motitanda pars, ne ancyloſin incurrat.

Femore antrorſum luxato, inguina tument, clunes rugantur, ſola parte calcis poſteriore terram contingit, urina ſupprimitur. Si retrorſum

trorſum, clunes tument, in inguine cavitas adeſt. Crus ſano brevius eſt, genu flectere non poteſt. Calx terram non attingit. Scipione ſe ſuſtentat. Si extrorſum, poſt aliquod tempus miteſcit dolor, circum occaleſcit caro, caput oſſis in vicinia novum ſinum cavat, ita ut ſine ſcipione incedere poſſit æger; brevius fit crus, genu & pes intro ſpectant, in calcem incedere non licet, crus flecti poteſt, totum crus minus emaciatur. Si introrſum, minor eſt claudicatio, crus flectere non poſſunt, pes longior eſt; Incedunt crure extrorſum obverſo ſcipione fulti, promtius in calcem quam digitos innituntur, tandem facto novo ſinu abſque ſcipione incedunt.

MACULÆ Ephelides *vel à ſolis ardore fiunt*, cum ſc. color mutatur in fuſcum. Præcavetur ſi facies & manus illinantur ov. alb. conquaſſ. cum aq. roſ. vel emulſ. 4. ſem. frig. Curatur in feminis abſterſione cum foliis ceraſi rec. vel aq. roſ. in qua camphora ſoluta eſt. aliæ gummi ceraſorum in aceto diſſolutum cum pauxillo farinæ avenaceæ uſurpant.

Vel à Cauſa interna ut in gravidis, virginibus à retentis menſibus, eſu rad. bet. rubræ, &c. maculæ ſunt fuſcæ, interdum palmi magnitudinem æquantes. Curantur emulſione è ſem. cannabis, ſuc. rad. bugloſſ. expreſſo.

Lentigines fiunt à vapore aduſti ſanguinis:

utiliſſima eſt aq. ſcrophul. è tota planta deſtillata. Coſtus, braſſicæ ſemen & Fuci.

MACVLÆ congenitæ ſecundum *Senn.* ab imaginatione matris fiunt. *Par. l.23.* illæ à menſtrui quadam portione uteri lateribus à recenti adhuc fluxione adhæreſcente, aut quodam velut rore è venis ante tempus deſtillante fiunt: grandiores incurabiles, item verrucoſæ, lividæ. lavantur ſangu. ſecundinæ, etiam menſtruo, ſaliva matris jejunæ.

MAMMARVM inflammatio. Inflammatio mammarum.

MANIA. Cauſa eſt ſpirituum vitalium & animalium fervor, quo frigus promtiſſimè ferunt, febrim tamen non faciens, ad multos annos durans. Vnde occultam adeſſe qualitatem vult *Platerus.* Cauſa antecedens eſt vel ſemen corruptum vel aduſtus ſanguis, & ægri cantillant. Signa adſunt plethoræ vel bilis aduſtæ & ſunt temerarij, audaces: vel bilis atra & ſunt ſigna melancholiæ; vel Venena ut cerebrum felis vel philtra. Vinum fulmine congelatum. Dæmoniaci ignota loquuntur. vel hæmorrhoides ſuppreſſæ vel ulcus clauſum.

CVRATIO. Inchoanda à V. S. ſic Platerus plurimos, qui in domibus publicis alebantur, curatos vidit V. S. ſexagies nunc hic nunc ibi repetita. delectus venarum neceſſ. non eſt. hæmorrhoides, ulcera clauſa aperiantur, poſt alterandum. bibant ſerum lactis,

ctis, purga. Cor exhilarandum ut in melancholia dicetur. Somnifera. Empirica ſunt cerebrum arietis nondum ven. experti, cerebrum canis unicoloris, fol. buxi. rad. nymph. luteæ. Amuleta ſunt rad. eryng. bryon. hyperic. commendatur nitrum quod volatilia figit, Sp. vitriol. Topica ſunt refriger. & potius humectantia, ut ol. roſ. & chamæm. &c. tepida. Specificum creditur topicum ſuccus cancrorum vivorum.

MARASMVS alius eſt deurens ſeu hectica maraſmodes, alius eſt frigidus & ſiccus. dicitur hectica ſenectutis ſeu ex ſenectâ morbus: alius ſyncopoſus qui calidus eſt reſp. febris, frig. reſpectu ſyncopes.

MATRICIS hydrops. Hydrops uteri.

MATRICIS procidentia. Procidentia uteri.

MATRICIS ſuffocatio. Suffocatio uteri.

MELANCHOLIA eſt animi angor in una cogitatione defixus abſque febre & furore, à phantaſmate melancholico ortus. Subjectum proximum ſunt cerebrum & cor quod demonſtrant affectus. Mel. cum febre vidit *For*.

Diff. 1. Cum cerebrum primario afficitur. 2. per conſenſum cordis & totius. 3. Hypochondriaca. 4. ab utero. Quæ ab hæmorrhoidibus, liene, &c. ad hypochondriacam pertinet. Prima non fit à nuda intemperie,

alias enim actiones non imminuerentur, & ſi à frigore, ſenes inficeret: fit ab humore in capite nimis terreo. huc pertinet amor inſanus, ſeu delirium à nimia animi ſollicitudine inedia, vigiliis, ira, genitum.

Secunda fit ab humore mel. in venæ cavæ & arteriæ magnæ ramis hærente & ſp. vitalibus impuris, unde & continua ferè eſt: adeſt cordis frigus & ſiccitas, præceſſit terror, vigiliæ,&c. Tertia fit ab humore melanch. in vena porta hærente, unde per intervalla affligit, circa hepar, omentum, lienem. ſi vapor non communicetur cerebro, affectio hypochondriaca ſaltem eſt. Huc facit quies, alvus ſuppreſſa.

Quarta fit in viripotentibus viduis à ſuppreſſis menſibus & hum. mel.

Diag. Si prima, delirium eſt continuum, Vehemens, hypochondriaca ſalva, tinnitus, vertigo, capitis gravitas, &c. divexant. Si ex amore inſano, hilares ſunt. Si ſecunda, totum corpus eſt melancholicum, delirium continuum non eſt, &c. facile in maniam, epilepſiam, &c. abeunt.

CURATIO. Cauſa alteranda, vacuanda, intemperies per vices tollenda, caput corroborandum. Si amor ſit inſanus, ſemen extinguentia danda, cœlum mutandum, &c. Verbena geſtata venerem extinguit: item mentha. Vnde Proverb. mentham tempore belli nec ſerito nec edito. V. S. convenit.

Omnibus

Omnibus medicamentis miſceantur roborantia & humectantia. Conf. Hamech tam commoda non eſt; Vomitoria, ſerum copioſum, parum enim non prodeſt. decoct. abſinth. chalybs, acidulæ. Thermæ & Balnea, quibus multi curati ſunt à Galeno. Topicis lieni, cordi, ventriculo applicatis, victus ſit humidus. Quidam Trypanon admovent caſu edocti. For. multos curavit leniente poſt decoctum puleg. & centaur. min. modo cum ſyr. de Byzan. modo de mentha, de abſint. modo de borrag. pomis, bugloſſ. levibus vomitoriis, modicè purgantibus, decoct. abſinth. & diureticis. *aph.* 11. *ſ.* 6. *Scholtzius, ep.* 241. ubi Monavius de nobili Bohemo à philtro moriente.

Si quarta, dolor eſt varius, imprimis ſiniſtri lateris è regione cordis, qui univerſam mammam interdum prehendit, manifeſtus pulſus eſt in dorſo circa diaphragma, menſes parcius fluunt. V. ſecetur in brachio ſi adſit plethora: Si inſtet menſium tempus, in talo. purgetur melancholia errabunda Arabibus *Kutubuth* dicta. menſe Februario potiſſim. homines infeſtat: ægri ne horam in uno loco manere poſſunt ſed continuo vagantur, neſcientes quo vadant. Fit per cerebri Idiopathiam. Curantur more vulgato.

MEMORIA debilitatur ab intemp. frig. humida. Curatur ut cephal. pituitoſa, alterantibus, purgantibus, roborantibus, im-

primis confert anacard. quæ conf. ſapientum appellatur, qua multi admirandam ſibi memoriam compararunt. Sumitur ad ℥ ß. & infra. Vehementer exiccat: unde ſi pars aliqua princeps calida ſit, memoriam quidem acquirunt, vitales tamen non ſunt. Poteſt abſq; Caſtoreo parari ut gratior ſit. Omni mane occiput & nucha fortiter fricetur cum aq. hæder. arb. ter quaterve deſtillata in alemb. vitreo. ſecretum ol. Thuris, myrrh. &c.

MENSES albi. Fluor muliebris.

MENSIUM Profluvium fit eodem modo ac hæmorrh. narium, &c. ſigna eadem. ſæpè incurabile eſt. diapedeſis facilius, anaſtomoſis facile, eroſio difficulter curatur.

CURATIO. Revellendum per vices V. S. cucurb. mammis appoſitis. *5. aph.* 50. humores bilioſi temperandi, purgandi, per interna & externa conſtringendum. Vetula quædam incurabilem curavit exhibendo novem vicibus ℥ j. pulv. oſſ. hum. cum vino rubr. Si à pravis humoribus, temerè ſiſtendum non eſt. *Guainerus* magno experimento exhibet ℥ j. cineris ſtercoris capræ. Si partum excipiat talis enormis effluxus, mulieres hoc arcano utuntur: Nucem juglandem exiccatam & pulveriſatam tribus vicibus exhibent cum vino rubro, vel carnem antiquam fumo induratam annum excedentem in patella terrea toſtam & ſiccatam. *For.* ſeq. exhibuit cum commodo ℞. Corall. rub. bol.

arm.

arm. oſſ. dactyl. ana ʒ ß. detur duabus vicibus in ovo ſorbili. Topica omnia adſtringant. Injectiones utiles ſunt, & ſuc. milleſ. plantag. ſanguinar. &c. peſſi. lotio crurum è frigida. Rad. nigell. ſub ling. detentæ, lapis hæmat. rad. papav. errat. muſcus arbor. ſub axillis geſtatus, ſanicula & fragaria plantis pedum alligata.

MENSIVM Suppreſſio fit vel à ſanguinis vitio & defectu vel viarum anguſtia. Diſcernitur ab impregnatione quod gravidæ plerumque natiuum corporis colorem retinent, hilares ſunt, in menſ. ſupp. contra. Symptomata gravidarum quæ in principio fiunt, indies miteſcunt, in illa contra. In gravidis motus & ſitus infantis tertio menſe percipitur; in illa nihil. Si ſex menſes duret, curari non poſſe, ait Hipp. Anguſtia fit vel à craſſis humoribus vel tumore vel balneo adſtringente.

CVRATIO. Non moventur in extenuatis, cachecticis, in quibus paucus ſanguis. Moveantur tum cum antea fluere conſueverunt. In uteri inflammatione vel procidentia menſes non moveantur. Si ab obſtructione quod freq. fit & adſit plethora, V. ſecetur in brachio ad tollendam plethoram, quæ ſi maneat, ſectio venæ in talo non prodeſt: cum enim omnis ſanguis ad uterum ſic trahatur, alter alterum detinet & impedit. Contra *Zac. hiſt.* 76. *lib.* 1. Cucurb. ſcariſ. ligat.

frictiones partium inferiorum. Mercurialis valde commendat cauteria infra genua. Quod negat *Senn.* quoniam alios humores ab utero derivant. poſt purgandum alterandum & quidem ſæpius; tandem menſes moventia: ut pulv. dominarum. ℞. ſem. ſeſel. ammeos, cinam. ana ℥ ij ß. cumini ℥ iij. ſem. fænic. apij, carvi, nuc. moſch. calam. aromat. galang. ana ʒ j ß. Zinzib. macis, caryoph. ana ʒ j. croci ʒ iij ß. f. pulv.

Topica ſint mollientia & menſes moventia; ut balnea, olea, ſuffitus, evaporationes, clyſteres, peſſi. *For.* in ſuppreſſione menſium cum cachexia primo exhibuit pil. de hiera cum aq. artemiſ. poſtea decoctum longum purgans, potionem purg. Theriacæ ʒ j. cum ℥ ij. vini alb.; repetitum fuit decoctum prius. Talis potio. ℞. diacathol. ʒ vj. el. indi. maj. ʒ iij. ſir. capill. V. de artemiſia ana ℥ ß. cum ℥ iij. decocti artemiſ. puleg. meliſſ. pro una. balneum è matricalibus, à balneo femora inunxit ung. ℞. ol. amygd. d. lil. butyr. rec. medul. crur. vitul. ana ℥ j. ol. amygd. amar. mucag. althææ ſem. lin. fenugr. ana ʒ ij. ſuc. rut. artemiſ. ana ℥ ß. ceræ parum f. ung. poſtea ʒ j. theriac. cum ℥ j. juris cicer. rubr. Inſtante primo quadrante Lunæ Saphenam aperuit: ſed cum venæ non apparerent, cucurb. ſcarif. cruribus applicavit & ſanata eſt. Si non juviſſent, autor veniſſet ad decoctum ligni admiſcendo diptamnum, cujus vires

ſæpe

ſæpe eſt expertus Jacchinus. Sabina, Semen nigellæ ʒ j. in decocto, vel ejus farina panno illigata & ſuppoſita egregia eſt. vide partus difficult.

MENSIUM ſtillicidium fit vel à ſanguinis craſſitie & acrimonia, viarum anguſtia, & dolorem facit: vel ab retentricis imbecillitate & ſanguinis tenuitate & ſine dolore eſt. Curatur mitigata acrimonia, facultate roborata, anguſtia ſublata, &c.

MESENTERII inflammatio. Inflammatio meſenterij.

MICTIO Involuntaria fit à reſolut. veſicæ & ſphincteris, à ſola reſolutione veſicæ urinæ ſuppreſſio. *Solenand.* tanquam ſecretum laudat pulv. gutturi galli toſti cum vino rubello vel poſca diluta ſub horam noctis. laudantur & teſticuli leporis combuſti.

MISERERE. Ileus.

MORBILLI febrem ſemper comitem habent putridam, aliâs continuam, aliâs intermittentem. Cauſa eſt ſanguis menſtruus, aer & diæta: ſi ſanguis ſit craſſior, variolæ fiunt; ſi tenuior, morbilli. erumpunt die 4 critice. Fluxus alvi, pectoris anguſtia, urina cruenta, raucedo lethale. Moriuntur enim vel ex angina vel ſyncope vel alvi fluxu.

CURATIO. Ante eruptionem variolarum in non valde teneris, ſi febris ſit continua, V. S. convenit. alias non. lenientia dentur

vel clyſteres; in augmento & ſtatu expellentia, cardiaca; mitigantia ex uſu ſunt temperata vel frigida pro ratione febris. *For.* tale præſcripſit. ℞. hord. mund. p. j. liquirit. raſ. ℥ ß. cicer. rubr. ʒ ij. ſemin. frig. m. j. an. ʒ ß. flor. cordial. an. p. j fic. ping. No. iij. coq. in colat. ℥ vj. diſſolv. ſir. granat. ℥ ß. pro 2. Infantes è ſententia For. rubro panno involvantur, ita tamen ne cutim tangat. decoctum lentium utile eſt, non in ſubſtantia. ſem. nap. citri, aquilegiæ, card. bened. ſub forma emulſ. epithemata lethalia fuerunt. Vel nunquam vel cautè ſunt maturandæ. butyrum ſæpe obfuit. non ſunt aperiendæ niſi valde malignæ. puſtulæ maturæ oblinantur ol. amygd. d. ſic veſtigia fœda non manebunt. Oculos ſervat aq. roſ. cum exig. croco Poſtea etiam additur ſuc. fænic. rut. verben. fragar. Sapphirus oculis puerorum admotus eos præſervat. *Crat. ep.* 160. nares præſervat aq. roſ. cum ſuc. agreſt. poſca, &c. auribus inſtillatur ol. roſ. myrtin. myrtill. Fauces mire præſervat gargar. è lacte caprill. & aq. plantag. Pulmones ſeq. ℞. ſir. granat. dulc. ℥ ij. ſacch. penid. ℥ iij. ſir. ex infuſ. roſar. Diamor. ana ℥ ß. diatrag. frig. ʒ iij. amyl. puriſſ. ℈ ij. f. eclegm. ſecretum eſt. Infantibus ficus dentur cum ſir. granat.

MORBUS gallicus. Lues venerea.

MORBUS hungaricus. Febris hungarica.

MOR-

MORBVS regius. Icterus.

MORSVS canis rabidi. Venenum.

MYDRIASIS. Oculi vitia.

MYOPIA. Oculi vitia.

NÆVI materni. Maculæ congenitæ.

NARIVM hæmorrhagia. Hæmorrhagia narium.

NARIVM ulcus. Vlcus narium.

NERVORVM vulnus. Vulnus nervorum.

NODVS. Ganglium.

NOLI ME TANGERE. Cancer. Gutta roſacea.

NVBECVLA. Oculi vitia.

NYCTALOPIA. Oculi vitia.

OBSTRVCTIO hepatis fit cum obſtruuntur venæ & arteriæ in parenchymate hepatis.

Diagn. æger gravitatem & mox ab exercitio vel cibo dolorem ſentit in hepate. In acclivi aſcenſu inſueta difficultate ſpirandi premitur, alvi dejectiones liquidæ & copioſæ: ſi cava pars, ſitis adeſt, nauſea. ſi gibba, diaphragma magis premitur. fit à vapore & adeſt pondus, vel a flatu. ſi cava pars ſit affecta, facilius curatur.

Cvratio. Si adſit plethora, V. S. convenit, ut tutior ſit vſus aperientium, quæ omnia calida ſunt. Corpus purgetur, aperientia exhibe. Si cauſa ſit calida, frigida aperientia dentur, ut cichoracea, lactuc. ſem. 4. fr.

maj. cum aliis calidis. Vtiliſſima ſunt abſint. abrot. & amygd. amaræ, item ſem. aquileg. Sirupus aperiens Sennerti, Scholtzij de cuſcuta; à quacunque cauſa fiat, utilia ſunt tartar. vitriol. quod Croll. digeſtivum univerſale appellat. Cryſtall. Tartar. Chalybs. A nimio aperientium uſu ingens malum. Sumto aperiente æger in latus dextrum decumbat. Topica quoque ſint aperientia. *For.* miraculoſe ſeq. conferre ſcribit. ℞. hepatis lupi præp. ℥ j ß. ſp. diarrhod. abb. diatrag. frig. ana ℥ ß. rhabarb. ammoniac in aceto ſoluti ana gr. iij. diſſolvatur in decocto cuſcutæ, capill. V. cum aq. fænic. bugloſ. ſcabioſ. lupuli cum ſacch. q. ſ. f. rotulæ pond. ℥ iij. Veteres dabant ℥ j. hepatis lupi cum vino ſine febre, cum febre cum ſucco ſeridis. Cremor Tartari, Trochiſci de capp. & de ſcolopendrio. Topica ung. fotus, &c. eodem modo in liene curatur obſtructio.

OBSTRVCTIO meatus auditorij. Si à verme illapſo ſit, vivus, ſi queat, provocandus dulcibus, ut pomo dulci aſſo, appoſitis fermento, melle. Si fruſtra, necandus eſt ſucco abſinth. nucl. perſic. centaur. min. ol. coryli, ol. philoſoph. ſpir. vini, ſuc. fol. ſambuc. cannab. inſtillato. vel oleo cum aceto. Interfectus educitur infuſa aqua, ol. vino, immiſſis turundis terebinthina imbutis, ei enim adhæreſcit vel ſimili.

Si res ſint duræ, meatus ut lubricus fiat,

ol. te-

ol. tepidum inſtilletur. At ſi res ab humore intumeſcat, humida non applicanda. Sternutatio movenda naribus & ore clauſis. Si fruſtra, volſella, ſed cautè eximatur. *Paraus* inſuper cum antiquis ſectionem auris inſtituit, quam plane ut noxiam improbat Aquapendens.

Si aqueum quid, antiqui oleum infundunt & aurem pronam habent: æger ſuper pede è directo auris affectæ exſiliat, capite in aurem inclinato. Si fruſtra, ſternutatio concitanda aut ſpongiola ſicca auri immittenda. Eſt & alius modus apud *Senn.* per ſyringam quoque immiſſam ore extrahitur. Sed obturanda auris cera.

OBSTRVCTIO gulæ à re dura tollitur volſella, ſi res conſpici queat. Si non in conſpectum veniat, cervix ægri pugno percutiatur. Vomitus oleis ut amygd.d. jure pingui moveatur. Quidam bolos majores deglutire jubent. Candela cerea vel ſtilus plumbeus incurvatus, melle vel oleo oblitus immittitur & res deturbatur. Tuſſis injectis acidis excitetur. *Fab. obſ. 36. Cent. 1.* commodius inſtrumentum deſcripſit. Vide *Senn.* Si fruſtra, res naturæ & tempori committatur, & topicis maturatio per cataplaſm. mollientia promoveatur: ſedata enim inflammatione res ejicitur.

In aſperam arteriam ſi inter edendum quid illabatur, ſternutatio conducit, dorſum pu-

gno concutiatur.

Si in oculum arena incidat, ſem. hormini, oculi cancri, margaritæ, oculo imponantur; ſub palpebra oculus claudatur & res oculis cancri adhærens ſimul excidet. Si fruſtra, volſellis eximatur. *Fab.* uxor ferrum magnete exemit.

OCULI vitia vel afficiunt Tunicam adnatam & corneam, ut

OPHTHALMIA, quæ ſi levis ſit, à fumo, ardore ſolis, vini potu, Taraxis dicitur; ſi fortiſſima, ita ut album ſupra nigrum intumeſcat, Chemoſis vocatur. Si à ſola plethora ſive bile, id è ſignis cognoſcitur. Curatur generalibus revellentibus, ſublata cauſâ procatarctica. Venæ temporum ſunt adſtringendæ. V. S. convenit in brachio ejuſdem lateris, etiamſi à bile orta ſit: bilis alterata purgetur. V. frontis ſecetur. Setaceum efficaciſſimum in diuturno morbo. His præmiſſis ad Topica veniendum. Sæpiſſimè enim ſolis generalibus tollitur & *Mercurial.* *Galenus*, *Mercatus* uno ore monent, ne topica in principio ophthalmiæ applicemus. Multi enim cæci facti ſunt medicamentorum copia; parciſſimè applicentur, fronti tamen & temporibus tutò repellentia in principio applicantur. Lac oculis inſtillatum corrumpitur & acre fit, niſi ſingulis horis mutetur. Repellentibus ſemper detergentia ut lac, crocus, ſarcocolla, addantur. Opiata ſp. opticos in-

incraſſant, raro adhibeantur. Semper admiſceantur quæ proprietate oculos reſpiciunt, Frigida oculo ſano conveniunt ad præſervationem, tepida ad frigida inclinantia ſi repellere velis, ad calorem ſi diſcutere. Non ſimul temporibus & oculo repellens applicandum. *For.* collyrium alb. Rhaſ. ſine opio ad ℥ ß. modo lacte modo aq. roſ. ſolutum oculo inſtillavit, etiam cum opio in dolore ſummo. In declinatione ſola ſarcocollæ ʒ j. nutrit. in lacte, ſoluta in aq. fænic. euphrag. ol. è fl. cichor. vel cyani cærulei per inſolationem factum, emulſ. ſem. papav. croci, opij ana gr. III. cum cataplaſ. *For.* Crocum metall. laudat. *Rul.* cum aq. euphrag. Vinum commendat *Hipp.* Sed refert *Zuvinger.* in theatro, P. Ramum Luteriæ à nimius vigiliis ophthalmia correptum, quem cum I. Sylvius vinum bibere juſſiſſet juxt. aphor, vehementer crevit malum, ut cæcus fere fieret. *Galenus* balneum laudat poſt univerſalia. Sarcocolla nutritur lacte crebro & parce affuſo, ne aceſcat. Si chemoſis adſit, ovi luteum cum carne muſcæ terito linteolo excepta imponito. *Gal.*

OPHTHALMIA ſicca ſi ſine pruritu eſt cum duritie palpebræ, Sclerophthalmia vocatur. Si oculi cum dolore pruriant nec tumeant, ſed rubri ſint, vocatur Xerophthalmia. Si pruriant cum exigua fluxione, Pſorophthalmia vocatur. Curatur genera-

libus. Topicis mollientibus. Cuidam conſultum fuit à medico ut alb. ovi cum aq. roſ. oculo applicaret, rad. chelid. contuſ. cum fermento apponeret, & fol. ejus cum rad. contuſ. pedibus ſupponeret. In omnibus oculi inflammat. fortioribus ſeq. præ aliis fuit commodum. ℞. Ceruſſ. lot. ℥ j. amyl. ʒ vi. gum. tragac. ſarcocol. tutiæ præp. ana ℥ ß. camphor. opij thebani ana ʒ j. aq. roſ. q. ſ. f. maſſa, cujus portio exigua diſſolvitur in aq. roſ. & cum pluma ſtillatur in oculum. Infiniti eo fuerunt curati.

PTERYGION, Vngula, eſt membranula nervoſa ab angulo domeſtico plerumque orta, adnatæ tunicæ valdè adhæreſcens, ad pupillam aliquando protenſa, ex ophthalmia, morbillis, vel fluxione diuturna orta. Pannum membranoſum non eſt, ſed è venis turgentibus quid complicatum. Sæpe eſt cancroſum. diſcernitur à carne lachrymali quod radix unguis ſemper ad albedinem magis declinat.

Progn. Si adſit ſuffuſionis principium, ungula non curetur. quæ pupillam contingit ſi chirurgia rollatur, cicatrix tamen viſum impediet. Albicantia & anguſti fundi facilius curantur.

CVRATIO. Præter generalia & adſtringentia temporibus applicata topica ſint primo mollientia, poſt detergentia. Efficax eſt pulvis teſtarum ovorum aceto maceratorum

ſiccato-

ſiccatorum, ſi puluis oculis inſpergatur. *For.* rubram ungulam eſſe aſſerit & mobilem: præſcripſit primo omnium ſeq. ℞. fol. malv. m. iv. ſolani m. ij. ob inflammat. ſi adſit, viol. nenuph. fl. roſ. rub. ana m. j. fiant duo ſacculi, coq. in aq. ſ. expreſſi moderate calidi applicentur oculo quater. Poſtea ℞. fl. chamæm. melil. ana m. j. ſem. fænigr. ℥ iij. fiant ſacculi duo, quibus in die quinquies foveantur oculi. A fotu ſtatim collyrium inſtillatum fuit è ſuc. malv. fænic. rut. optime depurat. Purgatio fuit continua cum decocto malvæ, fænic. rut. euphrag. fumar. rhab. ſen. ſub forma clareti. Poſt mollitionem detergentia, ut ſuc. malv. fæn. rut. depur. cum fellis angu. exiguo & ſacch. cand. poſt & parum vitrioli albi additum fuit, poſtea ſuc. rut. & chelidon. duplum, fænic. minus, vitriol. ʒ jß. & viridis æris gr. v. & curatus fuit. Matrona quædam pauperes ſeq. aq. curabat. ℞. exta lucij piſcis & una cum felle, jecore, viſceribus, in minutas partes conſcindito, adde m. j. fænic. & deſtilla. ſuccus è formicis expreſſus. Ærugo æris uſta minus erodit quam non uſta. Quæ totam pupillam tegit, chirurgo non eſt attingenda. *Par.*

Nubecula qua ægri per fumum videre videntur, ab humore corneæ impacto. Albugo ſeu leucoma, quæ fit vel à cicatrice & incurabilis eſt, vel à pituita inter corneam collecta. Curantur generalibus. Topicis mol-

lientibus & extergentibus cum ſuc. anagall. fl. cæruleo, imprimis aq. fl. rorisma. aq. mellis: ſi curari nequeat, albus color tollitur ſuc. mali punici dulcis. Si color flavus in ictero corneam teneat, vapor aceti in tegulam ignitam projecti oculis excipiatur. decoct. rhab. ſi bilis: agaric. ſi pituita, oculo inſtilla, naribus attrahe.

Sugillatio, quæ eſt ſanguinis in adnata & cornea effuſio, ab ictu, lapſu. Curatur, ſi major ſit, revellentibus topicis repellentibus, deinde ſolis diſcutientibus, decocto fænigr. exactè mundati vel ſub forma fotus. Sanguis columbarum, braſſicæ folia cocta & impoſita, caſeus recens. Inveterata fortiora requirit. Coma hyſſopi trita, panno lineo illigata, in ferventem aq. demiſſa, oculo tepide admota cruorem elicit ut linteolo adhæreat: rad. ſuc. rad. ſigill. Salom. aq. vitis.

Hypopyon, cum pus ſub cornea colligitur. Præceſſit ſugillatio, lippitudo, inflammatio. *For.* id curat ut pterygion. *Galenus*, *Paraus* aperta ad iridem cornea.

Vel afficiunt tunicam uveam ut

Procidentia uveæ ob ſolutam unitatem corneæ. Si parva uveæ portio excidat, myocephalos vocatur; ſi major ſtaphyloma; maxima clavus dicitur cum calloſa facta eſt. Staphyloma nemo curaverit, ſed Caniculus egregie doctus eos per calles deducat. Si ab ulcere corneæ, curatur. Si à ruptura,

vul-

vulnere, curatur itidem.

Pupillæ dilatatio Mydriaſis dicta, cum juſto major eſt pupilla, vel nativa eſt, vel fit à tenſione, à ſiccitate, vel affluxu humorum, ictu, lapſu, nimia ſpiritus retentione in gravidis. His omnia minora apparent, humor autem non totam uveam afficit, alias fieret pupilla minor (moles enim uveæ arctaret) ſed pupillam. Idem de ſiccitate dicendum. Si à ſiccitate molliendum. Si ab humore vacuandum, revellendum, reſolvendum per topica, adſtringendum. *For.* ſeq. vtitur. ℞. roſ. ſicc. menth. ſic. ſpic. nard. ana ʒ ij. cort. thur. myrrh. ana ʒ ß. croci ℈ j. pomphol. acac. ſpodij, lotorum omnium ana ʒ j. aloes lot. ʒ ß. pulv. & cribr. f. Trochiſc. cum gum. trag. quorum unus diſſolv. in aq. roſ.

Cataracta, ſuffuſio, eſt pupillæ obſtructio ab humore. *Parao* à pellicula. Concreſcit inter id ſpatium quod inter corneam & humorem cryſtallinum eſt. Notha à vaporibus fit. Non curatur nigra. Coitus huc facit. Circa diluculum acutius vident, quia pauci ſpiritus in copioſo lumine diſſipantur, à minori coguntur. Fit etiam à ſubtilitate ſpirituum, à raritate corporis, à pupillæ dilatatione. Præmiſſis generalibus, revellentibus, topicis reſolventibus, calens anhelitus ejus qui fænic. mandit, oculis digitis leviter attritis, exceptus ſæpius. Si inveterata ſit, vide primò an matura ſit, cujus ſignum eſt ſi præter lumen

nihil videat, nihil diſtinguat. Incurabiles ſunt quæ attrita palpebra non dilatantur, quæ ſecum oculi phthiſi eſt, quæ graves morbos ſequitur; quæ virides, nigræ, citrinæ, lividæ, gypſeæ. Contra quæ corticem caſtan. cœlum, aq. marinam referunt, ſanabiles. Secundò Luna decreſcat, ut diebus 2. vel 3. à plenilunio. Sub ariete non decurrat, abſit capitis dolor, nauſea, tuſſis. Acus ſit ferrea, æger oculorum aciem verſus nares contorqueat. acus tum medio loco inter Canthum minorem & Iridem, vitatis venis, adigenda, & ſuffuſio supernè deorſum decutienda appoſito ov. alb. cum aq. roſ. obligati maneant oculi ad diem 8.

Vel afficiunt Carunculam lachrymalem, ut

Excanthis quæ tumor eſt illius carunculæ à ſanguin. Curatur Topicis exedentibus, generalibus, ferro.

Rhyas ejus imminutio quæ ſequitur alios morbos. Curatur Sarcoticis. ſtrabiſmus à ſpaſmo fit muſculorum, vel nativus eſt vel à Cryſtallini ſitu vitioſo.

Vel citra manifeſtam cauſam viſum lædunt, ut

Amblyopia, gutta ſerena dicta, qua pura exiſtente pupilla & oculo, viſus depravatur. *Myopia* cum nihil vident niſi quod ante oculos habent. *Nyctalopia* qua noctu nil vident, interdiu benè. Curantur generalibus potius quam topicis. Si cauſa ſit in cerebro, reliqui

qui ſenſus ſimul patiuntur. Si ſubito ceperit, obſtructio eſt. Si ſenſim, vel intemperies, vel adſtrictio. Lumen nimium ob reflexum calorem generat in oculo, quo officit. Color albus ob dilatationem pupillæ. Topica ſunt, ſecretum Maximil. Imp. aq. deſtill. ſc. è ſtercore rec. anſeris. jecur hircinum aſſum comeſtum, cocti vapor, liquor ex aſſato ſtillans, illinatur. *Rondelet.* hoc efficacius reperit, ſi fænic. rut. chelid. folia ei infigantur. pulvis in oculum conjicitur. Cibi ſale euphragiato condiantur: aq. ſapphyrica à colore ſic dicta. Vide Sennertum: ſpec. Occonis. &c. utile eſt & collyrium ſeu Sieff. ſeq. ℞. aq. fænic. euphrag. ana ℥ iv. tut. præp. ʒ j ß. aloes opt. ℈ j. infund. per noctem. aq. ablue oculos. aq. panis cum pulv. rut. fænic. euphrag. piſti. perſpicillorum uſus viſum debilitat niſi neceſſitate coactus id feceris. *Dud. ep.* 27. *Fab. Cent.* 1. *obſ.* 27. ex frequenti oculorum ablutione cum frigida, viſus obfuſcatio; à ſternutatione nimia voluntaria, cæcitas. Oculis ſæpe actu frigida applicari poſſunt, non auribus. *Zac. l.* 1. *hiſt.* 56. For. tria ocularia præſcribit. Primum eſt è cryſtallo, quo in legendo uteretur. Secundum è vitro viridi, quo per intervalla. Tertium inſtar pyramidis non perforatæ, è vitro denſo viridi, cujus baſis lata utrumque oculum excipiat. *For.* ſequente arcano uſus eſt in multis. Piſciculus eſt latior anguilla limoſus, *aelpuick*

I

dicitur, cujus hepar tegulæ alligatum Soli exponatur & liquor exſtillans vaſe ſuppoſito excipiatur, quo non oculos ſed cilia & palpebram ſuperiorem illinas. Ocularia cava proſunt in circumferentia, denſiora enim illa omnia majora ræpræſentant, ut convexa minora, & plana æqualia. Qui oculos glaucos habent, exiguum luminis deſiderant. Qui humores copioſos habent in oculis, oculos nigros habent, quia humoris copia tranſpici ſatis non poteſt. Cæſij qui parum humoris habent, tantum luminis non ferunt. vide ulcus oculi.

Epiphora eſt humor tenuis, ſeroſus, lacrymarum ſpecie in oculis factus. Curatur generalibus ſiccantibus, revell. Topicis adſtring. &c.

OCVLI ulcus. Vlcus oculi.

OCVLI vulnus. Vulnus oculi.

OEDEMA eſt vel phlegmonodes vel ſcirrhodes vel eryſipelatodes. Signa ſunt color ſubalbidus, tumor mollis rarus, impreſſi digiti manens veſtigium; ſecus ſi fiat, à flatu. Præter generalia & partis naturam topica non apponantur parti niſi frictione præcalfactæ. Curatur vel reſolventibus vel ſuppurantibus, vel ſectione, ut & atheroma, in cujus cyſti materia polentæ ſimilis contineatur. Laxius eſt & tarde revertitur, non tamen tam durum eſt ac ſtruma, nec tam inæquale. Et è quo lapides, cornu & ungues extrahuntur

trahuntur durius eſt & ad tactum renititur. Meliceris celeriter cedit & revertitur. Materia melli ſimilis eſt. Teſtudo eſt meliceris in capite cranio adhærens. Talpa ſola duritie à teſtudine differt & ad atheroma refertur. Natta plerumque in dorſo, ſcapulis, oritur, ad Steatoma pertinet. Lupia. Secavit *Paræus* lupiam ℔ VIII. pendentem è cervice.

ŒSOPHAGI obſtructio. Obſtructio gulæ.

ŒSOPHAGI paralyſis. Paralyſis œſophagi.

OMPHALOCELE. Hernia umbilicalis.

OPHIASIS. Pili.

OPHTHALMIA. Oculi vitia.

OPHTHALMIA ſicca. Oculi vitia.

OSSIS Sacri excoriatio curatur ℞. ſevi ovill. crem. lact. unius noctis ana ℥ j. cretæ alb. ℥ ß. m. vel adde ol. roſ. vel cyd. q. ſ. præcavetur crebra erectione cum fune in lecto pendente, pulvillo feneſtrato ſuſtententur partes, crebro lintea ung. roſ. obducta appone.

OSSIVM ſphacelus. Sphacelus oſſium.

OZÆNA. Vlcus narium.

PALPEBRARVM pruritus. Pruritus palpebrarum.

PALPEBRARVM *Trachoma* eſt internæ palpebrarum partis aſperitas, cum pru-

ritu & rubore, ſæpe & puſtulis ſemen milij referentibus, ab humore acri. Gradus ejus ſunt: ſycoſis, Tyloſis. Præter generalia, revellentia, intercipientia, Topica ſint mollientia, poſtea refrigerantia ut aq. roſ. Taraxac. ultimo detergentia. *Par.* ſeq. inſtar omnium eſſe ſcribit. Si parum vitrioli in multa aq. roſ. ſolvas. Aloe, myrrha, crocus. Inverſa palpebra fricari poteſt fol. ficus.

Hordeolum eſt tuberculum in ſumma palpebra ortum prope cilia, quod ſuppureſcens ſimile eſt grano hordei. Continetur cyſti. Foveatur cera alba, aut adipe gallinæ vel ſaliva jejuni, vel corpore muſcæ abjecto capite, fricetur. *For.* præmiſſis generalibus, cera alba fovet vel adipe gallin. aq. roſ. lotæ calida, poſt decocto hord. & chamæmel. Tandem ſanguine turt. columb. perdic. uſus eſt in ſeipſo aq. roſ. ℥ ij. vitriol. ʒ j. guttam unam vel alteram per diem in oculum inſtillavit; vel aq. roſ. ℥ ij. aloes ʒ ß. Si fruſtra, ſectione opus eſt. Si materia ſit lapideſcens quaſi grando, chalazion dicitur.

Ectropium, cum inferioris palpebræ pars interior extra apparet inverſa à paralyſi vel convulſione vel vulnere malè curato.

For, hoc curat adſtring. ut aq. roſ. in qua ferrum ignitum ſit extinctum. ſeq. ſæpe eſt expertus, ℞ butyr. rec. novies loti in aq. ſ. poſt novies lot. in ſucco plantag. dein ter in aq. roſ. ℥ ij ß. tutiæ præp. lotæ ſemel in aq. roſar.

roſar, & aloës lotæ in angu. plantag. Sieff. albi cum opio ana ʒ j ß. Camphor. lot. ℈ j. f. ung. quo veſperi inung. & aq. cal. ablue.

Lagophthalmia, cum ſuperior palpebra juſto eſt brevior; vel nativa eſt, vel à cicatrice vel convulſione, vel cum infantes in cunis ſurſum vel retro ſemper ſpectant. Curatur mollientibus. Si à cicatrice ſectio fit ſupra eam figura falcatæ lunæ, in plagam litus injiciendus.

Aquap. contra habenis glutino palpebris affixis ſibi invicem alligat palpebras.

Hydatis pinguis ſubſtantia ut adipis fruſtulum ſub palpebræ ſuperioris cute latitans, unde tota palpebra in infantibus œdematoſa fit. Curatio ſectione illius partis perficitur, totus oculus ov. alb. cum aq. roſ. obducatur. ſal manſum cum cumino & ſalvia imponatur ad ſiccationem, niſi dolor obſtet. Hydatica ſunt veſic. aq. plenæ in pulm. jecore, &c.

PALPITATIO cordis fit primo à re cordi moleſta, vaporibus, humoribus, aqua in pericardio collecta, calculo, &c. 2. à mediocri ſp. vitalium defectu. 3. calore p. n. aucto qui ſæpe coſtas effregit apud *Fern. For.* cauſa calida eſt vel frigida. *Galenus* omnes ante annum 60. mortuos ſuo tempore ſcribit.

Sign. Si à flatu, repentina eſt acceſſio, brevis. Humor ſi cauſa ſit, diutius & tardius in-

gruit. Fit ſæpe ab hypochondriaca & menſium ſuppreſſione. Si ab aqua, ægri ſe aquæ innatare dicent.

CVRATIO In juvenibus vel declinante ætate V. S. utilis eſt & vacuatio cauſæ. diſcutitur cauſa ol. citri, vel rhapont. veri ℈ ij. ſeq. ſecretum eſt *Foreſti*. Meliſſ. virid. contrita tegulis ignitis impoſita, aq. roſ. & aceto irrorata cordi appoſita. Conſerv. meliſ. Theriaca. aq. de corde cervi, bovis *Rondeletij*.

PANARITIVM. Paronychia.

PANNVM. Oculi vitia.

PAPILLARVM fiſſuræ. Fiſſuræ papillarum.

PAPILLÆ ſi lateant, evocantur juxta *Amatum* phiola vitrea anguſti oris quæ aqua fervente plena, effuſâ aquâ, ſic calens papillæ admovetur.

PARALYSIS fit cum nervi vel refrigerantur vel humectantur à pituita, bile; omnis enim bilis acris non eſt, ut patet in Ictericis, vel eorum vires ſopiuntur, vel comprimuntur pondere, humore melanch. vel eorum continuitas ſolvitur.

Progn. Si membrum paralyticum extenuetur, vel non vel vix curabilis eſt. Sed ſi à frig. & hum. fieret, non tam pertinax eſſet malum nec vehementiſſ. med. eluderet & leucophlegmatici eſſent paralytici. Neque à ſiccitate, ſic enim hectici eſſent paralytici. Si ceſſet ſenſus integro motu, tum nervus qui

in

in membranam partis infigitur eſt affectus, ſalvo tamen illo qui in carnem.

DIFF. Pareſis à colica differt à paralyſi, quod in hac caput & ſp. medulla, in illa ſoli artus afficiantur, quod curatio indicat. Medicam. enim parti affectæ & inteſtinis imponuntur. 2. In illa ſæpe eſt dolor gravis & in convulſionem ſæpe abit. 3. illa brevi tempore curatur in principio; eadem eſt ratio paralyſeos ſcorbuticæ, niſi quod in decumbentibus aliquis motus maneat & ſubito recedat redeatque. Cauſa pareſeos ſæpe eſt biliosa & cruda, non influit à capite, quia id raro afficitur in colica, nec ceſſaret colica. Sed ea ipſa materia per venas ex inteſtinis in artus defertur, prout è ſuppreſſa dyſenteria pleuritis.

Sed ait *Eraſtus*, cur non potius natura clyſteribus irritata per alvum materiam ejiceret. Reſp. liberum non dari aditum. *Spigelius* per arterias fieri vult per eaſque vim purgativam clyſterum ad cor deferri.

CURATIO. Si à pituita, illa vacuanda per generalia, tollenda per Topica. Eadem cura narcoſi debetur. reſolv. Topica.

Si ab humore acri ut à colica, in ſcorbuto, in illa non tam ſiccandum nec cerebrum reſpiciendum. Generalia & Topica omnia locum habent. *Monav. ep.* 241. ſeq. præſtans ait in pareſi. ℞ pingued. Taxi, vulp. gallin. anat. anſer. cicon. ana ℥ j. ſuc. ſalv. abſint.

inſpiſſ. ana ℥ ß. ol. laurini ℥ j. ungue poſt balneum. Specifica ſunt Calend. Lavend. grana & raſur. lign. junip. ulmaria, primula veris. Vinum infuſ. fl. calendulæ & lavend. per menſem unum ad cochlear unum vel alterum inſolari debet in feneſtra aperta. Si fiat per modum criſeos, fluxus inhibendus non eſt.

In paralyſi linguæ poſt generalia V. ſub lingua incidit *For.* Cucurb. non ſcarif. ſub mento applicandæ. Vomitus non convenit, Gargariſmi ſint prius attenuantes, poſt adde phlegmagoga. Cauteria in cervice. Solus ſuccus ſalviæ linguæ affrictus ſoluit obmuteſcentiam.

In paralyſi œſophagi liquida difficulter, craſſa facile deglutiuntur.

In paralyſi veſicæ adde Tereb. torr. troch. alkek. ſ. opio; fotus adſtringens, imo potus è rad. cyper. galang. ana ʒ ij. Xyloaloe, cal. arom. nuc. cupreſſ. Balauſt. cort. gran. myrt. cupular. gland. rad. ſigill. Mariæ, conſol. maj. ana ʒ j. gallar. thur. ſem. agn. caſt. rut. ana ℈ j. &c. Si omnia fruſtra ſeq. expertum exhibe. ℞. gland. ℥ j ß. galang. ℥ ß. coq. in ℔ ij. vini rubri & aq. fabr. thur. ʒ ij. coq. & cola, bibe. Topica.

Si penis; curatur fotu è lixivio cineris priapi cervi, tauri, fove vertebras, præſcribe quæ ſterilitatem tollant. Si anus, clyſteres ſint ſiccantes & adſtring. cucurb. natibus applica.

fiant

fiant ſuffitus è cort. pini ℥ j. cort. thur. ℥ ß. pic. colophon. thur. maſtich. ana ʒ iij. caſtor ʒ j. raſur. CC. ʒ ß.

Si à lapſu, parti applicentur adſtring. refrig. metu inflamm. & cal. reſolventia.

Si ſit cum atrophia, Topica medio modo ſe habeant & interna.

PARONYCHIA tumor eſt in extremis digitis cum inflammatione, dolore, febre, jactatione, ab humore venenato. Incurabilis cenſetur. *Paræus* ſæpe inciſionem fecit in digiti parte interna ad os uſque ſecundum primæ articulationis longitudinem. Efficax eſt, modo ante maturationem fiat. Sanguis multus effluat. Mox immergendus digitus in forti & calente aceto, in quo ſoluta theriaca virus evocet. dolor ſedetur. *Fab. obſ.* 97. *c.* 1. in principio ſæpiſſime ſuperficiem ſolam cutis paulatim diſſecuit, ubi apparuere maculæ, quibus inciſis effluxit ichor, impoſita aq. vitæ cum theriaca omnes curati fuere. *Senn.* ex aduſto ſanguin. fieri ait & præmiſſis generalibus intercipiens brachio applicat, parti apponit anodynum, poſtea ſuppurans, tandem detergens. &c.

PARTVS. In partu difficili quibuſdam oſſa pubis diſtenduntur. Paræus oſſa innominata à ſacro divelli vult. Diſtendi & illa poſſunt cum perinæo & oſſe coccygis. Vnde parituræ perinæo inniti non debent. Et Topica tam perinæo quam oſſi Coccygis & pubis applicari.

Sign. Dolor graviſſimus, qui ſi ſubito ceſſet, non edito fœtu, ſuccumbit expultrix.

CAUSA. Partus difficilis, eſt vel matris vitium, cum debilis eſt expultrix; vel fœtus, cum grandior eſt & non benè ſitus; vel viæ, cum ſc. membranæ nimis ſunt firmæ, cervix anguſta ab aere vel frigidiore vel calidiore, in primiparis à fœcum copia, ſiccitate. Si fœtus ſit mortuus, medici impoſita manus, nec mater, motum ſentit, aq. effluunt. Si ſecundina ante fœtum excludatur. Si dolor ſit major, anhelitus fœteat. perinæum ſit frigidum. Si uteri os ſit molle & calidum, fœtus eſt.

CURATIO. Omni ingenio molliendi ſunt loci. Fœta in lecto collocetur, ut in lithotomia; vel in ſella, vel ſpondæ innitatur. Spiritum contineat, non clamet. Sternutatio moveatur, clyſteres, glandes acres, indantur. Naribus adhibe fœtida. Sumat cereviſiam cum butyro & ol. amygd. d. ℥ j. alvus ſit vacua, parce cibetur, ol. ſuccini illinatur. Ejus gutta cum aq. verbenæ datur. Item ſumat omnium primo aq. Cinamomi. vel ℞. diptamn. alb. ſucc. ana ʒ j ß. dimidium detur cum vino calido. ol. cinam. ol. lign. corylini, pulv. ſecundinæ toſtæ. grana junip. 5. vel 6. cum ficubus quinquies ſumta partum mire accelerant: diptamn. caſſ. lign. myrrh. Multæ pepeſere ſumtâ ʒ ß. vel ʒ j. pil. de aſa

fœt.

fœt. pulv. Dominarum. Fœmori alligetur ætites lapis qui etiam uterum ad ſe trahit, unde non diu uſurpetur. Item corall. rad. polygoni, coriandrum viride plantis pedum vel coxis alligatum. Hæc non adhibeantur niſi cum Luna noni menſis præterierit. Qui latos habent humeros, grandes fœtus generant. Cum fœtu ſecundina vel paulo poſt educatur blande, ne ſequatur uterus. Si plures ſint fœtus, totidem erunt ſecundinæ. Si reſtitet, medicamento, imò manu extrahatur. Ligato umbilico uterus faſcia cingatur. Secundina explicata utero imponatur. Mirabile eſt ſecretum ad ſecundinam deturbandam, ad menſes ſuppreſſos, uteri ſuffocationem, fœtum mortuum, molam. Fol. leviſtici viridia contunde, & ſuc. expreſſum cum vino vel aq. artemiſ. ad cyathum unum propina: hyeme ſem. leviſt. coctum cum aq. artemiſ. exhibè. Item ℈ j. troch. de myrrh. cum ℥ ij. vini. Si fruſtra, vel manu extrahitur (vide *Par.*) vel per ſectionem, ol. lign. Heracl. Amara necant fœtum.

Si lochia parcius vacuentur, per frictiones, &c. in inferioribus ad uterum deducentur, V. in talo ſecanda. Topica, clyſteres ſint mollientes. Si dies aliquot à partu præterierint, purg. è rhab. agar. prodeſt. dentur ſanguinem attenuantia & 5. rad. ap. &c. ſi nimis fluat, curatur ut diarrhæa.

Dolores à partu vel in ventre ſunt, vel in

utero, qui ſimiles ſunt teneſmo, cùm expellendi impetus prorogatur. Fiunt vel ab aere frigido vel grumis ſangu. vel ſanguine acriore. *Senn.* Curat ſublata cauſa, purgantia non præſcribit ſed calida interna & Topica. *For.* arcani inſtar habet cereviſ. decoctam fl. chamæm. vel abſque purg. pulv. dominarum vel infuſ. Schænant. cinam. &c. Si interfemineum rumpatur, curatum quovis partu novacula aperiendum.

Febres ephemeræ plurium dierum Lactis febres dictæ, ſpontè ferè tolluntur. Si ſint revera putridæ continuæ, à lochiorum ſuppreſſione vel humorum vitioſo apparatu fiunt.

PARVLIS. Tumor.

PAVOR infantium in ſomno. Infantium pauor in ſomno.

PECTORIS hydrops. Hydrops pectoris.

PECTORIS vulnus. Vulnus thoracis.

PEDICVLI. Vermes.

PENIS paralyſis. Paralyſis penis.

PERIPNEVMONIA. Inflammatio pulmonis.

PERNIONES Sunt inflammatio pedum à frigore hyberno. Præſervatio fit ſi ſocci ſp. vini madidi induantur & benè muniantur. Curantur ut poma & ova congelata ſi in aq. frigidam immittantur vel nive fricentur. Sic extracto frigore quod è dolore pun-

pungente ſedato ſcitur, pars fovenda lact. decoctionis roriſmarini, &c pedes & manus immergantur aq. in qua rapæ, imprimis congelatæ, coctæ fuerunt; vel ol. de cera vel laur. pars ungatur, item mell. Terebint. ſi exulcerati ſint ol. roſ. in rad. rapæ vel raphani excavata coctum illinatur, vel cinis cancrorum cum mell. & ol. roſ. Cum emortua eſt pars, curatur ut gangræna.

PESTIS Cauſa eſt τὸ θεῖον Hipp. quod Eraſtus ep. 275. occultam qualitatem aeris eſſe aſſerit. idem ep. 269. putredinem cauſam eſſe ſtatuit non fientem ſed factam, quæ non alteratione corrigi, ſed vacuatione tolli debeat. *Sign.* Plurimos corripit, contagioſa eſt, ſubito vires proſternit, pulſus mortalis, febris, exanthemata. *Pr.* Mente conſtare, appetitus ſalvus bonum, ſi vomitus abſit, reliqua fallunt.

Diff. Si ab aeris vitio fiat, valde contagioſa eſt, cito interimit, paucis bubones, puſtulæ erumpunt, urina ſanis eſt ſimilis, præceſſerunt ſigna aeris affecti, ut jumenta interiere, bruta, piſces, ſpelæa, aquas ſemiviva reliquerunt, &c Si à corruptione humorum, is cognoſcitur per ſua ſigna, maculæ, bubones, puſtulæ adſunt. Vrina mala. Febris vehementer affligit, etiam tertiana, quartana intermittens teſte *Paræo lib.* XXI. Scabioſi minus tentantur peſte. Bubonem febrem præcedere bonum, ſequi malum. Luna decreſcens

exitialis. Exitus enim menſium debiliores. *Ariſt. l.7. de H. Anim. c.2.*

Præſ. Cubicula depuranda omni ingenio. Cujus ſignum eſt ſi ova concuſſa in loco infecto intra 24. horas non corrumpantur & fœteant, vel panis calidus è furno. Sic ſi ova concuſſa inter infectum & ſanum ponantur, ova, non vero ſanus inficientur. Sic morientibus panem calidum ori applicant, ne cubiculum inficiatur. 2. Corpus depuretur purgantibus modicis iiſque alexipharmacis ut agaric. &c. diæta conveniente. 3. præſervandum alexipharmacis ſumtis, ut pil. Ruffi ℨ ß. in ſenibus tamen, gravidis, hæmorrhoid. cautè. Elixir vitæ *Paracelſi*. *For.* ſeq. laudat etiam in infantibus omni die ad nuc. magn. ℞. nucum, ficuum, rutæ, ana, unumquodque contunde ſeorſim in vaſis ligneis, miſce cum ſir. acetoſi. citri. feliciſſimum eſt. Idem ille ſeq. ſumſit ad magn. nucis parvæ, ℞. Confect. de nucibus ℥ j ß. Theriac. antiquæ, Mithrid. ana ℨ ij. bol. arm. ver. Terr. ſigill. ana ℨ j ß. cum ſir. de limon. vel hieme de cortice citri. miſc. dabat hyeme cum vino, vere cum aq. card. ben. ſcabioſ. æſtate in aq. acetoſ. aliquando addebat ℨ ß conſ. liberantis. Faciem abluit omni mane aq. & aceto roſ. nodul. odorat. Litus narium ut ol. ſcorpion. ſi carp. temporibus, cordi, naribus illinatur. Trochiſci ſub lingua tenendi. Sacculus pro veſtibus. Epithemata. *Fab. obſ. 34. c. 1.* Monavius

navius ep. 248. approbat pulv. arſen. buffon. Crato contra ep. 167. In peſte Lauſaunenſi nemo obiit qui fonticulum habuit. *Fab.* duos habuit, *c.* 4. *obſ.* 23. ungu. alis & inguin. inungendum. Sacculi in ſcriniis veſtium aſſervandi.

Curatio. V. S. non convenit ſi peſtis è contagio vel aeris vitio orta ſit, ſi 12. horæ præterierint, ſi petechiæ, fluxus, bubones adſint: alias ante 8 horam præmiſſo clyſtere leniente adminiſtretur. Præſente bubone vel carbunculo, ſangu. è directo, id eſt eodem latere, mittatur, applicata buboni cucurbitula, ne venenum intro trahatur. *For.* cephalicam in brachio ſecat ſi carbunculus ſub alis ſit, baſilicam ejuſdem lateris ſi in inguine, femore, coxis, crure, in malleolo. Scarif. cucurb. ſemper tamen ante horam 8 adhibuit. Poſt horas duas alexiterium dedit. Si evomeretur denuo exhibuit. Purgavit non ante 3. ſæpius die 4. lenientibus ut rhab. agar. epith. &c. Caſſia non convenit ob humiditatem, nec aq. roſ. ob adſtrictionem. Frigidæ potus in peſte & febb. malignis lethalis. Strenuè edant, etiam citra appetitum. Primo die ſomnum non concedit. Secundo & tertio ultro provocat ung. populeo. *Sen.* Semel ſudorem movet, poſtea V. S. ſi opus, omnia ante horam 8. Sal artemiſ. commenda. *Par.* Si petechiæ erumpant *Paraeus* hydrargyro ægros inungit ac ſi lue venerea laborarent.

PETECHIÆ. Febris petechialis.

PHLEGMONE. Inflammatio.

PHLYCTÆNÆ. Puſtula.

PHRENITIS. Inflammatio cerebri.

PHTHISIS vel ſequitur pleuritidim, vel ſit à diſtillatione acri, vel ruptura venæ. *vide aph.* 16. *ſ.*7. à tertia cauſa ſæpiſſime fieri vult *Rondeletius*, ob medici inſcitiam, cum neglectis revellentibus hæmoptyſin adſtringentibus curat. Conjunctam habet febrem lentam putridam, vel hecticam ab ulcere pulmonis quæ ad annos 20 ſæpe durat.

Sign. incipientis ſunt tuſſis diuturna, jam cruentum quid, jam purulentum ejicitur. Corpus tenuatur, febris adeſt lenta, difficilis reſpiratio, pus per tuſſim exiens, capilli defluunt, &c. quomodo pus à pituita diſtingatur *Vide aph.* 81. *ſ.* 4. 11. *ſ.* 5.

CVRATIO. Cauſa eſt vacuanda per rhabarb. &c. & lenientia non fortia, clyſteres: revellenda, intercipienda. Morbus ſeu ulcus detergentia requirit & mundificantia ſeu expectorantia (nam nullo modo ſputum eſt conſtringendum) poſt glutinandum. *Fracaſt.* Iohoh de Terebint. cum myrr. & bolo ad miraculum commendat. Laur. ſucc. hed. terr. ℔ ß ſacch. ℥ iv. f. ſir. capiat freq. è cochleari. aq. hed. terr cum ſaccharo roſ. uſu. conſ. roſ. antiq. ſpec. Haly contra phthiſin. Eraſt. ep. 272. omnes ulcere pulmonum, licet obſcuro, laborantes uſu aq. vitriolatarum inte-

xiiſſe

riiſſe ſcribit. Conſerv. roſ. magna doſi ſæpe detur. potiones vuln. ut decoctum guajaci, Chinæ, valdè commendantur, niſi adſit hectica. Suffitus utiles ſunt naribus attracti, (Vide Tuſſim) ut Tabaci fumus. Topica. ſæpius ſumat ℥ ß. Conſerv. roſ. vel particul. rad. conſol. maj. condit. *For.* alternatim expectorantia & glutinantia exhibet, & in ſolidatione tandem manet.

PHYGETHLON. Bubo.

PHYMA. Bubo.

PILI defluunt vel è toto capite æqualiter, vel ex una vel altera parte, & vocatur area, ophiaſis, alopecia. Illa fit ab alimenti defectu, acrimonia, pororum ſiccitate, ut in iis qui è Germania Italiam inviſunt, vel laxitate. Hæc ab acri humore fit, ac ab hac cuticula emoritur; ſi purgatur, ſanguis exit ſeroſus, non rubeſcit licet fricetur. Pili fiunt à facultate piliſica & ſunt veræ partes ſec. *Senn.*

CURATIO præmiſſis generalibus & lixivio è Capill. ven. litum è cinere apum & ol. myrtin. applicavit *Foreſtus* ad aream; alium ſola frictione cum pulv. apum, alium empl. è muſcis tritis & tereb. cum vitell. ovor. alium liq. limacum ſale aſperſo, loco prius panno aſpero fricato, curavit. ol. nucum, decoct. abrot. artem. ol. junip. axung. cuniculi, ſtercus capræ, cinis cort. avellan. Cinis murium cum melle. Pinguedo è ranis virid. coctis

præmiſſo lixivio è cinere ranarum, ubique etiam in leproſis pilos producit. Cin. nigellæ cum aq. Aurifabrum calvum à *Mercurio* curavit. *For.* lact. capril. & nervoſis. urina calida. pinguedo lucij piſcis, ſpuma carnis macræ. *Monav. ep.* 281. ladanum imprimis.

PILI nigri fiunt à decoctis rerum adſtringentium. pituitam purgantibus internis. Topicis. Cort. viridis nucum. Nux cupreſſ. gallæ coctæ, ol. nucis, cadmia. lixivium in in quo colocynthis ſit cocta. myrobal. tam intra quam extra applic. caryophyll. ſtipites fabarum.

Flavi fiunt ſi laventur lixivio è cineribus caulium vetuſtorum, palea hordei adjecta. Quædam lixivio illi addunt gramen triticeum, glycyrrhiz. ramenta buxi; vel pone in lixivio crocum; decoctum fl. geniſtæ, verbaſc. lutei, cort. citri, aq. & ol. mellis.

Criſpi fiunt ſi laventur in decocto rad. ebuli, vel cornu c. cum ol. olivarum inungantur.

Fines capillorum finduntur ab aduſto humore. Curatur diæta infrigidante, vacuatione bilis atræ, fotu molliente.

Vermiculi qui pilos decurtant, à paucis deſcripti, vix oculis videri poſſunt. extremitates erodunt. necantur aceto infuſ. ſem. urtic. item ſcabioſ. abrot. centaur. &c.

PLEVRITIS. Inflammatio pleuræ.

PLICA à plicando dicta *Die Mahrflechten*, homines, equos infeſtat, orta in Polonia. hæreditaria eſt, ab aq. & aëre orta. Si plica abſcindatur, virus intro relabitur & graviſſ. affectus facit. V. S. purgatio locum non habent.

PNEVMATOCELE. Hernia ventoſa.

PODAGRA. Arthritis.

PORRIGO. Furfures.

PROCIDENTIA ani fit à nimio conatu partus, ab acrimonia ut in dyſenteria, ſphincterum imbecillitate, ab intemp. humida, frigida, ſectione in lithotomia, à caſu.

Curatur pro ratione cauſæ. In ſenibus vix curatur. Reponitur vel manu ægri vel chirurgi; ſi tumor adſit, diſcutiatur reſolventibus, contineatur ſublatione cauſæ, & adſtringentibus ſub forma etiam ſuffitus, inſeſſus. *Ætius* ſola muria ſæpe anum fovit. *Paræus* ſpongiam decocto adſtringente imbutam ano applicat. Stans alvum exoneret; ſic enim non excidet. Hipp. ex pedibus pendentem ægrum concutere jubet. ſic enim remigraturum inteſtinum. Spuma limac. rubr. inungatur.

VTERI fit ab eadem cauſa. Curatur, ſi præmiſſo clyſtere è malv. & ol. & veſica depleta, reſtituatur vel manu ægræ vel obſtetricis vel chirurgi. ſitus ſit ut in lithotomia.

Si intumuerit, fovendus eſt, ut facilius fiat. Chirurgus cauterium actuale magnum manu teneat, ac fingat q. eo uterum inurere velit: ſic enim à terrore ſponte reducitur. Retinetur ſublatione cauſæ. Item cucurb. cum multa flamma umbilico adhibitis, ſuaveolentibus naribus, ovo putrido locis applicatis. fol. lappæ capiti impone. Vomitus utilis eſt. Topica ſint peſſi adſtring. ſarcotica intus & extra danda. ſuffitus è pelle anguillæ ſale conditæ. fotus. Interna ſiccent, ut rad. chin. guaj. notandum tempore menſtruorum adſtringentia locum non habere; peſſos vide ap. *Senn.* Si computruerit, amputandum id eſt, reliquum cauterio inurendum.

Gurgul. quidam ovum coctum durum recens diſſecant. & Z. z. aſperium cal. vertici apponunt. alij fol. querc. cum melle. alij nuc. jugland. cum ſp. vini contuſ. alij fermentum. alij matric. alij ſal toſtum. vide inflamm.

Cartil. Xiphoidis, quæ deprimitur, non rumpitur, ab ictu, tuſſi & humoribus, ſicque ventriculum premit. Signa. Cibus cum aliquo dolore, nauſea, deglutitur. à cibo pondus ſentiunt: appetitus imminuitur. Spirandi difficultas à labore, cachexia; atrophia, icterus. Curatur faſciis. æger attollat rem gravem manibus, cucurb. retinetur & adſtring. *Daſz Wehe thun* hinc fieri poteſt. vide Luxat. *Senn.*

PRV-

PRVRITVS palpebrarum curatur generalibus refrig. humectantibus. Topicis primo mollientibus, ut aq. tepida, poſtea acrioribus ut aq. mellis ℥ iij. ſacc. ʒ j. aloes ʒ j ß m. vel ℞ ægypt. ʒ j. diſſolv. in aq. plantag. linteoque molli eo imbuto contingе palpebras vitato oculo. vel ℞ vini alb. ℔ ß ſal. com. ʒ j. ſtent in pelvi tonſor. per dies 6 vel urina ægri ſtet per noctem in pelvi vel acetum acerrimum. *For*. ung. roſ. cum pauxillo tutiæ præpar.

A faſciatione diuturna tollitur, ſi tertio quoque die faſcia ſolvatur & pars tepida vel hydreleo foveatur, vel decoct. chamæm. meliſ. in vino vel muria; ampullæ aperiendæ inungantur ung. alb. Rhaſ. deſicc. rubr. &c.

Penis, uteri, tollitur lithargyri auri per diem ac noctem in aceto acerrimo macerati ʒ j. ol. violac. modò ℥ j. modò. ℥ ß. f. ung. ſuccus ebuli extractus & ſiccatus cum ol. roſ. in mort. pl. ad ſpiſſitudinem ductus.

PRIAPISMVS eſt colis tenſio ſine libidine & non ſedatur venere. Eſt quaſi convulſio cum dolore. Satyriaſis eſt cum libidine, Sedatur venere. Curatur ut furor uterinus, mentha. Imprimis rad. nymphææ. Inedia. Vomitu, frict. part. ſuperiorum.

PSYDRACIA. Puſtula.

PTERYGION. Oculi vitia.

PTYALISMVS Sputum illud eſt

quod in prima coctione generatur & in tertia in cerebro, quodque in tonſillas deponitur, coquitur, per os vacuatur. Nunc acre eſt nunc album, &c.

Cavsa eſt pituita à cerebro vel ventriculo, imprimis mane, defluens: non ſemper fit à frigore, ſed ſæpe in morbis à calore exurente. fit quoque, præſertim quæ eſt à cibo, ab aff. hypochondr. & ſcorbuto. ſæpe à morbis præſervat.

Curatur, ſi tollatur cauſa ut catarrhus, ſiccantibus, vacuantibus.

PVDENDORVM pruritus. Pruritus, uteri.

PVLMONIS hydrops. Hydrops pectoris.

PVLMONIS inflammatio. Inflammatio pulmonis.

PVLMONIS vulnus. Vulnus pulmonis.

PVPILLÆ dilatatio. Oculi vitia.

PVSTVLA. Furunculus à phlegmone differt parvitate & ſang. craſſitie, ſuppuratur per ſe, dolet, acutum eſt tuberculum. Curatur ſuppurantibus, poſt ſarcoticis.

Sudamina ſeu papulæ ſudorum in collo, pectore, brachiis, &c. oriuntur à ſudore bilioſo cutem exaſperante, de quibus aphoriſm. 21. ſ. 3.

Epinyctis. puſtula noctu orta noctu excrucians

crucians varij coloris. fabam magnitudine non excedit, exulcerat. Curatur pro ratione cauſæ.

Eſſere, tubercula ſunt parva, duriuſcula cum inſigni pruritu ſubito univerſum corpus occupantia inſtar morſus apum. Sponte iterum evaneſcunt. fiunt à ſeroſis humoribus. prænunciant tertianam, quare curanda ſunt ut tertiana.

Pſydracia puſtulæ ſunt rubræ frontis & capitis. Curantur ſiccantibus ut creta alba cum ſuc. ſempervivi & aceto vel litharg. & ceruſſ. cum oleo.

Phlyctæna, ignis ſilveſtris dictæ, veſiculæ ſunt ab humore ſubflavo, acri. durant ad diem 4. præter generalia Topica ſint refrig. hum. acu aperiuntur, ulcera ſiccantur.

Puſtulæ corneæ curantur ut ophthalmia.

RABIDI canis morſus. Venenum.

RAMEX. Hernia.

RECIDIVÆ omnes periculoſiſſimæ, quia vires adoriuntur à priore morbo proſtratas, quia convaleſcentes copioſum alimentum requirunt, recidiva victum tenuem. Cautiſſ. hic agendum eſt & potius cibis medicamentoſis quam medicamentis pugnandum.

REGIVS morbus. Icterus.

RENVM calculus. Calculus renum.

RENVM inflammatio. Inflammatio renum.

RENVM ulcus. Vlcus renum.

RENVNCIATIO. Vulnus magnum dicitur. 1. ob ſolutæ unitatis magnitudin. 2. ob principatum partis. 3. ob corporis læſi cacoethiam. ad diem nonum uſque ſuſpendet chirurgus ſuum iudicium, ne fallatur.

Si cadaver domi vel in agro jaceat, & quæſtio ſit, an fulmine an alia injuria interierit. Si à fulmine, corpus ſulphureum odorem ſpirat; ita ut canes, &c. id attingere non dignentur. Sub parte integra vel vulnerata oſſa ſunt contrita, vulnus eſt nigrum : Si in partem ictam cadat; bruta in adverſum latus cadunt; vigilans ſi tactus ſit, oculos habet clauſos, dormiens contra. Non corrumpitur.

Suffocatum infantem ſcire licet, ſi antea perbelle habuerit : ſi os nareſque ſpuma madeant : ſi diſſecti pulmones ſpumoſi ſint.

Si quæratur, an qui confoſſus eſt vulnera acceperit vivus an mortuus : ſi vivus, labra vulneris ſunt rubra, cruenta, tumida; in ambitu livida.

Qui ſubmerſus jacet, ſi vivus ſit præcipitatus in aquas, tota alvus aqua intumeſcit, è naribus mucoſa, ore ſpumoſa defluunt, extremi digiti excoriati cenſentur.

RHAGADES. Fiſſuræ papillarum.

RHEVMA. Catarrhus.

RHYAS. Oculi vitia.

RIGOR. Horror.

SAHAFATI In Infante non debet curari, vindicat enim ab epilepſia: ſi quid tamen ſit agendum, nutrix placide purgetur, caput lavetur decocto malvæ borrag. hord. hoc facto caules tepidos butyro inunctos appone, vel hederæ, atripl. folia itidem uncta. vel rad. althææ in urina pueri decocta: conceduntur Topica è ſuc. fumar. ſcabioſ. enul. lytharg. ol. nuc. axung. porc. Habet *For.* infallib. pro pueris & infantibus. ℞. vitell. ovi ad durit. elixat. n. 16. myrrh. ʒ j. rad. aron ʒ ß. ellebr. nigr. gr. iv. coq. in fer. ſartagine abſque flamma donec ſpumam emittant, tum exprimatur oleum, totieſque coque & exprime donec ſpumam non amplius mittat: abjectis fecibus ol. in vaſe clauſo ſervetur ad uſum.

In adultis curatur digerentibus & imprimis pituitam & mel. vacuantibus. Nonniſi his ſæpius repetitis conveniunt topica primo cruſtas mollientia, poſt ſuc. vel decoct. fumar. lapath. acut. chelidon. fol. heder. ſcabioſ. far. fabar. Galenus ſola charta combuſta aceto diluta parti affectæ illita plurimos curavit, urina, muria. *For.* ſeq. arcanum ponit. ℞. butyr. ſaliti, axung. porc. ana ℥ j. ſulphur. ʒ ß. argent. vivi ſaliva extincti ʒ j. (quidam obiit capiti applicato hydrargyro) vitriol. crud. ℈ j. butyr. axung. ſulphur. ſeorſim in mortario liquentur, ad-

dantur reliqua. Naſturtium frixum vel tritum cum porci axungia. Tandem curatur ut lues venerea dec. Guajaci; ſaliva hom. jejuni. Liquor è viridib. lign. deſtillans dum uruntur. gum. prunorum. materiam expellentia è Card. bened. CC. utilia ſunt. Balſamus Peruvianus vel Terebinthin. aq. vel ſucco Nicotian. cocta.

SANGVINIS effluxus cum contuſione. Contuſio cum ſanguinis effluxu.

SANGVINIS ſputum. Hæmoptyſis.

SARCOCELE. Hernia carnoſa.

SATYRIASIS. Priapiſmus.

SCABIES. Quædam feliciſſime omnem ſcabiem curavit ſucco naſturtij cum pinguedine anſeris.

SCIRRHVS eſt tumor qui è mel. vel pituita naturali exiccata paulatim in parte fit ſine dolore. *Platerus* eum à ſucco alimentario incraſſato ſiccato indurato fieri poſſe ſtatuit.

Diagn. Durus eſt & dolore caret licet prematur. Color lividus, ſi à mel. frigidus.

Progn. Qui omni ſenſu deſtituitur, non curatur. Curantur vel reſolutione vel ſuppuratione. hoc rarius & cum majore periculo. ſequitur eryſip. inflamm. &c.

CVRATIO. Fit per malactica. Nunquam vel ſolum humectandum vel reſolvendum: ſed vel alternatim humectetur & ſiccetur, vel ſimul,

ſimul, ut monent antiqui. ſuffitus aceti cum lap. ignito optime reſolvit. Cauſa anteced. vacuanda.

SCIRRHUS hepatis frequenter ſequitur obſtructiones. Raro agnoſcitur. malus eſt corporis habitus, urina parca abſque febre. reliqua vide de obſtructione hepatis. Curatur ut ſupra ſemper addendo nardum, abſinth. croc. maſtic. Si gibba pars laboret, imprimis Topica conveniunt. ſtercus capræ. decoct. ſars. parill. rad. filic. cichor. mollientia, Chalybeata.

SCIRRHUS lienis tactu cognoſcitur, ſpir. difficultas, color lividus, pondus in latere ſiniſtro. repleto ventriculo anguſtia circa lienem. Si os fœteat, gingivæ exedantur, ulcera in cruribus curationem non admittant, inveteratus eſt.

CURATIO. Præmiſſis lenientibus, alterantibus, vacuantibus V. S. raro convenit, aperientia ex uſu ſunt, quibus acetum & oxymel miſcentur, frigida ſunt cichorac. ſem. 4. frig. &c. imprimis rad. filicis. Linguam cervinam lieni convenire negat *Amatus*; purgandum alternatim. Aperiens ſeq. *Foreſtus* per 15. dies poſt generalia exhibuit. ℞. Rad. filicis ℥ ß. rad. cuſcut. ʒ ij. coq. in ℥ VIII vini alb. pot. ad conſumt. tertiæ partis. Colatura utere pro una. Efficaciſſimum eſt decoctum ligni Tamariſci, ut Guajacum decoqui ſolet, præſertim ſi in aq. chalybeata co-

quatur. Chalybs, aq. calcis vivæ. ammon. cum cicuta. vid. Senn. Tentarunt aliqui aquas ſponte natas, alij ligni potum: illi præſervati ab ulteriore lapſu, non curati: hi in pejus ruerunt, credo ſiccatione nimia. For. ſeq. Topicum in magno pretio habet: ℞. ol. Cappar. ℥ j. ol. lil. amygd. d. chamæm. butyr. rec. ana ℥ ß. ſuc. bryon, cyclam. ana ℥ ß. coq. ad conſumtionem ſuccorum, addendo ammoniac. in aceto ſoluti ʒ ij ß. pingu. gallin. crur. vitul. œſyp. hum. ana ℥ ß. pulv. cort. rad. Tamariſc. Cappar. Ceterach, rad. filic. ana ʒ j. pulv. ſem. agn. caſt. geniſt. ana ℈ j. ceræ parum, f. ung. vel fotus ex aqua exſtinctionis lapidis igniti; ſuffitus. motus ante cibum prodeſt. Si incurabilis ſit, in vita retinentur diæta, & ſi purgentur vere & autumno.

SCORBUTUM quod An. 1486. Germaniam primo invaſit teſte *Spangenb.* eſt cachexia partium naturalium ab humore melanc. peculiariter corrupto. *Subj.* Eſt cavitas illa *Spigelij*, in quam hepar, lien, ventricul. excrementa deponunt. fons eſt in hepate, liene, imo hepar ſæpe, ſæpè & lien ſalvus fuit. ſedes ſunt venæ & arteriæ.

CAUSA proxima eſt humor tartareus à coctione læſa genitus vel per ſe vel per errorem externum. *Ichoroſus*, aliis ſæpe mixtus. Si fiat malignus, cauſa eſt proxima: ſi nondum, antecedens. *Contagioſus* enim eſt generatus

neratur ob coctionem læſam à rebus nat. n. n. p. n. & ſalis volatilis qui cibis ineſt & pneumatoſeωs defectu. Sic *Platerus* cibum & potum ſub forma halitus ſubire & in ſanguinem concreſcere ſtatuit. ſic curatur rebus ſale volatili plenis, ut cochlearia, è quibus ſi tempore vel coctione Sal volatile exhalet, inutilia fiunt. Vnde ſuccus & conſervæ utiliſſimæ. Sic cibi Scorbutum generantes ſale fixo abundant, curandi per volatile. facit huc acetum. fumo indurata.

Sign. præceſſit victus craſſus, mœſtitia. Quod ſi præceſſerit, in tali homine nullus erit morbus, quin cum Scorbuto ſit conjunctus. Signa initij ſunt laſſitudo ſpontanea, abdom. gravitas, diffic. reſpirat. poſt exercitium crurum debilitas cum dolore, color ſit lividus, homo pingueſcere videtur. poſt accidit gingivarum pruriginoſa rubedo, pulſus parvus, urina nunc clara nunc turbida. poſtea & oris graveolentia, gingivarum ſanguifluus tumor, dentes vacillant, crurum maculæ plumbeæ, purpureæ. Lentigines innumeræ. Rariſſimè deficit appetitus : decumbentes ſe ſanos profitentur : quidam ſtatis diebus cum & ſine febre gravius affliguntur: quidam alvum adſtrictam, alij fluidam habent. Pedes maculoſi, aliquando intumeſcunt, extenuantur. Vlcera in cruribus. Varix ſub lingua. Omnia animalis facultatis ſymptomata. Hydrops, gangræna, ſæpè ſca-

bies, pleuritis notha, hæmorrhag. narium, cruentæ alvi dejectiones, venarum in cruribus apertio. Icterus, aſthma. herpes. ardor, dolor plantarum pedum. oſſium motorum ſtrepitus. Caro ſub palpebris luxurians. In difficili reſpir. ægri cauſam ſub diaphragmate demonſtrant. arenulæ rubræ in urina. Item materia Tartarea, dolor totius. dolores circa articulos ingraveſcentes. dolor ventris ſæpe cum peritonæi ruptura. differt ille dolor à colica, quod hæc ſoluta alvo evaneſcat, venter attollatur. Hi dolores ſæpe ultra 40. diem extenduntur; ventrem excavant, rectum inteſtinum ſurſum revellunt, ut non niſi vi clyſteres injici queant. Materia inter duas tunicas inteſtinorum ſæpe hæret. Lumbago, dolor nephrit. arthritis cum levi paralyſi & dolore vago. Paralyſis ſubito orta, celeriter mobilis, vaga. Tumores ſubitanei, tremor, convulſio, cæcitas ſubitanea. ſuffocatio cum primus cibi bolus aſſumitur à vapore ſtyptico tracheam & œſophagum afficiente. Vomitus. ſputatio. calor, rubor faciei ſubito ortus & ſubito ceſſans. Anima olida omnibus ſcorbuticis. febres erraticæ, in quibus frigus ſæpe ad 6. vel 7. horas extenditur, pulſus præter rationem febris eſt tardus, urinæ variæ, frequentes tertianæ, ſæpe ſine frigore. eryſipelas, ulcera Telephia.

Progn. Pulſus tardiſſimus terrere tam non debet.

debet. lethalis enim non eſt per ſe in ſcorbuto. In principio ſola aeris mutatione curatur. Sæpe pro lue venerea habitum fuit. aphonia ſæpe fit cum convulſionis epilepticæ ſpecie à muſculis laryngis contractis. In febrium initio ſæpe carus ſponte ceſſans oritur. Tumores genuum difficulter curantur. Maculas evaneſcere abſque euphoria malum.

CURATIO. Præmiſſo clyſt. ſi plethora adſit nec quicquam obſtet, etiam in morbi progreſſu V. ſecanda in brachio lato ſcalpello ſecundum ixin. *For.* ſalvatell. manus ſiniſtræ aperit. Sæpius ſecandum in diverſis partibus parcè. Maculæ contra indicant. Materia alteretur, poſt repetitis vicibus, leniter purgandum. fortioribus exaſperatur. multi abſque purgantibus curati fuere. Si cum urina laudabili malum increſcat, ſignum eſt medicamenta debiliora eſſe quam pars eſt. alternatim aperiendum adjectis ſpecificis. Sir. antiſcorbuticus *For.* conficitur è ſucc. cochl. & *beckabung.* cum ſacc. Pulvis Senæ *Senn.* talis eſt. ℞ Fol. Sen. el. ℥ j ß cremor. Tartari ʒ iv Cinam. ʒ iij. Caryophyll. galang. ana ʒ ß diagrid. ʒ j. hujus pulveris ʒ ij. vel ʒ iij. in ſero lactis infund. per noctem, colatura detur. lac dulce decoct. *beckabung.* naſturt. ſem. ſinapi. repetitis vacuationibus alterationibus ſpecifica danda ut cochlearia, Naſturtij omnes ſpecies. *Beckabunga* quæ minus calet & humida eſt, in febb. utilis; ſi cochl. cum

beckab. miſt. optimum. raphanus ruſticanus. Chelidon. minus. Illecebra, quæ tuta non eſt. alij unice commendant. Sinapi. arum. cichor. endiv. acetoſ. ſuc. citri, limon. Sp. ſalis, vitrioli, ſulph. exhibentur commodiſſime cum ſero lactis ob calorem, decoct. abſinth. pulv. *Birkmanni* cum ſale cochlear. naſturt. ſem. eruc. vel ſpir. cochlear. &c. qui æque flammam ac ſp. vini concipiunt; acidulæ. tandem diuret. ſudorif. ut rob. ſambuc. ad ℥ i.j. tandem roborantia.

Morbi ſymptomatici, ut icterus, hydrops, febres, nunquam rectè curantur & ſæpe fruſtra curantur à medicis, niſi ſcorbutum curetur. Gingiv. vitium curatur abſtergentibus ut aquileg. ſp. vitriol. & ſpecificis ſub forma collutionum. It. aq. cochlear. *beckab.* Nicotianæ. maſticatorior. pulv. è ſale ut torref. cinere vit. cl. fol. ſalv. alum.

Maculæ reſolventibus topicis tolluntur. eſus pom. aurant. cum cort. utiliſſimus. lac.

SCORBVTICA arthritis. Arthritis ſcorbutica.

SCOTOMA. Vertigo.

SCROFVLA eſt tumor ſcirrhoſus glandularum, cyſti concluſus. Vniverſas ſæpe glandulas occupat. 70. in meſenterio repertæ fuere. Si in gutture, bronchocele vocatur. differunt à reliquis tumoribus numero: plures enim ſunt & radices profundiores agunt. ſępiſſime in inguine, axillis, ſtabulatur. Tumor eſt durus, tactui non cedens, dolens.

CAVSA eſt pituita vel mel. indurata. *Platerus* à ſuc. aliment. indurato fieri vult, cum in pus non mutentur, nec putreant, & diu durent.

CVRATIO. Cauſa antecedens tollitur generalibus. debilitas viſcerum pituitam generantium corrigatur. Topica ſint reſolv. ſpecifica, ut vipera, ſcrofularia, ſtrumaria, rad. gladioli. Si reſolvi nolit, ſuppurandum. ſi non ſuppuretur, ſeca, ure: lamina plumbea fricatæ ſcrofulæ applicanda: tollitur & ligatura è ſetâ equinâ quæ indies arctius conſtringatur, donec ab alimenti defectu decidat. Galliæ Reges contactu eas curant.

SINGVLTVS. Cauſa eſt vellicatio orif. ſuperioris, quæ fit ab humoribus, vaporibus ex utero, hypochondriis, ſiccitate, inflamm. hepatis. vulnus meningum.

CVRATVR. Veteres ſpiritum continebant. aq. frig. ore continebant, ſternutabant. Si vehemens ſit ſingultus, ſymptoma, neglecta cauſa, curetur narcoticis, ut ſir. viol. papav. vel ſeq. For. ℞. ſem. anet. vel carvi ʒ j. ſem. papav. alb. ℈ ij. manus Chriſti perl. ℥ j. f. nod. infund. in cereviſ. tenui. Cauſa, ſi fiat per conſenſum, tollatur, ſi à frigore calidis, ſi à flatu itidem. Si à nimia vacuatione acribus humidis curatur. Si à copia cibi, vacuetur. Si à veneno, detergens, poſtea ſpecificum propina. Si à vermibus, educantur. Caſtoreum, cuminum ſiniſtro carpo alliga-

tum. *For.* ſpinam dorſi è reg. ventriculi inunxit ol. violac. exhibuit ſir. viol. ad humectandum & ſir. menthæ. ad roborand. adſtringentia ut ſir. de mentha. abſint. non conveniunt niſi vacuata materia.

SIRIASIS infantium. Infantium ſiriaſis.

SITIS in febribus. Febrium ſymptomata.

SOMNVS profundus. Carus.

SPHACELVS. Gangræna.

SPHACELVS oſſium fit vel ab aeris contactu vel ſanie vel med. humidis. Cognoſcitur viſu cum livida evadunt, partim ſpecillo cum ipſi nihil lubricum ſed aſpera multa occurrunt, cumque ſubſtantiam eorum fungoſam facile ſubit. Sæpe tamen oſſa carioſa duriſſima ſunt.

Si caro oſſi inducta mollior eſt & diffluens nullo fere ſenſu prædita. Si è vulnere pus ſolito & juſto copioſius effluat, ſi oræ ulceris ſint inverſæ. Inſpergendus primo eſt pulvis è radice ireos, gentian. ariſtoloch. centaur. cortic. pini. cera uſta, myrrh. ceruſſ. ſi major ſit, ſcalpris erodatur; ſed *Fab. Cent.3.* hoc periculoſum judicat, uſurpandum nonniſi in magna carie. Ipſe potius *obſ.92. Cent.* 2. pulv. euphorbij innoxie ulceribus cum carie oſſium, non munitis ulcerum labiis, in pueris quoque inſperſit magno cum ſucceſſu. Vnde colligit falli Dioſc. vel Euphorbium vere-

veterum nos ignorare. Si fruſtra, Scalpr. terebra deſquamm. eximatur vel penitus tollatur, exceptis articulis iſchij, femoris, capite, vertebris, &c. Si fruſtra, potio vulneraria adhibeatur. Corrupti oſſis ſeceſſum expectare, non vi procurare decet: Seu ſquammis labentibus motum, non lapſum, accelera.

SPLENIS inflammatio. Inflammatio lienis.

SPLENIS intemperies calida. Intemperies calida lienis.

SPLENIS ſcirrhus. Scirrhus lienis.

SPVTVM cruentum. Hæmoptyſis.

STERILITAS. *For.* ſeq. præſcripſit. ℞. Croci, piper. long. cardam. pyrethri ana ℥ ß caud. ſcinc. cum renib. ℈ ij. galang. ℈ jv. ſem. rapor. paſtinac. eruc. urtic. ling. avis ana ʒ j. porrorum, ZZib. alb. cinam. elect. ana ʒ ij. elect. diaſatyr. deſcript. Meſuæ ʒ jv. cum ſir. conſerv. ZZib. condit. f. Elect. ſervetur in vaſe vitreo, capiat hora una ante cœnam ad magnitudinem nucis, ſuperbibat vini cyathum. Sumat ante lecti ingreſſum pulv. ſeq. ʒ j. cum vino. ℞ ZZib. alb. ʒ j. galang. ʒ ij. pulv. priapi tauri ʒ iij. f. pulv.

Rad. colocaſſ. cruda vel cocta manſa. ol. majoran. cum coagul. leporis cum moſchi tantillo, arcanum *Lobelij*. *Schreckvos* ſeq. divinitus revelatum commendat. ℞. vitell. ovor. butyr. rec. priap. taur. cicer. galang.

Satyrior. Zedoar. ZZ beris condit. menth. teſtic. galli & vulpis ana ℥ j. ſem. erucæ, caryophyll. ZZ beris, piper. long. alb. & nigri. ſem. bulb. linguæ avis, Cinam. ana ℥ ß cerebelli columbini & paſſer. bene coctorum & aſſator. ana ℔ ß medull. nuc. Indicæ, pinear. mundat. fiſticor. amygd. d. mundat. ſem. malvæ. mercurial. avellan. excortic. dactyl. ana ℥ ij. coq. in lacte ovium & aq. conterantur fortiter & add. caud. Scincorum ℥ ß. totum conficiatur cum melle roſ. vel ſacchar. q. ſ. coq. lento igne ad f. elect.

Helidæus hoc pro ſecreto habet. ℞. puleg. orig. ana m. iij. decoquantur in vino malvat. additis moſch. gr. iij. Suffumigetur uterque. Item fumus è ſalvia cocta exceptus: idem ambræ gr. unum vel ad ſummum tria mane in ovo ſorbili exhibet. raſur. ebor. & pulv. ſalv. ana. exhib. decoctum rad. eryngij in vino.

STERNUTATIO nimia tollitur lenientibus, præparantibus, vacuantibus, &c. odore frigidorum ut viol. roſar. attrahatur aq. viol. decoct. papav. roſ. aromata omnia fugienda, nares apprehendendæ, ſp. continendus. odor panis, odor opii, rad. mandrag. ſternutatio etiam exitiali morbo ſuperveniens ſalutem indicat, demittantur manus in gelidam, lac inſuffletur. *vid. aphor. 13. ſ. 6.*

STRANGURIA. In hac urina cum dolore guttatim redditur. Dyſuria alias ſumitur

mitur pro ſola urinæ imminutione ſive cum ſive ſine dolore, ut ſupra. alias, cum urina non guttatim, debita quantitate, ſine interruptione effluit, ſed cum dolore.

Cavsa. Humor acris pertinaciter veſicæ ſphincteri adhærens ut in teneſmo. item calculus, inflammatio, ulcus, urina acris vel per ſe cum ſcil. ob cruditatem in hepate contractam vel frigus veſicæ corrumpitur & acris fit, vel ob mixtionem acrium humorum, ſi ob potus tenuitatem, exercitium potus crudus ad renes trahitur, pellitur. *aph.* 44. *ſ.* 6.

Cvratio. Cura variat pro ratione cauſæ. Si urina ſit acris, molliendum, refrigerandum per interna & Topica: emulſ. *For.* ſeipſum & alios, cum omnia eſſent fruſtra, decocto malv. cum ſir. violar. curavit, ſerum lactis capril. injectiones, ſevum candel. inunctum, nux moſchat. Dyſuriæ cauſa eſt vitium meatus urinarij, non ſphincteris, etiam veſicæ.

STRVMA. Scrofula.

SVDAMINA. Puſtula.

SVFFOCATIO uteri. Cauſa eſt vapor malignus è ſem. ſang. m. aliiſque humoribus in teſt. & tuba hærentibus orta. Tuba Fall. & teſtes, cum hi penduli ſint, illa levis & flatu tenſa, ſæpe ſurſum adſcendunt, ac pro utero adſcendente habiti ſunt qui tamen firmiter ligatus eſt. Probat hoc obſerv. Rick

tactu etiam ſæpiſſ. corpus adſcendens exploratur, male pro utero habitum. Tria ſymptomata urgent, ſyncope, ſuffocatio, & convulſio, & jam hæc iam illa, jam leviter jam graviter urgent.

Sign. Præcedit laſſitudo, aſpectus triſtis, facillimè horrore corripiuntur, fœtidis naribus admotis & ſuaveolentibus locis curatur. Differt à ſyncope, quod ſyncope magis eſt præceps, pulſus parvus eſt in ſuff. ut in ſyncope, ſudor adeſt frig. ſæpe conjunguntur, ſyncope non diu durat, ſuff. ad triduum etiam, Ante horas 72 non ſepeliantur. In eo enim tempore omnes humores motum ſuum abſolvunt, pluma ori, patina cum aq. cordi applicetur, vel ſpeculum ori, certiora ſunt ſternutatoria.

Progn. Hyeme potiſſ. affligit. ſternutatio bona. non diſſecentur ante 72 horas. Veſalius hoc didicit ſuo exemplo teſte *Par. l.* 23. 46. Dudit. tamen ep. 30. & 31. ait Veſalium non mœrore confectum, ſed cum iter ſacrum abſolviſſet, in itinere febre ardente interiiſſe.

CVRATIO. Solutis ligaturis omnibus excitetur. Naribus graveolentia applica ut ſuffitus penn. perdic. capill. corii, cornuum, caſtoreum, infra ſuavia. Imprimis fumus è verrucis equorum ſiccatis. Clyſteres uter. peſſi; extra ol. rut. theriac. &c. ung. Naribus, auribus ol. ſuccin. ſalv. &c. inſtill. Galban. diſſolv.

diſſolv. in aceto & in cor. rot. extenſum umbilico applica. nodulus fiat ex aſſ. fœtid. ℈ ij. Caſtor ℈ j. Quædam ſola maſticatione ſem. leviſtic. & deglut. ſunt curatæ. vid. partum. Vinum nocet. Pulv. matricalis talis eſt. ℞. rad. diptamn. ſem. bauciæ ana ʒ j. cinam. elect. caſſ. lign. meliſſ. ana ℈ ij. croc. oriental. ℈ ß caſtor. ping. ℈ j. doſis ʒ ß vel ʒ j. cum cereviſ. vel aq. chamæm. exhib. Theriac. cum aq. artemiſ. rad. angel. Succus allij cum aloe umbilico affricetur. arc. fol. lappæ pedibus ſuppone. Fecula bryon. in pil. redacta ad gr. 10 vel 12. cum pauco caſtor. extractum granor. ſambuc. ſiccatorum factum cum aq. vitæ & ſp. vitriol. per deſtill. ad ℈ j. præſervatio fit per generalia & ſpecif. è meliſſ. puleg. rad. angel. &c.

SVFFVSIO. Oculi vitia.

SVGILLATIO, ἐκχύμωμα. Oculi vitia.

SVPPVRATIO ante maturationem eſt aperienda, alias enim in fiſtulam abit in parte exangui, ut pleura, & ſi materia ſit maligna, acris.

Si à materia frigida, aperienda non eſt ante materiæ univerſæ coctionem. ſigna ſunt ſi dolor, calor, tumor, febris intendantur. Vbi calor, dolor, febris remiſerunt & tumor in mucronem attollitur, pus eſt confectum. Locum habent ſuppurantia, cum humor ſic impactus eſt, ut repelli vel ob partis

principis viciniam nequeat, ſic craſſus ut reſolui non poſſit. Aperitur qua parte in conum aſſurgit ſecundum fibb. rectitudinem, ut pus non confertim effluat. Suppurantia poros occludunt ne calor exhalet & ſic à mollientibus differunt. Aperitur vel ferro vel medicamento. Ferro vel ignito, rarius, vel ſecante ut in annulo. Medic. ſunt vel Cauteria potentialia, vel mitiora ut ferment. cæp. ſub cineribus coctæ, allium, ſtercus columbinum. ſapo niger. ſem. ſinapi. ſal. ficus. diachyl. ſtercus canis, nitrum. tuſſis, vociferat. ſternut. vomitus. ſcabioſ. praſſ. Card. bened. horum aliqua emplaſtris maturantibus adde. ſir. de praſſ. cum aq. ſcabioſ. exhibeatur.

SVRDITAS. Cauſa eſt vel ſpiritus vitium & cerebri, & ſic reliqui ſenſus ſimul patiuntur, vel aures externæ deſint, vel meatus auditorius obſtruitur, vel tympanum vel nervus laborat. Vidit Platerus Abbatem qui à lue venerea cæcus, ſurdus, mutus factus eſt.

Sign. Si ſequatur alios morbos & reliqui ſenſus ſalvi ſint, nervus laborat. ſi tympanum, cauſa fuit interna vel externa. In febb. malum, niſi criſin nunciet.

Cvratio. Sublata cauſa ceſſat. Si à pituita fiat, ea ſiccanda, tollenda. Commendatur aq. origani è ſicca planta cum vino deſtillata. fel perdicum cum æquali parte ol. ſuccini.

cini. aq. fraxini cum ſuo ſale ſpecif. Querc. Crato ep. 59. card. bened. M.iiij. infundit bis. in aq. card. bened. ℔ ij. poſt infuſionem 24. horar. deſtillat; imbutum ea aqua linteum auri immittit. aqua panis. Raro poſt 6. menſem curatur. Vetula auri granum unum vel alterum moſchi cum bombace feliciter impoſuit. alia oleum macerator. murium rec. natorum cum miraculo. ſuccus heder. depurat. cum vino inſtillatus. ſucc. cepar. cum liq. conv. ol. amygd. amar. majoran. è vitell. ovor. è ſem. cannab. ol. Terebint. ceræ. juniper. ol. ſinapi. ol. Guajac. ſuccus Tabaci. Omnia ſint tepida. Nova non immittantur niſi prioribus optimè purgatis; quo facit tuſſis, ſternutatio. medicamentor. una vice gutt. 3. vel 4. infundi ſufficit. æger in aure ſana decumbat. Aures bombac. obthurentur. Unctuoſa ſi poſſibile vitentur.

SUTURA. 1. Opponitur acui Canaliculus feneſtratus qui acumen excipiat, labra vulneris immota teneat, poſt fit nodus. labia tamen penitus non ſunt conſtringenda ut pus exire poſſit. Primum punctura per medium vulneris fiat. In magnis vulneribus multum carnis comprehendatur. 2. Sutura ſicca cum emplaſtro tenaci. 3. quæ labris leporinis competit. 4. Sutura pellionum quæ inteſtinis competit. 5. gaſtroraphia in peritonæi vulneribus.

SYMPTOMATA febrium. Febrium ſymptomata.

SYNCOPE eſt præceps virium lapſus ob ſpirituum vitalium affluxum denegatum, vel quod non generentur ob materiæ defectum aut caloris vigorem, vel abſumantur à calore, malignitate, vacuatione, dolore, vel ſuffocantur ab hum. crudo ut in febri ſyncopali, conſternatione, &c.

Diagn. Præcedit pulſus languidus parvus, facies pallet, extrema frigent, ſudor adeſt; in lipothymia ſudor non eſt & manet pulſus. ab uteri ſuffocatione diſtinguitur pulſu. progn. *aph.* 41. *ſ.* 2.

Curatio. Spiritus conſerventur. facies irroretur aq. cinam. roſ. vino, acet. in fæminis ſemper fœtida objiciantur, epithemat. hepat. cord. applic. ſaccul. inunctiones. meliſſa vino odorato conſperſa in latere calente calefacta. detur panis vino imbutus. Imprimis frictiones digitorum extremorum etiam utiliſſim. & alia revellentia: decubitus. Tormentilla & reliqua cardia. ℞. Pom. Citri n. ij. aq. roſ. affuſa & ſacch. aſperſ. coq. ad elect. conſiſt. Si à ſpirituum abſumtione fiat, frictiones, &c. non conveniunt, ſed quies. ſic. ℞. pulv. ſacch. opt. q. v. humectetur aq. cinam. opt. ut nonnihil fluidum reddatur, cui adde gutt. aliquot ſp. vitriol. ol. cinam. gutt. IV. Caryophyll. g. ij. macis. nuc. moſch. aniſ. ana gutt. iij. detur cum cochleari ad placitum.

TARA-

TARAXIS. Oculi vitia.

TENESMUS. Cauſa proxima eſt res expultricem ſtimulaus. remot. calcul. veſic. medic. acria, vermes, humores ſalſi, dyſenteria, ulcus ſphincteris, diuturnus ſingultus lethalis, dyſenteria.

CURATIO. Humor clyſteribus molliatur deterg. vacuetur pro varietate humoris. Parva quant. injiciantur dolor per Topica minuatur. ſuppoſitoria utilia. ſuffitus item. ſi ab ulcere dyſent. curetur ſuffumigiis.

TESTIUM inflammatio. Inflammatio teſtium.

THORACIS fiſtula. Fiſtula thoracis.

THORACIS hydrops. Hydrops pectoris.

THORACIS vulnus. Vulnus thoracis.

THYMUS. Verruca.

TINEA. Sahafati.

TINNITUS aurium. Cauſa eſt materia in aure hærens facultatem movens. plerumque eſt flatus à variis partibus elevatus.

CURATIO. Variat. Præmiſſis generalibus quidam evaporationem è ſem. cicutæ in aceto coctæ excipere jubent. Suffitus aceti & vapor itidem aceti cum felle bubulo. quidam panem cal. ſp. vini perfuſum auri applicant. ol. reſolv. ſternutatio. ante cœnam & matutino tempore applicentur Topica:

paſtis enim caput repletur.

TORMINA a partu. Partus.

TRACHOMA palpebrarum. Palpebrarum trachoma ſeu ſcabrities interior.

TREPANON in tribus caſibus locum habet. 1. Cum os duram meningem premit. 2. Cum pungit. 3. Si pus colligatur intra Cranium. Nunquam oſſi penitus fracto applicetur ſed ſano; quam proximè tamen ad fracturam.

Locum non habet. 1. In oſſe ita fracto ut magna ex parte diviſum ſit: ſic enim in meningem premeretur. 2. Suturis. Tum enim duæ vel tres potius terebræ exiguæ utrimque ſuturæ applicentur. 3. Frontis illa regione quæ prope ſupercilium eſt ob cavitatem inter duas laminas. 4. Imis Cranij partibus, ne per foramen cerebrum excidat. 5. Puerorum oſſibus fincipitis. 6. Temporibus ſed prope ea terebretur. Hyeme & luna plena periculoſior terebratio, intumeſcit enim cerebrum. Fiat intra dies 3. *Paræus* tamen hyeme & æſtate poſt decimum ea uſus eſt. Cum ad diploen pervenit, ſanguis effunditur, ſed non ſemper; tenuè enim alicubi cranium eſt.

TREMOR. Cauſa eſt facultas motrix p. n. onerata ob ſp. animalium vitium vel nervorum vel fibrarum nervoſarum in muſculo. Si ſp. ob inordinatum motum à cerebro non influit, ut in ira, gaudio, terrore, timore.

timore. Hinc enim ſp. vitalis varie movetur, & ſic deficit generatio ſp. animalium; intemp. frig. hum. nervorum vel malignit. ut tremor ab hydrarg. cinnabar. in aurifabris, quem *For*. ſolo lacte caprill. & nervinis curavit, obſtructio, vinum.

CVRATIO. Si à ſp. defectu, reſumtivis curatur. Si ab hum. cum intemp. curatur generalibus, Topicis. Chymici eſſentiam meliſſæ laudant in aq. baſilic. exhibitam. balneum. abluantur part. tremulæ aq. pentaphyll. vel decocto granor. junip. cum vino & ſponte ſiccentur, vel aq. infuſ. artemis. Lotio ex urina propria. Cereviſia ſalviata. Cibus ſalvia conditus. Carnes Ciconiarum, Columbarum ſilveſtrium. Cerebrum leporis aſſatum. Bacc. juniper. infunde per noctem in aq. deinde maneant infuſæ in aq. vitæ per dies 8. devorentur gr. 10. quotidie. decoctum Guajaci. *Monav. ep*. 240. poſt generalia exhibet extract. calami, manus fovet decoct. vini cum ſalvia & aq. vitæ.

TVMOR. Parulis, inflammatio gingivarum curatur generalibus. Topica fortia nec acria ſint, venenum vitandum. ſi ſuppuretur, aperiatur ſcalpello. &c.

Epulis carnis eſt excreſcentia circa dentes molares ſæpe cum dolore & febre. ſequitur inflammationem. Curatur filo conſtringendo in dies donec decidat, vel ferro.

TVSSIS Cauſa eſt 1. nuda intemp.

& tum præceſſerunt cauſæ procatarcticæ. 2. Humor, qualis autem ille ſit, è ſputo ſcitur. catarrhus. 3. Soluta unitas pulmonis. 4. ab inflammat. hepat. lienis, hydrope. 5. fumus, pulvis, acida & plura externa. lumbrici.

CURATIO. Cauſa tollenda, & tuſſis, ſi à catarrho. curatur ut Catarrhus & expectorantibus. Si à materia tenui cal. acri, poſt generalia refrigerandum, humectandum, incraſſandum. Utile eſt ſeq. ℞ mellis, butyri ana ℥ ß. pulv. cumin. ʒ j. m. detur cochlear. Foreſtus ſæpe aſthmaticis tabidis præſcripſit. ℞. ſuc. Tuſſilag. ℔ ß. mucag. althæ. extract. cum aq. hord. ℥ j. ſacch. q. ſ. f. eclegma. Suffumigia è fol. bechii & per cannam attracta proſunt. 1. præmiſſis generalibus. 2. ſi abſit febris. 3. viribus conſtantibus. 4. jejuno ventriculo. 5. in minima quantitate prius tentetur. 6. ſi ſequatur diff. reſp. curetur humectantibus. Si periculum ſit ne ex tuſſi rumpatur V. vel æger ſuffocetur vel pulmo erodatur, coacti narcoticis utimur præſertim ſi vigiliæ ſint perpetuæ, ut ſir. de pap. ſuc. de cynogloſſ. *For.* ſeq. ſæpe probavit. ℞. ſucc. petroſel. vulgar. ℥ ß. lactis muliebr. ℥ j. pulv. cumin. ℈ j. propina tepide puero & pectus inunge.

VARICES Curantur chirurgia; ſupra enim & infra venæ ligatura injicitur, poſtquam ea denudata eſt à cute, ſecatur

varix

varix & vacuato ſanguine curatur. Verum cum hæc cura difficilis ſit & ſæpe ulcera maligna relinquat, *Hier. Fabric.* ligatam venam non magnis inciſionibus ſed punctionibus exiguis ſecat. Tandem medic. apponit ex bol. arm. ſang. drac. maſt. cum tragac. in vino granat. vel omphacio macerat. in candelæ formam formatum, quam ſecundum longitudinem varici apponit, ſupra med. arundinem excavatam, quæ med. contineat, ſic enim contabeſcit varix. Si ulcus ſit conjunctum, exſcindendus eſt varix.

VARIOLÆ. Morbilli.

VENENUM perpetuo ea via educatur qua corpus ſubivit. V. S. cathartica locum non habent ante tertium diem. Omnia unctuoſa, ut ol. butyr. &c. conducunt: ſic ol. inunctam partem cauteria non exulcerabunt. Prima cura ſit, ſi per os fuerit aſſumtum, ut evacuetur vomitu procurato per pinguia additis alexipharmacis; ſi ad inteſtina deſcenderit, iidem ſcil. clyſteres pingues injiciantur, vel purgantia dentur ex alexipharm. ſcorſon. citr. acetoſ. agaric. aloë: tandem ſpecifica dentur. Extra ad pulſantes arterias illinitur ol. Caravitæ ſæpius probatum, in quo baſis eſt hyperic. & ſcorpiones. abſcondatur in cadavere calente. ſudorif. Lac in cibo. Si extra ſit communicatum, curetur ad inſtar ſeqq. Sic ſi cantharides, ſublimatum vel tale quid ſumtum ſit, inject. po-

tus, decocta, balnea.

Topica & interna omnia ſint refriger. & humectantia.

Si morſus fiat à cane rabido, vulnus ante diem 40 non claudatur, ſed quoties ad cicatricem feſtinat, vitis aut ficulneo cinere apertum ſervetur. Primo omnium arcta ligatura ſupra vulnus injiciatur, ne venenum latius ſerpat: Secundo evocetur: quare ſanguis effluat largius, vulnus ſcarif. & plagis amplificetur, cucurbit. vulneri imponantur; item alia attrahentia, quibus ſemper adde theriac. ſuc. hyperic. &c. ut fimus columb. urina, muria; ſanguis anatis, aq. vit. vinum, acetum, ſal, theriac. antiquiſſima, ſinapi. lavetur cum frictione validiſſima, allium, cæpe, porrum, ruta, ſcord. Volatilia diſſecta calida: ſed nihil æque prodeſt ac cauterium actuale, modo non altius venenum in corpus ſubierit. eſchara ſcarif. profund. tollatur non unctuoſis; quia tranſpirationem impediunt. *Fab. ob.* 87. *Cent.* 1. Excellit omnia remedia theriaca antiq. in aq. vitæ ſoluta. *Par.* quo fortiter lavetur pars & impoſita maneant eo imbuta lintea quibus ſuperpone attrahentia. Oxalis, lapat. acut. tritum impoſitum, ſuccus, decoctum, prodeſt. His utere donec dolor & color varius ceſſet & pus laudabile reddatur. 3. Specifica item refrig. intus danda pro re nata. Inſtar omnium eſt *Galeno* cineris cancror. fluviat. cochl. 2. cum

cochl.

cochl. uno pulv. rad. gentianæ & vino meraco. Cauteria poſt 3. vel 7. diem locum non habent. Vtiliſſimè in loco affecto fonticulus excitatur.

Si ad interiora penetravit, fortiter purgandum per elleborum, etiam antimon. ſec. *Paræum*. Omnes pulſus quibuſvis 6 horis illinantur ol. Caravitæ, quod ol. M. ducis Hetruriæ vocant, vel ol. ſcorpionis Matthioli. Plinius ſupra omnia rad. cynorrhodi laudat. allium comedatur. ſudorifera utiliſſima. Viſcum querc. lign. efficaciſſimum ſumtum & applicatum. Si rabies immineat, ſinapiſmi brachiis femoribus applicentur, antidota dupla doſi dentur etiam invitis. Somnus eſt fugiendus uſque dum veneni vires ſint fractæ, ad ſatietatem edat. Qui ad hydrophobiam pervenerunt, deſperati ſunt, niſi ſeipſos in ſpeculo agnoſcant. Canis rabidus conſpecta aqua horret eam, reliqui canes fugiunt, capti ei blandiuntur; panem ſanie vulneris imbutum ſi canis famelicus edere recuſet & odorari, canis rabidus fuit.

VENEREA lues. Lues venerea.

VENTRICULI ardor. Ardor ventriculi.

VENTRICULI inflammatio. Inflammatio ventriculi.

VENTRICULI inflatio. Inflatio ventriculi.

VENTRICULI intemperies frigida.

Intemperies frigida ventriculi.

VENTRICVLI ulcus. Vlcus ventriculi.

VENTRIS conſtipatio. Alvus ſuppreſſa.

VENTRIS tormina infantium. Infantium ventris tormina.

VERMES infantiúm. Infantium lumbrici.

VERMES. Pediculos necat lotio è rebus amaris. Subucula croco infecta & aliquandiu geſtata. mire lotio ex aq. lavendulæ. cyrones tollit panis hordeac. & chartæ ana combuſtæ, adipe urſ. exceptæ.

Lumbrici vel teretes ſunt vel aſcarides vel lati. hi vel cucurbitini vel minus cucurbitini. Signa teretium ſunt dolor & punctiones graves, latorum dolor obſcurus, reliqua ſigna communia ſunt.

Curantur necantibus primo ut corallina ad ʒ j. in pulv. ſem. tenacet. rad. primul. veris, abſinth. marrub. ſem. citri. angel. amygd. amar. pulvis Lumbricorum ſuſpectus eſt Tabernæmontano, aq. decoct. gram. CC. raſ. ebor. ſucc. limon. plantag. portul. endiv. aceto. Infantibus datur aq. gramin. ℥ j. cum ſir. acet. citri. vel grana aliquot ſalis ori immittuntur. ſp. vitrioli. Elixir propr. Lati validiora requirunt ut nuces jugl. copioſas imprimis rad. filicis, cujus pulv. infanti datur ad ʒ ß, natu majoribus ʒ j. ʒ ij. Theriac. ſuc.

limon.

limon. ſoluta. hiera. Miſceri autem hic dulcia debent, ne averſentur ea lumbrici, & ſimul infra dulcia, ut eo proliciantur, injicienda. Necati educantur præſertim per diaturbit cum rhabarb. in rotul. Sebeſten decocto, ſir. perſicor. aloë, agaric. aſcarides ſuppoſitoriis tolluntur. *For.* ventrem ſeq. inunxit ℞. ol. ovor. lilior. fell. bubul. ſuc. cæp. aſſat. butyr. recen. ana ℥ ij. m. exhibuit ſeq. ℞. aloes ʒ ß. Corall. rubri vel diatragac. frig. gr. X. cum aq. ſcabioſ. f. pil. 3. ne aloe calorem excitet, ſuperſorbeat cochlear ſir. acetoſ. citri. Exhibuit puero trimo plus quam ℈ j. CC. uſti. quæ extra applicantur ut fel. &c. non ventriculo apponantur. *Heurn.* ſeq. pro pueris. ℞. ſir. de cichor. cum rhabarb. à ʒ ij. ad ℥ ß. aq. gram. ℥ j. pro una alternis diebus. *For* curavit puerum per annum miſerè afflictum decoct. abſinth. & centaur. min. alij exhibuit ſucci granat. cochl. unum ol. oliv. coch. dimid. M. arcanum eſt reginæ Galliæ. Idem ſeq. pro una puerperæ deliræ febricitanti dedit. ℞. CC. uſt. ʒ ß. ſem. Zedoar. portul. ana ℈ ß. m. pro pueris CC. uſtum paſſulis enucleatis includatur. Ad aſcarides facit experimentum Aetij, ſuppoſitorium ſc. formatum è carne veteri ſalita, pinguedine deraſa.

VERMICVLI capillos decurtantes. Pili.

VERRVCA, clavus, condyloma, cum

ſc. ruga cutis indureſcit. Thymus ſcil. condyloma cum anguſta baſi & ſuperficie ampla, colore ſubrubro, thymi fl. referens. Ficus, ſycoſis, eſt thymus magnus. Criſta è præpoſtera venere. ſæpè ſunt malignæ.

CAVSA. Putatur eſſe humor pit. mel. *Plater.* cenſet eſſe hum. alimentarium cutis & cuticulæ. Contagioſæ ſæpè ſunt verrucæ.

CVRATIO. Per medic. ut *Fallop.* commendat fol. vel ſucc. ſalicis fol. portulac. tritam ſuo ſucco madentem. Item fol. & fl. calendulæ. ſcrofulariam. rad. ari. cyclam. chelidonij rec. Nigella cum urina, liquor qui è fl. verbaſc. inſolatis ſponte effluit in vitro. Cichor. verruc. ſuccus è dente leonis promanans. fortiora ſunt lac Tithym. exſcinduntur vel vinculo, vel cauterio, vel ferro. *Schreckv.* ℞. ciner. fol. jugl. comb. allium & ſevum M. & luna decreſcente applica. alij ſtercus gallinarum, alij liq. Teſtud. lign. querc. ard. applicant.

VERTEBRARVM luxatio. Luxatio vertebrarum.

VERTIGO eſt cum omnia in gyrum agi videntur. Scotoma eſt cum præterea tenebricoſa ſit viſio. Cur proſpicientes ex alto vertigine corripiantur, cauſa naturalis eſt, quod ex rei metuendæ inſpectione ſp. diffundantur, à terrore vero introtrahantur, unde motus contrarius. læditur primariò ſenſus communis & imaginatio.

CAV-

CAUSA. vertig. eſt circulatio ſpirituum animalium à vapore tenui; Scotoma à craſſo. Hæret cauſa antecedens vel in cerebro & ejus affecti ſunt indicia, vel in hepate, liene, utero, hypochondriis & affectorum ſunt ſigna; vel à cauſa externa.

Progn. Quibus in vertigine viridis aut purpureus color obverſatur, ad epilepſiam; quibus ater, ad apoplexiam; quibus rubens ad maniam magis proni cenſentur.

CURATIO. In paroxyſmo quieſcat & ſi à parte inferiore cauſa adſcendat, revellendum per frictiones. facies vino aſpergenda. glandes, clyſteres indantur. odoramenta naribus objicienda cal. vel frig. nares fricentur ol. ſuccin. &c. temporibus affricetur aq. roriſm. fronti ſerpillum, palatum Theriaca inungitur. V. S. etiam ſed cautè concedit *Senn.* Si apoplexia ſit in metu, ad præſerv. valet ſem. carvi maceratum in vino & poſtea ſiccatum, ſi quotidie cochlear dimidium diu maſticetur ſub horam decubitus, tandemque deglutiatur.

Extra paroxyſmum V. ſecetur, ut cephalica. Curatur ut cephalalgia generalibus, Topicis. Commendatur auricula urſi. Scorſoneræ aq. vel extractum. Bombyx ſiccatus vertici inſpergitur. ℞. ſterc. pavonis maſculi, ſi mas, fœminæ ſi fæm. laboret, ℥ j. infundatur per noctem in vino albo. trajiciatur per linteum. exhibe vertiginoſo à novilunio

ad plenilunium. ſi ab alia parte per conſenſum fiat, humor præparatus vacuandus, vapor intercipiendus, revellendus, diſcutiendus, roborandum.

VESICÆ calculus. Calculus veſicæ.

VESICÆ paralyſis. Paralyſis veſicæ.

VESICÆ ulcus. Vlcus veſicæ.

VIGILIÆ infantium. Infantium vigiliæ.

VLCVS eſt ſolutio continui à re exedente cum partium quarundam ablatione. differunt forma: aliud circulare eſt, &c. ſubjecto, cauſa.

Diagn. Cauſa ſuis ſignis dignoſcitur. Cum ſanies cruda, tenuis, copioſa effluit cum dolore, pruritu, principium eſt. in incremento melius fit pus & parcius, &c. reliqua ſi imminuantur, declinatio eſt.

Progn. Pus album ſeu potius cinereum lęve æquale, bonum. vid. *aph*. 45. 4. *ſ*. 6. *aph*. 65. 67 2. 21. *ſ*. 7.

CVRATIO. Humor vacuandus per generalia. applicanda digeſtiva. tutius tamen etiam in principio detergentia miſcentur digeſtivis inæqualiter ut tereb. ſuc. apij cum vitell. ov. ol. roſ. croc. Pars affecta obſervanda ut in phlegmone. Si nimium detergatur ulcus, fit aridum, caro conſumitur, labia rubent, mordicatio ſentitur. Si ſiccius fiat, color adſit bonus, ex vlcere nec ſanies effluat nec pus, ſarcoticis utendum. quo purius evadit

dit ulcus, eo mitius detergendum. Cicatrix pulv. vel empl. epuloticis inducitur, non vero ſub forma humida.

Si intemperies, e. g. ſicca adſit, neglecto tamdiu ulcere ſiccitas curetur commodiſſimè per fotum hydrelæi tep. & mollientibus. Si intemperies ſit cum materia, quod è tumore, dolore & copia excrementorum ſcitur, materia ante omnia vacuanda, partes roborandæ, humor revellendus, intercipiendus, repellendus. repellunt optimè fonticuli in parte oppoſita excitati. Imo abſque his ſæpe ulcera non curantur, & antiqua ulcera claudi non poſſunt, niſi in oppoſito fiat fonticulus. Ori ulceris imponantur ſarcotica, citra tamen mordicationem, fortiora quam alias. ambitus repellentibus abluatur, vel reſolvente cataplaſmate. ſæpius varianda medicamenta. *Guido* per laminam plumbeam cicatricem inducit.

Si ſordidum ſit, ſordes copioſæ viſcidæ apparent. Si putridum & quidem à medic. debiliori, fœtor adeſt & ulcus albidum apparet. Si exedens, pruritus, dolor adeſt & quotidie augeſcit. Curatur per Generalia & Topica detergentia ut ſp. vini.

Excreſcentia carnea in ulceribus fit vel à ſanguine nimio, vel quod ſarcotica non ſatis exſiccantia ſint adhibita. Si prius, proba eſt caro; ſi poſterius, laxa & ſpongioſa. Si prius, curatur inedia, &c. poſterius magis ſiccanti-

bus ut epuloticis & ſepticis. ſine dolore utilis eſt aqua viridis ſæpe à *Senn*. decantata: ut ℞. aluminis crudi. virid. æris ana ʒ ij. coq. in vini ℥ XVIII. ad quartæ part. conſumt. Colatur. deinde ℞. Camphoræ ʒ j. ſolv. in ſp. vini ℥ j. & prioribus adde.

Si ulcus ſit cum ambitu duro, quæ durities non cedat mollientibus, commodiſſimè caro dura & livida ad carnem vivam uſque exſcinditur; vel ſcarif. fieri poteſt & adhiberi fortia detergentia.

Si ulcus ſit cum tumore, non ſolum cuticulam ſed & carnem exedens, Phagedæna dicitur. fit ab humore acri, non tam tenui ac in herpete, nec tam craſſo ut in cancro. Curatur ut ulcus cum tum. intemp. ulcus illud peſſimè ter vel 4. de die obligatur, niſi fiat ob dolorem ſummum.

Sit ulcus in interiore crure paulo ſupra malleolum, dolore magno excrucians, cavum, putridum, cum oſſis carie conjunctum, circulare, labris calloſis & tumentibus, inflammatione & varicibus cinctum. Id ſi curandum proponatur, præmiſſis generalibus, omnium primò dolorem ſedabis ſublata ejus cauſa per malactica, refriger. narcotica. Sic ſedato dolore cum inflamm. caries eluatur. Interim obiter ulceri figuram angularem induces, calloſam duritiem exſcindes, putredinem corriges, oſſium deſquammationi conſules, purgatum ulcus carne implebis & cicatrice

catrice obduces. *Par. Quercet.* ad miraculum laudat Sacch. Saturni; pot. vulnerariæ.

VLCVS Oculi viſu deprehenditur & ſi in cornea ſubſiſtat, præceſſit puſtula alba, ulcuſculum, cicatrix fit alba; ſi in adnata, rubra. Curatur generalibus, revellentibus, intercipientibus tempori admotis, anodynis, detergentibus, ut ſacch. mel. croc. myrrh. thure; aq. è fragor. tr. parr. & ſacch. una deſtill. cum per octiduum in B. digeſta fuerint, ruta, marrub. aq. euphrag. infuſio Sarcocoll. aloes, &c. in linteo ligat. & expreſſorum. ℞. thur. maſtich. ana ℈ j. myrrh. aloes ſicc. ana ʒ ß. rut. præp. ʒ j. ſarcocoll. nutrit. ʒ ß. pulveriſ. excipiantur ovi alb. & ſucc. cydon. f. Troch. ſolvendi in aq. fœn. Viſum reſtaurantia interna dentur, ut ℞. Conſerv. euphrag. ℥ j ß. betonic. roriſm. ana ℥ j. rad. enul. condit. ʒ ij. fœnic. cond. ℥ ß. extract. ſem. rut. ℈ ß eſſent. extract. vel ſp. rad. valerian. ℈ ß. ſiler. montan. ʒ j. ſal. rut. verben. ana ℈ ß. cum ſir. de beton. vel ſtæchad. f. el. ſumat cubitum iturus. Sal è pulv. euphrag. cibis inſpergatur. per nares quendam vidiſſe ob malè curatum ulcus narrat *Mon. ep.* 75. Vitriol. paucum in multa aq. roſ. ſolutum eſt inſtar omnium detergentium. *For.* præmiſſo lenitivo purgat è fœn. euph. fol. ſen. pil. luc. ad ʒ j. V. S. cucurb. ſcariſ. fotu è malv. m. ij. fl. roſ. rub. ʒ j ß. ſem. cidon. ʒ j ß. hord. mund. p. j. coq. in ℥ x. aq. ſ. adde

aq. malv. roſ. ana ℥ ß fove bis in die. Collyr. ſeq. inſtillavit, ℞. troch. coll. alb. Rhaſ. ſ. opio ℈ ij. aq. roſ. ℥ ij. m. inſtilletur. ſuper inducatur linteum duplex ſup. fotu imbutum. poſtea fotui infuſum fuit ſem. fœnigr. exactiſſ. loti ʒ ij ß cidon. ʒ j. in nodulo. poſt addita eſt collyrio aq. euphrag. ℥ ß. poſtea eidem collyrio parum ſarcocoll. nutrit. in lacte muliebri: mox & aliquid thuris, croci cum muc. ſem. fænigr. Initio in latere oppoſito dormiat æger dum pus erumpit in affecto. *Venatius* ob malè curatum oculi ulcus Padua excedere coactus fuit.

VLCVS carunculæ lacrimalis ſ. ægilops. *Fox.* ob periculum non libenter ſuſcipit ejus curationem. Si exulcerata nondum fuerit, poſt generalia repellentibus opus eſt; poſt adde diſcutient. ut nuc. rancidam. Si ſuppuretur, maturè aperiatur, detergeatur. æs virid. per ſe ſecretum. Si ſit cum carie oſſis, cauterio opus eſt. *Fab.* ſetonibus eas curavit.

VLCVS auris. Signa ſunt dolor, ardor, punctio gravis in aure, ſanies. hæc aliquando à cerebro inflammato excernitur quod facilè ſcitur. aliquando, ut in pueris, à cerebri impuritate abſque apoſtemate in venis cerebri & aurium viis ſanies generatur & dolor non adeſt & pus ſemel exhauſtum, denuo coacervatur.

CVRATIO per generalia. Topica detergentia

gentia ut ſuc. betæ. marrub. ol. amygd. amar. ſuc. cæpar. cum rhodomelit. ſeu mell. roſ. inungitur latus ung. alabaſtr. ſuc. ari, bryon. pus exiens lana eſt amovendum, aq. mulſa, poſt vino, tandem oxymel. ſpecillum lana involvatur. dolor tollitur partic. thuris infuſa in lacte donec diſſolvatur, guttatim immiſſa. Si adſit plethora, necdum ex ulcere fluat ſanies, urgente dolore V. S. convenit. Gal. ad antiqua ulcera utitur ferri ſcoria pulv. cum aceto trita & ſepties ſiccata, tandem cum aceto ad mellis conſiſtentiam cocta, pus pyulco eliciatur ni ſponte erumpat.

VLCVS narium, ſi recens ſit nec fœteat, facilè curatur. Si antiquum & fœtidum valde, ozæna vocatur, quæ ſuſpicionem cancri ſæpè facit, difficillime curatur, cruſtas habet.

CVRATIO præmiſſis generalibus etiam decocto Guajaci & pot. vulneraria, Topica ſint adſtringentia & diſcutientia mixta. Caput quovis modo ſiccandum. Primo omnium cruſta removeatur per vaporem aq. tepidæ, adip. butyr. loto cum aq. roſ. cruſtæ ſternutatione ejiciuntur. poſtea convenit omphac. cum melle, ſuc. marrub. calaminth, ſuc. mali punici in vaſe æneo coctus, myrrh. alum. *Rondel.* Ozænas curavit, quas nec Galli nec Itali curare poterant, candelarum è cera rubra accenſarum fumo naribus loco

auguſto excepto. naſturt. ſuc. cum alum. commendat Celſus. Calaminthæ ſuc. vel pulv. Gal. quidam ſeq. laudant.

℞. roſ. rub. myrtill. cal. arom. angelic. gentian. mac. Caryophyll. ana ʒ ß. camph. ambr. ana gr. iv. moſch. gr. 6. f. pulv. Si fruſtra, Sal ammon. cum aceto.

VLCVS Ventriculi Curatur generalibus ut V. S. lenitivis. Vomitus exitialis. eſculentis lenibus. detergit mel. crudum; cum glutinandum, addatur Tragacant. cum decoct. adſtring. ſine acrimonia. Cibus ſit liquidus. decoct. ficus. dactyl. prun. paſſul. lact. vitell. ov. potus hydromel. potio vulneraria.

VLCVS veſicæ etiam à cantharidibus fit. *Senn.* tamen, licet centies omnibus partibus applicaverit, nunquam id obſervavit. Signa ſunt dolor in pube quoties mingit æger. pus. ſanguis. teneſmus. urinæ diff. priapiſmus. pus magis eſt tenax & viſcoſum quam pus veſicæ.

Curatur temperatione humorum per refrig. & humect. poſt detergendum per interna & injectiones: imprimis utiles ſunt Trochiſc. Gordon. q. vide. Conſerv. roſ. bol. arm. lac pro glutinat. potus vuln.

VLCVS renum. Vrina ſine impedimento redditur, pus urinæ eſt permixtum, minus fœtet. vide *aph.* 76. 77. 81. *ſ.* 4. Curatur ut ulcus veſicæ. Serum lactis; f. emul-

ſio

ſio cum ſem. 4. frig. lac. Si pus parcius exeat, glutina. pot. vulneraria.

VVLNVS eſt ſoluta unitas in parte molli à re ſecante, in quo à pure nihil eroditur.

Progn. Plenilunio inflicta, item ſyncipiti, periculoſiora, quod hum. abundent & decubitus ſaniem detineat. Quod vulnus aliquando curatum eſt, id abſolutè lethale dici non debet, vel quod per Symptomata, quæ aliquando adſunt, interficit. Nec illa quæ diu non curantur & tandem in alium affectum lethalem tranſeunt ut vulnus pulm. in phthiſin. Illa ſunt lethalia abſolutè, quæ intra horas vel dies interimunt, nec ulla arte ſanari poſſunt. Inſanabilia vero illa ſunt, quæ ſanari non poſſunt, æger tamen ad annos etiam ſupereſſe poteſt. Spiritus vel ſuffocantur ſubito vel diſſipantur. Vulnera ſpinalis medullæ lethalia. Vidit *Senn.* lanium, qui boves non percutiebat, ſed exiguo cultello, ubi caput vertebris conjungitur, in ſpin. medull. adegit feliciſſimè. Facilius curantur verè. In vulneribus & dies Critici obſervandi; Quoſdam vigeſimo die, non ante, ſymptomata invaſere. Circulare vulnus pejus. ſi febris ante 7. diem oriatur, à pure eſt nec ita terreat. Si poſt 7. à putredine eſt & periculoſa. Febris ab eryſipelate minus eſt terrifica. Frigus, Venus, ira, lætitia nimia, timor, lethalia. Lethales ſunt per linguam

extuberantes puſtulæ ex acris ſaniei per palati foramen in linguam ſtillicidio & oppoſitæ partis convulſio.

CVR. 1. Extranea eximantur. 2. diſtracta conjungantur. 3. coaleſcant. 4. partis robur ſervetur. 5. Symptomata tollantur. Primo ergo ſanguis fluat liberaliter, pili abradantur, corpuſcula aliena vino elue; grumi eximendi, ſed non omnes primo apparatu, ſi metus ſit hæmorrhagiæ. armorum particulæ eximantur niſi metus acerbi doloris vel hæmorrhagiæ obſtet: ſic enim ſatius eſt rem omnem naturæ per aliquot dies committere. Si ſpes nulla ſit, ægrum extracto telo victurum, non extrahat chirurgus, ne homicidii famam acquirat. Quidam enim ut in vulnere cerebri, cordis, telo relicto per diem vivunt, extracto ſtatim exſpirant. Vt extrahatur res aliena, æger eo ſitu relinquatur, quo erat cum vulneraretur. Extrahitur vel digitis vel roſtris cum vel ſine ſectione, vel ex oppoſito facta ſectione eò expellitur. *Fab. obſ.* 88. *Cent.* 1. habet inſtrumenta quibus glandes ſine dolore eximuntur. Si feſtuca carni impacta eximi nequeat, med. eximitur è pice galb. ſagap. ammon. reſ. pini, diptam. Cret. ariſt. rot. vel totum negotium naturæ committitur. Collocetur molliter, æqualiter quantum per dolorem licet, ea forma qua volumus permanere partem. Niſi vaſtum fuerit, non adhi-

adhibeatur ſutura. Sutura per glutinum conveniens eſt: ſed ante 4. horas non firmiter adhæreſcit. *Senn.* hoc emplaſtro utitur. ℞ bol. arm. maſt. ſanguinis dr. thur. ana ℈ j. gum. Tacamah. ʒ ij. f. empl. pro glutino. C. *Magatus* non ſuit, ſed tam longa facit emplaſtra; eaque plura & tenuia, ut una parte adhærente, alteram quoque ſupra vulnus ad partem oppoſitam applicet. Vtinam huic ſuturæ adſueſcerent chirurgi. Prima ſpecies ſuturæ interſciſſa vocatur. Turundæ med. deferunt & vulnera aperta ſervant. Si in fundo vulneris nervus ſit, eum Turunda non attingat. *Fab. obſ.* 76. ubi anguſtum eſt vulnus, Turundas tenuiores ob flexilitatem non inſerendas eſſe ait. Ipſe filum argenteum turunda obvolvit & digeſtivo inungit. *obſ.* 83. *&* 84. maxime attendendum eſſe ait, an vulnus unum ſit an reduplicatum, ita ut extra unum interius ſit bifidum. Poſt ſi pars carnoſa laboret, pus movendum per digeſtiva ſeu ſuppurantia ut ol. roſ. vit. ov. tereb. reſ. abiet. far. trit. thus. &c. Si pars ſicca, mox ſarcotica applicantur neglectis illis, & quidem ſæpiſſ. mutanda medicam. & ſemper ſarcotica ſuppurantibus miſceantur. Vbi pus bonum apparet ſarcoticis utimur. *Cæſar Magatus & Septalius* rarò detergendum vulnus cenſent, quod aer ambiens partis temperiem corrumpat, unde puris copia & curæ difficultas. 3. Turundas inutiles eſſe. Eluxio

arcetur, ſi partis calor, dolor, humorum calor, tenuitas præcaveatur per V. S. Purgatio ſi requiratur, in principio detur; accedente febre tuta non eſt. Semper fiat è mitioribus.

VMBILICALIS hernia. Hernia umbilicalis.

VMBILICI hernia aquoſa. Hernia aquoſa umbilici.

VMBILICI hernia carnoſa. Hernia carnoſa umbilici.

VNGVLA. Oculi vitia.

VOLVVLVS. Ileus.

VOMITVS nimius Curatur revellent. clyſt. ol. frict. & imprimis calefactione extremorum. dentur adſtringentia ante cibum. Ventoſa ventriculi fundo applicetur. Topica, cruſta panis in aq. ment. & acet. roſ. infuſa, pulv. maſtich. aſperſa. toſta. opium.

VRINÆ ARDOR. Dyſuria.

VRINÆ difficultas. Dyſuria.

VRINÆ incontinentia. Mictio involuntaria.

VSTA. Combuſta.

VTERI hydrops. Hydrops uteri.

VTERINVS furor. Furor uterinus.

VTERI procidentia. Procidentia uteri.

VTERI ſuffocatio. Suffocatio uteri.

VVEÆ procidentia. Oculi vitia.

VVLNVS nervorum. ſigna: dolor, actio læſa, ſanies. punctura periculoſiſſima.

anguſtia.

anguſtia enim vix ſubituris med. vix exituris ſaniebus patet. Symptomata ſi ante 7. non appareant, bene ſperandum. med. ſint temperate cal. ſed ſicca. Non ſolum pars affecta ſed & princip. nervorum & tota pars reſpiciatur. Si vulnus non pateat ſatis; amplificetur. Topica dolorem mitigent & ſaniei exitum parent. dolorem hic ſedant ol. lumbr. far. fab. hord. lup. fl. chamæm. &c. cum lixivio vel oxymel. Fuge frig. hum. adſtringentia. ſaniei ſeu ſynoviæ, ut vocat *Cneuff. daſz glidt vvaſſer.* conveniunt ol. lumbr. rut. de caſt. de tereb. lacrym. abiet. euphorb. quod quo vetuſtius eo debilius. Vnde ſi vulnus rubeat, &c. med. mitius impone, ol. hyper. ſp. vini, gum. Tacamah. Carannæ. *Paræus* tali vulneri in Carolo 9. impoſuit empl. è Baſilicone, quod ipſius agglutinationem remoraretur: ſimul diplomata lintea oxycrato imbuta toti brachio cum faſcia expulſiva ad humerum uſq; impoſuit. Secundo apparatu ol. Tereb. cum aq. vitæ vulneri infudit. Toti vero brachio emplaſtrum diachalciteos, in aceto & ol. roſ. diſſoluto impoſuit, cum faſcia expulſiva. (℞. ol. Tereb. ℥ j. aq. vit. ʒ j. addi poteſt euphorb. parum vel ℞. Tereb. ven. ℥ j. ol. vet. ℥ j. aq. vit. parum.) poſtea tumorem, dolorem, curarunt catapl. ℞. far. hord. & orob. ana ℥ ij. fl. chamæm. meli. ana p. ij. butyr. rec. ſ. ſal. ℥ j ß. lixiv. barbitonſ. q. ſ. his ſi dolor non

ceſſiſſet, vel nervum totum reſcidiſſet, vel ol. fervens affudiſſet, eoque imbuto linteo ſpatulæ extremo alligato ter aut quater fundum attigiſſet.

VVLNVS ligam. & articul. Cura eadem eſt quæ nervorum, niſi quod articuli majorem ſiccationem, adhuc majorem ligamenta deſiderent; utile eſt Balſ. *Par.* ſi pulv. doſis intendatur. A frigore, aere, diligenter cavendum. actu cal. imponantur. Si anticam humeri partem vulnus obſideat, alæ diploma craſſius ſubjiciendum & mitella brachium ſuſtentandum. Si carpus vel digiti, ſemiflexa ſit vola, pilâ aſſidue circumlatâ. Sic enim ſemper contrahi poterunt. Si coxa, os femoris, ne latum unguem ab Iſchii cavitate dimoveatur, quod fit faſciis & decubitu in ſpinam. Cum cicatrix fit, moveatur metu anchyloſeos. In vulnere articuli crus rectâ collocandum. Signa oſſis abſceſſuri ſunt. 1. Cum ſanies copioſior effluit. 2. Cum os aeri exponitur: id enim abſcedit. 3. Si coaleſcere non velit & caro mollior generetur.

VVLNVS à globis inflictum venenatum non eſt nec ſemper contuſum. Male ol. Sambuci inuritur. Difficult. curatur ob contuſ. & fig. circularem. Signum eſt pauca ſanguinis è vulnere eruptio: ſtatim enim intumeſcunt labra. Primo ſi neceſſe & poſſibile, vulnus amplificandum. Citiſſimè glans exi-

eximatur per inſtrumentum. *Fab. cent.* 1. *obſ.* 88. poſt ſuppurandum præter generalia, ut ol. è Catellis. Sed ſi pars ſit ſicca, plus terebint. & minus ol. ſumendum. Si putredo adſit, Mercurius præcipitatus addatur vel ægypt. ol. ſem. lini, ol. cannab. ol. hyperic. vitell. ovi. Setacea illa, quibus hinc inde tractis vulnus purgatur, utilia non ſunt, cum idem per penicula fiat. Per initia ſemel de die obligetur: ubi pus fluere incipit, bis de die, etiam ter de die poſtea bis, tandem denuo ſemel. Pus in hiſce vulneribus tarde funditur. pot. vulnerariæ. ad teſtul. eximendas ſeq. longo uſu probatum. ℞. Rad. ireos, flor. panac. cappar. ana ʒ ij. Ariſtol. rot. man. thur. ana ʒ j. cum melle roſ. & Tereb. ana ℥ ij. excip. Quidam deplorata hæc vulnera ſuppurante curavit è lardo liquefacto, ovi vitello, terebint. & pauco croco. poſt ſuppurat. detergendum.

VVLNVS oculi. Primo repellens appone. Omnia tepida. Temporibus. narcotica ſunt, pulmones vervec. & omentum in lacte cocti & calidi appoſiti, lac mulieris Virginem lactantis, ſanguinis turtur. columbar. pullor inciſa ſub alis vena. Si fruſtra, ad vehementiora veniendum. detergentia ocularia ſunt: fella rajæ, lepor. perdic. in aq. euphrag. fœnic. ſacch. cand. crocus. Seq. Sarcoticum eſt. ℞. mucag. gum. oliban. arab. tragac. & ſarcocoll. in aq. hord. extract. ana

ʒ ij. aloës ter lotæ in aq. roſ. ʒ j. ceruſ. uſt. & lotæ, tutiæ præp. ana ʒ ß. f. collyr. Cicatrix inducitur aq. euphrag. ſacch. & tut. pp. Si fluxio ſiſti nequeat, ſeto adhibeatur. V. S. utiliſſima in principio.

VVLNVS Linguæ ſuturam non fert ſed linctus fiant & dentur ſir. è roſ. ſic. mel. roſ. col. &c. vel collutio. *For.* recipit vitellum ovi crudum, bulliat parum ut parum concreſcat. adde ℥ j. ſir. è roſ. ſicc. fiat litus. poſtea ℞. aq. plantag. caprifol. ana ℥ iv. ſir. è roſ. ſic. infuſ. roſ. ana ℥ j ß. f. collutorium. ore verſet ſacc. roſ. ſir. cydon. *Pareus* ſuturam adhibet, dum miniſter linguam molli linteo tenet.

VVLNVS auris cataplaſmata gravia unctuoſa non fert ſed glutinantia, ſicca: ſi ſutura ſit facienda acus cartilaginem non tangat: abit enim in gangrænam.

VVLNVS Thoracis ſi in capacitatem uſque penetraverit, Spiritus ore naribuſque obturatis per vulnus erumpit, æger vix ſpiritum ducit, cum ſpecillo exploratur. Æger eo ſtatu locetur quo erat cum vulnus acciperet. Sanguinem in capacitatem thoracis confluxiſſe ſcitur, ſi adſit febris, ſi pondus diaphragmatis & dyſpnæa urgeat: ſi ſanguis eructetur. Si nihil in capacitatem thoracis confluxerit, citiſſime conſolidandum metu fiſtulæ: ſi ſanguis in thorace hæreat diu per turundas apertum ſervetur. Ergo ſi quando curan-

curandum ſuſceperis tale vulnus, haud primo apparatu id obturabis, ſed ad duos vel tres dies apertum tenebis. Cum interea animadverteris ægrum nullo dolore, pondere, febre, hæmoptyſi tentari, detracto penicillo citiſſime conſolida.

Si adſit febris, pondus, &c. præter generalia ſanguis ſiſtatur per in & externa, etiam V. S. Turundæ & omnia Topica non ſint nimis longa, ne pulmones offendant: item ad diplomata filo alligentur, ne in thoracem excidant. Capite ſint craſſiore. æger jaceat in parte affecta. ſanguis è thorace expurgatur per injectionem à Paræo è decoct. hord. ℥ vj. mell. roſ. ℥ ij. quam reclinato corpore ſpiritu expreſſo per vulnus æger reddat majori quantitate quam fuit injecta. Idque tamdiu fiat donec ſanguinis thrombi ſint vacuati. Nihil amari injiciatur. *Senn.* per pyulcum elicit. Si accepto vulnere ſanguis in pectore detineatur nec fluat è vulnere æger granum unum moſchi ſub lingua teneat: ſic enim effluet. Tubulus aureus, argenteus, plumbeus inſeri poteſt foraminibus multis pervius, alis munitus vel loris revinctus, ſpongia magna vino & aq. vitæ imbuta expreſſa ad orificium inſtructus ut ſanies per eum vacuetur. Ad thromboſin ſolvendam melicratum injici poteſt, quod ex una parte mellis & duabus aq. ad tertias coctis fit ſolutum in aq. agrim. &c. tepide interna expectorantia dentur.

VVLNVS pulmonis. Signa præter ſuperiora, ſpumantis ex ore ſanguinis cum tuſſi rejectio, è pectore rubens ſpumans ſanguis ſine dolore effluens : cervicis venæ turgidæ ſunt. Sed cum caro pulmonum vulnerata eſt, tuſſis non adeſt, ſanguis enim diaphragma petit & premit, ſed modo frigus modo calor, frequens faciei mutatio. Secatur vena metu inflammationis, niſi copioſus ſanguis effluxerit. Vulnus ſi anguſtum ſit, amplificetur, ut effluat materia. Adſtringens repellens applica. Quædam injici poſſunt ut liqu. *Senn.* inſpiratione diſtentis pulmonibus pulverem inſpergit. pot. vulnerariæ. utatur cibis emplaſticis. Vitet motum omnem. Sanari poteſt niſi fuerit nimis magnum, ſi inflammatio vacet, ſi tuſſis abſit. detergitur eclegmatis e lacte cum pauxillo mellis. Inprimis ſacch. roſ. &c.

VVLNERVM hæmorrhagia. Hæmorrhagia vulnerum.

VVLNVS cum fractura. Fractura cum vulnere.

VVLNVS magnum. Renuntiatio.

VVVLÆ inflammatio. Inflammatio gurgulionis.

VVVLÆ procidentia. Procidentia gurgulionis.

XIPHOIDIS cartilaginis prolapſus. Procidentia cartilaginis xiphoidis.

FINIS

APPENDIX
AD
UNIVERSÆ
MEDICINÆ
PRACTICÆ
COMPENDIUM.

ABas, idem quod, *Tinea.*

Abominatio, ἀποσιτία, *Faſtidium ciborum.*

Abductio, idem quod, *Abruptio*, in fracturæ ſpecie quæ prope articulum per totam oſſium craſſitudinem fit, ita ut partes fractæ; ab invicem plurimùm diſtent.

ABORTUS Quæcunque eum conſequuntur, cum ſymptomatis enixarum communia ſunt.

Signa Diagnoſtica, *Aph.* 37. 38. 52. 53. *ſ.* 5. *Aph.* 12. *ſect.* 3. Aquilonio flatu & hyemis frigore comprimitur uterus, aëre pluvio repletur, madetque: & ita nimia humiditate fœtus retentio impeditur, & uteri acetabula mucore replentur.

Prognoſtica. Levi quavis prophaſi excitatur. Sic teſte *Hipp.* mulier abſtemia, aut quæ multâ aquâ diluit vinum, ſi gravida facta liberalius vinum hauſerit, abortiet.

Præſervatio. Si occurratur cauſæ, & removeantur omnes pravæ corporis diſpoſitiones, quæ abortum excitare ſolent, ut plethora, cacochymia, peculiares uteri morbi, de quibus conſulendi auctores. Sæpe ab humore pituitoſo fit: deſiccandus tum uterus longo uſu hydrotici, ut ſalſæparillæ, potu aquarum Puguenſium aut Spadanarum: in lecto detinenda ægra, & hypogaſtrium faſciis ſublevandum. Specifica ſunt decoctum radicis tormentillæ peculiari proprietate abortum impedit: ex ovo ſorbili quotidie ſumat *carabes & maſtiches* ana ℈j. Plethoræ uteri venas reſeranti aut fœtum intus ſuffocanti V.S. in brachio medetur, medio geſtationis tempore inſtituta. In cacochymia requiritur tum venæ ſectio, tum purgatio blanda: cauteria itidem mirum in modum proſunt in quacunque corporis impuritate.

Si dyſenteria, lienteria, diarrhœa, aut teneſmus abortui cauſam præbent, convenient clyſteres ex lacte frequentes cum vitellis ovorum, ſaccharo roſato, addito paulo philonio ut obtundatur ſenſus.

Hippocrates ſcribens *mulierem abortire ſanguine miſſo*, intelligendus eſt de mulieribus imbecillioribus aut minime plethoricis: ſæpe

ſæpe enim vidimus mulieres plethoricas, quæ frequenter abortiverant ſanguinis miſſione 4. & 7. geſtationis menſe celebratâ, præmiſsâ levi catharſi, retinuiſſe fœtum uſque ad nonum menſem. Omiſſa hoc in caſu venæ ſectione facile ſit abortus apertis nimiâ ſanguinis copiâ venarum orificiis. In quacunque abortus causâ imperetur imprimis quies, tum animi, tum corporis: obſervetur bona probaque diæta & vitetor coitus.

Quæſtio. An anguſtia uteri abortus cauſa eſſe poſſit? Aff. auctoritate Hippocratius lib. 1. de morb. mulier & lib. de Sterilib. dicentis: *Si mulier in 3. 4. aut 5. menſe abortum faciat, atque hoc pluribus vicibus & eodem tempore, hoc idem fieri, quia uterus diſtendi non poſſit.*

Abraſio eſt ſuperficiaria quædam partium membranearum exulceratio.

Abruptio vide *Abductio.*

ABSCESSUS, propriè dicitur, cum collecta materia, ſive ſit pituita, ſive aliquid aliud in pus aut alienam ſubſtantiam convertitur.

ABSCESSUS Phlegmaticus à ſimilitudine contentarum in tumoribus ſubſtantiarum. Tres dantur horum abſceſſuum ſpecies & differentiæ. 1. *Steatoma.* 2. *Atheroma.* 3. *Meliceris.* Vide infra tit. Œdematis. His Arabes adjungunt *nodos, ſcrophulas, glandulas, teſtudines, lupias, nattas, botia.*

Diff. Steatoma à pituita craſſiore generatur: materia puris ſævo ſimilis eſt. *Atheroma* à pituitâ aquoſiore: materia pulti ſimilis eſt: *Meliceris* verò à pituitâ bilis & ſanguinis portiunculâ permixtâ: materia mellis conſiſtentiam & ſimilitudinem refert.

Prog. Ejuſmodi abſceſſus in capite ut plurimum generantur, quod ejus cutis prædenſa diu materiam peccantem cohibeat, dum in alienam ſubſtantiam tranſeat.

Curatio eorum omnium eadem fere eſt, quæ in *Oedemate*, eandemque requirunt diætam & pharmaciam cum *Oedematoſis*. Niſi quod victus paululum tenuior & ſiccior ſit oporteat, ſintque humores craſſiores magis attenuandi. Nonnunquam, ſi adſit plethora, V. S. ſolatio eſt; apozema ex incidentibus, attenuantibus, detergentibus & aperientibus maximè ex uſu eſt. Profutura ſunt etiam mel roſar. colat. ſyr. acetoſ. ſimplex, oxymel ſimplex, Syr. byzantinus, de hyſſopo, de duabus & quinque rad. de ſtæchade; præ cæteris oxymel ſcylliticum cum aq. primulæ veris, betonicæ, hyſſopi, &c. Inter purgantia imprimis commendantur ſem. carthami, polypod. quercin. agar. colocynthis, diaphœnicum, elect. diacarthami de citro ſolut. pilulæ de agarico, cohciæ, fœtidæ, de euphorbio.

Abscessus recti inteſtini plerumque lethales. Injiciantur enemata & aq. vulner. ad ℔j. diu retineantur & ſæpius reiterentur

dolori

dolori ſedando convenit ſuccus ſemperviv. major. in mortario marmoreo plumbeo piſtillo diu agitatus, additis vitellis ovorum: penicilli butyro recenti illiti. ſuppoſitoria ex ung. Nicodem. ung. fuſco F. Wurtz.

Acataſtatos, Inconſtans uſurpatur apud Hippocr. de febribus quæ nihil certi neque in periodis, neque in urinis retinent, ſed ſemper variant.

Acmaſticos, idem quod ὁμότονος est Synochi ſpecies quæ ab initio ad finem ſimilem effervefcentiæ gradum conſervat.

ACROCHORDON eſt verruca ſub cute durior, aſperior, calloſa & plerumque teres, cuticolor; intra tenuis, ad cutem latior, juniores maxime infeſtans. *Celſus. Ætius.* Vid. Verruca.

Adenoſus *abſceſſus* eſt tuberculum durum, crudum, atque omnino diſcuſſu contumax, glandulam mentiens, etiam in locis naturalibus glandulis expertibus.

ADIAPNEUSTIA idem, quod impedita perſpiratio. *Gal.* 11. *Meth.* 10.

ÆGILOPS ſive *anchilops*. Ulcus carunculæ lacrymalis. Vix unquam ſaneſcit propter tenuitatem partium & imminens periculum, ne oculus compatiatur. *Ætius l.* 7. *c.* 81. Si vero ſanies ad malam delabatur, facta inciſione tuto & extra periculum hoc corruptum uri poteſt, aut abradi & poſtea ſiccantibus remediis percurari: Si verò ad

angulum ſerpat, blandiendum potius erit malo, cum curatio plena ſit periculi.

Ætholices dicuntur puſtulæ fervidæ in ſuperficie corporis ortæ.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA. Nonnunquam naſcitur vitio cerebri, ubi habet localem generationem morbificæ cauſæ ſpiritibus caligine ſuffuſis vel formâ ſpecificâ depravatâ.

Pro Curatione in corporibus calidioribus conveniet chalybs cum ſulphure & aceto præparatus, cum conſerva borraginis aut cichorei, ad formam opiatæ. In delicatioribus ſyrup. ex chalybe R. *Glauberi*. Celebr. Practici cum Galeno remedia omnia ad tria ſumma capita deducunt. 1. ad clyſteres frequentes, venæ ſectionem, & balneum aquæ dulcis. Secetur lienaris ſeu baſilica ſiniſtra, cùm illic hæreat fomes mali: à vehementioribus catharticis abſtine, cum inflammatis viſceribus ſummoperè noceant: nam ut ignis paleam urit intacto tigno, ita diacridium, colocynth. elleborus, cæteraque ignea medicamenta, humores tantum tenues trahunt, relictis craſſioribus. Morbi inſuper longi, teſte Platone in Timæo, blandiſſimè tractari expetunt, non vehementioribus irritari. Minorativis itaque hoc in aff. plus proficies, ut catholicon, ſyrupo regis Sapor, utriuſque ℥j. diſſ. in aq. bugloſſi ℥iij. vel ℥iv. ſyr. itidem ſennæ ex folliculis, rheo, &c. Ad acidulas & thermas

thermas relegantur quas qui bibunt, nigra per alvum dejiciunt ob vitriolum; nam primas vias eluunt & vitioſos humores in iis hærentes per alvum & urinas educunt, ventriculum calefaciunt, hepar & lienem roborant. Nonnulli cum Claudino eas improbant; quia calefaciunt & exſiccant. Sed illa calefactio & exſiccatio ab harum aq. externo uſu, non autem interno eſt metuenda, teſte quot. experientiâ efficaces admodum ſunt obſtructionibus tollendis, humorique terreno attenuando ac detergendo. In inſigni hepatis caliditate, hujus viſceris noxa præcaveri quadantenus poterit, ſi hepar, lien & lumborum regio ung. refrig. Gal. muniatur & inungatur. Hac ratione inſuper magis figetur in ventriculo & locis frigidioribus, alia viſcera ſolum pertranſeundo, nec in iis moram faciundo. Convenient etiam hoc in caſu juſcula refrigerantia poſt ejectas aquas exhibita; balneis idem refrigerantia & humectantia poſt integrum earum uſum per aliquot dies uſurpata.

Agrypnia vide *Vigilia.*

Agrypno oma vide *Coma Vigil.*

Albotis vide *Terminthus.*

Alcola vide *Aphtha.*

Alienatio mentis vide *Delirium.*

Alinthiſar vide *Vua procidentia.*

ALVUS SUPPRESSA. *P. Borellus obſervat.* 14. *ſent.* 2. contra alvi pigritiem

ANCYLOBLEPHARON eſt vitium oculorum, quando palpebræ vel inter ſe vel cum alba aut nigra oculi parte concreſcunt & cohærent: in cauſa ulcus negligenter & imperitè curatum *Vide Ætium l.7.c.66.* ibique ejus curationem.

ANEURISMA. Pars affecta ut plurimum ob arterias carotidas collum eſt, licet obſervetur etiam in genubus & brachiis.

Cauſa interna eſt humor acris, ſeroſus, bilioſus internam arteriarum tunicam erodens, imò & externam craſſiorem & viciniora ſibi oſſa.

Curatio. S.V. in latere oppoſito: commendatur empl. ad rupturas Auguſtan. vid. plura apud *Hildan.obſerv.Chir.cent.3.obſ.42. 43. & p.44. & Dorungium p.224.225.*

ANGINA ab angendo, quod angat guttur. *Inflammatio faucium.*

Anglicus Sudor, ſeu febris ſudatoria epidemica, ſpecies eſt febris peſtilentialis colliquativæ. Vid. *Febris maligna*, &c.

ANGOR eſt nativi caloris cordis contractio & in centrum retractio, quem ſubſequitur ejuſdem cordis dolor, palpitatio, triſtitia; peſſimum eſt ſignum, ſi in principio acutarum febrium advenerit. *Gal. l. de hum. com.1. & 4. de differ. pulſ. cap.3.*

ANHELOSI Græcis *aſthmatici* dicuntur, qui denſum ſpiritum habent & ſimul thoracem multum diſtendunt, quod contingit

git in affectionibus, quæ larga inſpiratione indigent, ut à curſu, aut vehementi exercitatione, & ardente febri. *Gal. l. 3. de diff. Reſp. cap.* 11. anhelationes *aſthmata* vocat. Vide Aſthma.

ANOREXIA ſive Inappetentia. Appetitus quoad alimenti quantitatem depravatus; *fames canina*: quoad ejus qualitatem corruptam; *Pica*: imminutus; *δυσορεξία*. ablatus; *ἀνορεξία* atque *ἀσιτία*, nuncupantur. Hæ licet ſanis tribuantur, uſitatiùs tamen inappetentiam præternaturalem &c ab ſtinentiam appetentiæ lapſu oriundam, ſignificant. *Gal. in Aph* 8. *lib.* 2. & *Cl. Menjotius in eruditiſſimis ſuis diſſertat. Pathologicis.*

Inappetentiæ cauſis merum etiam adſcribitur vacuo ventriculo liberaliter hauſtum, à quo plus juſto incaleſcit. Hinc in vinoſis ſitis fami, at in abſtemiis fames ſiti præpollet. Item protractis eſurialibus feriis appetitus elangueſcit, quia tum temporis vis appetitiva ventriculi otio prolixiore conflacceſcit. De reliquis Anorexiæ cauſis vide *Cl. Menjotium in diſſert. ſuis pathologicis.*

Progn. In morbis diuturnis cibi faſtid. damnatur ab Hipp. & ſpeciatim in longis inteſtinor. difficultatibus; quia corporis robur jejunitate fractum, morbo longinquo nequit ſufficere. Vid. *Aph.*6. *lib.*7. & 3. 6. 32. 2. In genere inappetentia immoderato appetitu deterior cenſeri debet; nam facilius eſt na-

turam incitatam inhibere, quam incitare detrectantem.

Differt a nauſea; nam licet loco affectô conveniant, verſantur tamen circa diverſas facultates: *Anorexia* circa virtutem oris ventriculi appetitricem: *Nauſea*; circa ejuſdem vim expultricem: inſuper quod nauſea interdum phagedænicam famen habeat comitem. Nota. inapperentia vel primaria eſt, vel conſectaria ob reſtantem cacochymiam febris exactæ, aut etiam de novo ſuccreſcentem, quando neceſsitati impar eſt alvi in coquendo commoditas. Præterea aut ſimplex exiſtit, aut faſtidioſa: hæc guſtus pravitatem ſemper ſibi junctam habet.

Curatio. Tollatur cauſa primùm humoris bilioſi, ſi ille peccat, expurgatione blandâ, ſed ſæpe reiteratâ? eaque ex rhab. myrob. tamarind. ſyrup. roſaceo, vel de cichor. comp. cum rheo. Si ad vomitum inclinet, exhibeat vomitor. ex fol. aſari cum oxymelite ſimpl. Humoris peccant. alteratione, julepis & juſculis refrig. cum ſpiritu ſalis, vitrioli aut ſulph. cum aëria acidaque omnia, præterquam quod bilem contemperent, appetitum etiam maximè recreare & excitare valeant, juvare comperiantur. Poſt reiteratam pro re natâ purgat. ad roborant. confugiendum, ut myv. cid. vel cydoniatum ipium, ſyr. de cydon. cum ſyr. de abſynth. pont. mixt. tabell. diamarg. frigid. triaſantal.

diarrhod

diarrhod. abbatis, & detergentia, ut ficus, garum.

ANTHRAX. *Cauſa*: ingens ardor & ebullitio craſſi ſanguinis extra venas putreſcentis carbunculum producit, qui maligniore & magis venenatâ qualitate & majore incendio comitatus in anthracem degenerat.

Diff. Carbunculus ex ſolo arbore & simplici putredine naſcitur. Anthrax vero ex majore ardore & putredine. *Vide*: *Carbunculus & Anthrax peſtilentialis.*

S. diagn. Incipit à puſtulâ exiguâ ſeu pluribus, præcedente pruritu, cum rubore ſubobſcuro aut citrino in centro ſuo ciceris magnitudine veſicam habentibus, circum ſubalbidis, in medio nigricantibus.

Curatio. Toto morbi decurſu invigiland. ut alvus liberè fluat, & cum requiritur, ſubducetur clyſtere emoll. nonnulli practici Lut. Pariſ. magno cum ſucceſſu elapſis duabus à V. S. diebus lene catharticum exhibent, additis refrigerantibus.

Carbunculo non adeo maligno (quod ex ſympt. mitioribus judicabis) poſt V. S. (ſi illa requiratur) fermenti ℥iij. caricas pingues N. IV. cum ſale mixt. applicabis, alii cæpe excavatum theriaca replent, ſub prunis coquunt & admovent.

ANTHRACIS ſeu carb. Peſtilentis ſymptomata ſunt 1. ſitis. 2. linguæ nigrities. 3. capitis dolor. &c.

Carbun-

Carbunculi ſpeciem admirand. Vide *in Obſervat. P. Borelli cent. 2. obſ.* 12. vocatur, Maluat, & graſſatur prope caſtra in Gallia & urbe Rupecurvenſi. Aliquid familiare habet cum tarantulæ morſu & chorea Sanct. Viti. Illo pereunt ægri, niſi IX. dies inſomnes traducant. Putat morbum illum ibi contrahi à veneno in lanis ovium contagio mortuar. latente, cum lanifici & pauperiores illo morbo tantum corripiantur.

Curatur vigiliis IX. dierum, inſtitutâ circa carbunculum ſectione, & cum cucurbitularum admotione, & demum ung. baſilic. applicat.

APEPSIA. Intemperies ventriculi frigida & humida ſumma.

Signa: vomitio aut dejectio chyli primum, deinde & crudi cibi, quorum illud cœliacæ, hoc lienteriæ proprium eſt.

Curatur ablatione crudi & correctione intemperiei per contraria atque appropriata parti laboranti. Priori indicationi ſatisfacit vomitorium; alteri condita convenientia præ quavis fere alia forma.

APHONIA eſt principium cerebri functionum læſio. Vide Vocis Privatio & Cl. *Menjotium in diſſertationibus ſuis pathologicis.*

AHPTHÆ. Sunt ulcera, tam puerorum, quam adultorum ſummam oris partem occupantia.

APNOEA eſt ablata reſpiratio. *Hippocr. 2. de rat. vict. 43.*

APOPLEXIA Defin. obſtructio vaſorum cerebri, vel conſternatio mentis, cum ſenſuum externorum & motus abolitione. Pars affecta eſt cerebrum cum ſuis nervis.

Signa ſunt, ſubito concidere & deſtitui omnibus ſenſibus tam internis quam externis, omni etiam motu præterquam reſpiratione, quæ difficilis eſt & cum ſtertore: oculi inſuper ſuſpenſi vel clauſi; pulſus interim ut plurimum fortis & plenus, quod multos in prognoſtico decipit: reſolvitur ani & veſicæ ſphincter.

Different. Idiopathica eſt, vel ſympathetica; fortis vel levis; vera vel notha.

Progn. Curatu difficilis, majorem facilitatem afferunt alterantia, quam purgantia & v. ſ. Si à difficili reſpiratione ſudor ſuperveniat, præſertim frigidus, lethale. Febris acuta melior lenta vel mediocri. Solvitur ſæpe motu critico in paralyſin: interdum per ſalivationem excitatam; ſed levis nulla remanente paralyſi, at pro tempore tantum partium quiſpiam ſtupor. *V. Hippocr. Aph. 51. & 57. Sect. 4. & Celſum.* Apoplexia 1. & 2. gradus lethalis. *Aph. 43. ſ. 2.* Apoplexia à cauſa prima eſt, quam intelligit *Hipp. Aph. 42. ſ. 2.* Quæ à cauſa 3. 4. facile curatur. Non ſepeliantur ante 72. horas: quia omnes humores intra illud ſpacium moventur; & ante

illud

illud tempus revixiſſe obſervati ſunt. Exploratur vita vel per candelam accenſam, feneſtris bene clauſis naribus admotam, vel per plumam ſpeculumvè ori appoſitum, an ſcilicet moveatur vel maculetur.

Curatio. Circumſpectè ad V. S. tranſeund. admonente Celſo. *In apoplexia ſang. detractio vel occidit, vel liberat.* Conſiderandæ vires, quæ non actionum animalium ablatione æſtimandæ ſunt, ſed quales ante morbi invaſionem fuerunt. Nam vires, quod in praxi notand. aliquando non ſunt debiles per reſolutionem, ſed per oppreſſionem. Quò plethora major, eò liberalius detrah. ſanguis. Luxuriante vero pituitâ, parca manu mittendus, ne calor nativus, huic affectui diſcutiendo admodum neceſſarius, diſſipetur & infringatur. Si poſt primam V. S. calor faciei vividior, reſpiratio facilior, pulſuſque fortior comperiantur, optimè ſperand. & confidentius V. S. reiteratis vicibus celebrand. Copioſæ & frequentioris ſang. detractionis hoc in caſu commoda & exempla notatu digna, Vide *in Zacuto Luſitano lib.* 1. *hiſt. Med. Princ. hiſt.* 33. ſi vero ſang. non peccet aut vires ſint reipsâ dejectæ, aut æger admodum ſenex, V.S. omittenda & ejus loco cucurb. ſcarif. applicentur; non poſteriori thoracis parti, neque hypochondriis, ne contractis thoracis & abdominis muſculis reſpiratio magis impediatur. Quidam ex

recentioribus in apoplecticis jugulares venas aperire conſulunt in evidens ægror. ſolatium. *Vide Zacutum Luſitan. obſ.79. lib.1. Praxis Med. admirand. Celeb. in Gall. practici* vomitoria non ſolum admittunt, ſed & commendant, imprimis aq. benedict. ex croco metall. cum facultates in hoc morbo eò uſque ſæpenumerò oppreſſæ, ut medicamenta, niſi vehementiora, in actum minimè deducantur; hoc enim ſimilique præcipiti caſu, *Celſo* teſte, remedia cum aliquâ etiam temeritate rapienda ſunt, & omnino pericula aliquid tum periclitari permittunt. Nam ut *Serenus* rectè: Medici hæc potiora putant, quam certa morte perire; & multa, ut *Celſus* habet, in præcipiti periculo rectè fiunt, quæ alias eſſent omittenda. de vomitoriis perbellè diſcurrit *River. prax. lib.1. c.2.* Sed recte *Hoeferus in ſuo Hercul. Med. Cave*, inquit, *à vomitoriis*, niſi æger ſtatim a cibo apoplecticus fuerit factus, & eodem tempore Medicus acceſſitus ſit. Purgantia fortia ingerantur ſine mora & neglectâ temporum electione; cum morbus valde urgeat, & brevi ſua percurrat tempora; tum quia humor pertinax, & obruta facultas non niſi vehementioribus irritari poſſit. e. g. ℞. elect. Diacarthami ℥j. diſſolve in ſ. q. aq. betonicæ addendo caſtor. ℈ß. vel ℞. maſſæ pill. coch. min. ʒj. caſtor. gr. iij. f. cum aq. betonicæ, pill. N. vij. ſi deglutire non poſſunt.

diſſolv.

diſſolv. cum. aq. appropriat. ſalvlav. vel beton. *Trallianus* ſcammonii ℈j. cum caſtor. ℈ij. in oxymelite exhibet: quo multos letharg. deſperatos ſe reſtituiſſe refert. idem remed. *Oribaſ.* ex *Ruffo Epheſio* maximé approbat. 2 cerebrum roboretur, exterius utiliter admoventur balſama apoplectica; Maximo ſolatio etiam ſunt eſſentia ambræ, caſtorei, ſuccini. Elixir pœon. *Minſychti*, ſal apoplecticum ejuſdem, rotulæ ſmaragdinæ. Spir. ceraſor. nigr. lil. convall. imprimis ſpir. ſalis Armon. ſaliſve tartari volatilis fœtidus, diaphoreticumque in peracutis, ſeu mixtura ſimplex ex ſpiritus theriacal. camphor: part. V. tartar. rectif. part. IV. vitriolificati part. j. invicem mixtis & in digeſtione per aliquot ſeptimanas relictis. maximo etiam cum fructu exhibetur ſpir. ſal. armon. cum aqua ex ſerpyll. & lavendul. comatibus deſtillata, aſſumta.

APOSTEMA AQUOSUM. *Oedema aquoſ. & phlegmat. & abſceſſus phlegmat.*

Apſychia vide *Animi deliquium.*

APTYITUS id eſt morbus ſine ſputo. *Hipp. lib. 2. Criſ. cap. 10 & in Coac.* meminit pleuriticorum, qui nihil exſpuunt.

AQUOSUS HYDROPS, qui & Aſcites dicitur. *Hydrops.*

ARDOR URINÆ; quendam curatum vidi Lut. Paris. aſſumto ſcyphi communis vitrei in tenuiſſimum pulverem redacti ad ℨj. pondere,

pondere, cum ℥iij. aq. roſar. mane jejuno ventriculo. *Dyſuria, Stranguria.*

Area eſt affectus in quo pili areatim decidunt. Vide *Pilorum defluvium.*

Argemum, *Argema* eſt ulcuſculum oculi in ipſius iride enatum. Vide *Oculi vitia.*

Aridura corporis vel membrorum eſt omnimoda conſumtio.

ARQUATUS, morbus, qui & *regius, auriginoſus* & *arcuatus* nominatur. *Icterus.*

ARTERIA aperta. *Hæmorrhagia* vulnerum.

Arteriæ aſperæ perforatio, Vide *Laryngotomia.*

ARTHRITIS *defin.* inflammatio articulorum. Eſt dolor vel tumor cum dolore articulorum ab humore ſeroſo, acri, qui partim diſtenſione, partim acrimoniâ, membraneas partes vellicat, eaſque dolore afficit. Hujus ſpecies multæ ſunt; nomen accipiunt à loco aut parte affectâ. Quod enim in omnibus aut multis ſimul articulis *Arthritis* eſt, hoc in uno juxta coxendicem *Iſchioda*, i. e. coxendicum morbum appellant; juxta pedes *podagram*, juxta manus *Chiragram.* *Hipp. lib.* 10. *de comp. Med. loc. cap.* 2. *Signis*, quoniam malum externum, non opus.

S. Progn. Dol. podagr. vere & autumno potiſſimum moventur. *Hipp. Aph.* 55. *Sect.* 6. Mulier, antequam menſtrua non deficiant, podagra non laborat. *Id. aph.* 29. *Sect.* 6. *Id*

lib. 2.

lib.2.prædict. Senes & qui ærumnosè vivunt, non ſanantur. *Id. lib.2. prorrhet.* Dyſenteria ſanat podagram, & aliæ eliquationes valde proſunt, quæ ad inferas ſedes repunt. *Id. ibidem.* Quartana infringit podagram. Arthritis degenerat aliquibus in hydropem. Doloribus arthriticis obnoxii ſi abſque cauſa manifeſta liberentur, grave malum ſæpe minatur, alio translata materia. Vertitur interdum in colicam, & colica in arthritidem, fluxu humorum viam mutante.

Curatio communis in generalibus cum cæteris inflammationibus, niſi quod purgationes validas admittat ob ſeroſitatem ſanguinis. Inter topica *Montagnana* ſeq. præſtantiſſimum eſſe affirmat. ℞. *Vitel. ovor. N x. conquaſſentur in frixorio cum* ℔ß. *olei roſ. coq. lev. ad inſpiſſationem, addendo croci.* ℥ij. & calid. applica. *P. Borellus obſerv. 10. cent. 2.* miris laudibus effert radicem ſigilli beatæ Mariæ probè contuſam, & admotam in genuum, & præcipuè Gonagricis tumoribus & doloribus *Idem obſerv. 42. ejuſd. cent.* In podagra à cauſâ frigidâ commendat immerſionem fœmorum in vindemiam calidam poſt vini extractionem.

Sal Saturni in ſpiritu vini tenuiſſimo diſſolutum mirè dolores lenit. Idem præſtat aq. ſpermatis ran. menſe Majo deſtillat. & partibus dolentibus impoſita. ſeq. mixtura magnæ efficaciæ, ℞. *Aq. ſpermatis ranar.*

tapſi barbati & filicis. ãã. ℔iß. *in quibus infunde tutiæ, lithargyri* ãã. ℥ij. *vitrioli calcinati, aluminis* ãã. ℥j. *Miſce pro fotu.* Balſam. Saturni cum ol. violac. vel roſar. parat. ad ſedand. dol. efficaciſſimum.

In Arthritide bilioſa aq. acidulæ, vitriolatæ & refrigerantes plurimum conferunt. Sic etiam continuo lactis uſu & abſtinentiâ ab aliis cibis novi compluriṁos *Lut. Pariſ.* à diro illo malo liberatos. *Hippocr. lib. de morbis*, uſum lactis aſinini laudat ſerioque commendat. Hodie enim more recepto apud *Pariſienſes*, arthritici ſolo lacte nutriuntur, ut febricitantes juſculis; quod ſi lac non ſufficiat ad nutriendum, additur mica panis albi, idque exoptato plerunque cum ſucceſſu; hoc modo nullus datur locus materiæ tartareæ generationi, & ſi qua ſit in corpore, demulcetur; cum enim, ut ex Medico-Chymicis conſtat, cauſa arthritidis efficiens ſalſum quid, aut acidi & acris naturam redoleat, nihil eſt, quod ſales illos magis temperet ipſo lacte & ſero ejus, quod itidem valde commendatur.

Experientiâ comprobat. ſeq. emplaſt. ad dolor. ſedand. & ex articulis materiam tophac. extrahend. ℞. *Vitrioli Roman.* ℔j. *alumin. rupei* ℔ß. *ſalis* ℥iij. *omnia conjunctim calcinentur in catino terreo, evaporando ſaltem, donec ſpiritus exhalare cœperint, quibus odore perceptis deſiſte à calcinat. & refrigeſcant*

ſeant omnia, ac pulverentur. ℞. *Hujus pulveris & farinæ hordei ãã. part. æq. miſce cum fæcibus vini ad formam pultis, quam ſupra laciniam extenſam ad ſpiſſitudinem cultri applica loco affecto; exſiccata maſſa cum fæcibus vini iterum diſſoluta applicetur denuo. donec dolor diſcuſſus & tophi conſumpti ſunt.*

Præſervatio. *Duretus in Hollerium* vinacea tempore vindemiarum valdè commendat; utpote quæ materiæ morbificæ reliquias calore ſuo actuali diſcutiunt, & adſtringendi vi partes maximè roborant. *Hollerius* loco vini commendat melicratum valde dilutum, ſcilicet ex aq. part. 40. vel 48. & mellis parte unâ. Quod tamen potus genus non convenit picrocholis & ſitibundis. ſeq. bochetum omnibus naturis convenit, & plurimis valdè profuit. ℞. *Rad. ſalſaperil.* ℥ij. *liquirit.* ℥j. *cinamomi & ſem. aniſi* ℥ß. *fiat pulvis tenuiſſimus, cujus cochlear* I. *miſceatur cum eâ aq. quantitate quæ pro uno paſtu ſufficit. Agitentur probè in duobus vaſis. Poſtea colentur pro potu ordinario, ſingulis paſtibus idem iterando.* Ad arthritid. præcavendam maximè commendatur decoctum chamædryos *Carol.* V. *Imp. à Genuenſ. Med.* utiliter præſcriptum, & à *Solenandro* pro ſummo antipodagrico commendatum, ita autem paratur. ℞. Chamædrios dum floret lectæ & bene aſſervatæ Mj. vini mediocris

cris maturi ℔iij. coq. in duplici vaſe per hor.5. colati vini capiat æger hauſtum, probeque cooperiatur, ut ſudet, præmiſsâ purgatione: multum etiam prodeſt ad articulos roborandos emplaſtrum diachalciteos in omni arthritide à quocunque humore oriundo. Illud emplaſtr, in vino decoctum, & cum pulvere myrtill. roſar. maſtich. tartari, chamæpith. chamom. permixtum multo efficacius & præſtantius eſt.

ARTICULARIS morbus. Arthritis.

ARYTHMUS pulſus eſt non is, qui abſolutam abolitionem ſignificat, omnique modulo aut *rythmo* caret; ſed is, qui nativo *rythmo* orbatus eſt; cui opponitur pulſus, qui *Eurythmus* dicitur. *Hipp. de diff. pulſ. c.* 9.

Aſcarides vide *Vermes*.

ASCITES. *Hydrops*.

ASTHMA. *Progn.* ſuffocatio in acutis, inquit *Hipp. l.* 1. *Coac.* 65. ægris attenuatis, perniciosa. & *aph.* 24. *Sect.* 4. Si febrem habenti derepente ſuffocatio ſuperveniat, nullo in faucibus exiſtente tumore, lethale. & *aph.* 50. *ſect.* 4. Ubi in febre non intermittente, difficultas ſpirandi & delirium fit, lethale. Dyſpnoea diu trahi poteſt; aſthma aliquando; orthopnœa, acuta eſt. Aſthma obeſos magis adoritur, & in otio viventes. vel a parentibus, vel vitæ intemperantia accedit. Magis accidit cœlo frigido & humido, præcipue inter crapulam. Si in orthopnœam, tranſit

tranſit, ſubito poteſt ſtrangulare.

Curatio. Vomitoria commendant quidam ex practicis, licet à multis improbentur. Clyſt. acriores frequenter injiciantur revulſionis gratiâ: exiguâ tamen quantitate, ne inteſtina admodum replendo diaphragma comprimant. *P. Borellus obſervat.* 46. *cent.* IV. commend. flores marinos & defectu eorum fol. cum vino opt. & melle cocta ad dimidiæ part. conſumptionem, & ante ſomnum exhibita. Inter expectorantia extra paroxiſmum adhibenda, commendantur oxymel & ſyrup. de peto *Quercetani*. Millepedes ſeu aſelli panno lineo involuti in vino albo macerati, & expreſſus inde ſuccus potui exhibitus brevi ſaburratos pulm. deplet. idem præſtat oleum ſacchari compoſit. & à *Riverio* deſcript. decoctum caulium rubror. cum pauco ſacchar. ſpiritus ſulphur. gut. IV. vel V. cum juſculo.

Nota: purgantia in hoc affectu iteranda ſub variis formulis, ne uni eidemque remedio natura aſſueſcat. Sic & remedia detergentia, incidentia, expectorantia. Alia per vices immutand. propter præd. rationem.

ATHEROMA eſt abſceſſus pus pulti ſimile exhibens.

Curatio: rad. cyclam. cum axungiâ ſuillâ veteri & tantillo ſulph. vivi apponito: eandem cum ſteatomate & meliceride curat. admittit. vid. abſceſſ. phlegmaticum.

Atrices,

Atrices, vocantur tubercula parva circa anum, quæ recedunt & redeunt, annumerari poſſunt *condylomatibus*.

ATROPHIA eſt inſignis nutritionis imminutio, quâ corpus paulatim emarceſcit. *Aureliano* Nutrimenti deſertio: carnoſa ſubſtantia verum atrophiæ ſubjectum: fit naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum locum ſubeuntibus. *Celſus lib.* 3. *c.* 22. accidit quoque vitio fac. excretricis, dum plus, quam opus eſt, vacuatur. *Hipp. de ſympt. diff. cap.* 1. *&* *c.* 1. *Meth.* 9.

ATROPHI dicuntur, qui cibum non ſentiunt, id eſt, qui non aluntur. *Plin. cap.* 15. *l.* 26.

ATTONITUS morbus. *Apoplexia*, quem & morbum ſtupidum vocat *divin. Hipp.*

AUDITUS læſio eſt triplex; abolitus, quæ *ſurditas* dicitur; imminutus, *barycoia*; & depravatus, *obauditio*. abolitus ab ortu eſt immedicabilis; per accidens ortus ſanabilis eſſe poteſt. *V. pl. in compend. meo Theoretico.* & *Obauditus* hiſce.

Cauſa: ſanguinis penuria aut improbitas: externa errata, cibi ſcilicet ſeu qualitate, ſeu quantitate peccantes. Vid. *Celſ.* citat. loco: aut chyloſeos, hæmatoſeoſve culpâ ob viſcerum iſtis functionibus devotorum labens; non enim ingeſtis nutrimur; ſed iis

quæ ingeſta probè concoquuntur: Illa autem penuria accidit nimio exercitio, curis, doloribus, ſimilibuſque cauſis; inſuper, quod mirum eſt, ſanguis licet cultiſſimus, ſi exuperet, hominem emaciare poteſt, vel calorem nativum obruendo, vel vaſorum obſtructione curſum ſibimet intercipiendo. Vide *Hipp.* 5. *Epid.* & *Gal.* 29. 5. 3. *lib.* 6. *Epid. Et Ant. Menjotium in diſſertationibus ſuis patholog.*

BALBUTIES fit 1. ob linguæ vitia. 2. à tumore œdematoſo partes linguæ ſubjacentes occupante, quem ranulam vocant. 3. à vitiis frænuli linguæ ſubditi. 4. à labiorum malâ formatione, 5. ob dentium multiplicem, maléve diſpoſitam ſeriem, eorumque imprimis inciſorum defectum. *Vid. Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis Pathologicis.* Progignitur etiam accidentariò, ab impetuosâ cogitationum inundatione, ut in delirantibus.

BARICOIA. imminutus auditus. v. *Obauditio.*

Beriberi. Eſt paralyſis ſpecies apud Indos familiaris; de qua Jac. Bontius. Ea autem affecti, nictando genibus ac elevando crura per ſaltus progrediuntur.

Binſica apud Rabinos eſt ægritudo mentalis, in qua phantaſia læditur.

Blaccia, idem quod Morbilli.

Blaſus vel *Blaſſus* vid. Valgi.

Bleſtriſmus. Eſt corporis jactatio & inquietudo continua.

Boa. Eſt Plinio papula rubra, ſive piſtula cutanea ichoroſa.

Bovina Affectio. Eſt vermis perambulans inter carnem & cutem & illam perforans, quod bobus utriuſque ſexus familiare; nec illis ſolis ſed etiam, uti obſervat Clar. Rhedi in ſuo de viventibus in viventibus tractatu Italicè conſcripto; Leonibus, variiſque aliis quadrupedibus, avibus, piſcibus &c.

BOMBI aurium. v. *Tinnitus aurium.*

BORBORYGMOS eſt ſonus vel murmur in craſſis inteſtinis, factum à flatibus, cum excrementorum ſunt vacua, humidum excrementum denuncians, & flatum in humore verſari. *Hipp.* 3. *de ſymptt. cauſſ.*

Bothor. Vid. Exanthema.

BOTHRION eſt ulcus cavum corneæ tunicæ in oculo, parvum, anguſtum puncturis rotundis ſimile, ulcuſculo altius *Hipp. lib. Introd. c.* 15.

Botium. Vid. Bronchocele.

BRADUPESIA eſt intemperies ventriculi frigida & humida incipiens.

Signa ſunt gravitas circa præcordia à ſumpto cibo & ſumpti tarda concoctio.

Curatio eadem eſt quæ in apepſiâ. vide Imbecillitas ventriculi.

Brochus. Eſt ille cui ſuperius labrum prominet; uti Mento eſt ille cui mentum exſtat.

BRANCHOS vel raucedo, deſtillatio & coryza nominatur. *Hipp 5. de ſanit. tuend. c.8. & 3. de ſympt. cauſſ. c.4. V.Compend.m. Theoret. V. Catarrhus.*

Brunus. Eſt ignis ſacer, idem quod Eryſipelas.

BUBO. *Signa* ſunt tumor planus in adene, non multum elatus, parum rubens & doloris expers.

BUBO peſtilentialis fit ex materiâ calidâ ac vera phlegmonode, venenoſæ qualitatis participe. *Bubones & carbuncul peſtil. in* variis corporis partibus, ſed præcipuè circa corpora glanduloſa ſolent emergere. Sic à cerebro ad glandulas poſt aures, à corde ad axillas, à jecore ad inguina, materia illa tranſmittitur, unde parotides & bubones generantur.

Progn. Bubones & Anthraces quò remotiùs à corde exoriuntur, citius increſcunt, & matureſcunt, eò minùs periculoſi. Si tamen derepente & cum pravis ſymptomatis tumores augeantur, malum. Experientiâ obſervatum, carbunculos plures paucioribus eſſe periculoſiores; & contra bubones plures paucioribus eſſe ſecuriores.

BUBO VENEREUS cognoſcitur ex defluvio capillorum & barbæ, maculis inſtar

ſtar lentiginis toto corpore efferveſcentibus, cruciatibus noctu ingraveſcentibus, aliiſque ſignis.

Curatio. V. S. initio nequaquam celebranda, nec laxans pharmacum propinandum, ne naturæ motum impediamus. Si natura ad expulſionem tardior videtur, attrahentibus eſt inſtiganda, ut decoctione lilii, althææ, malvæ, viol. ſeminis lini & fœnug. quâ fovendus tumor. Topica deinde ſint attrahentia & diſcutientia. ℞. *empl. diachyl. iriati* ℥iv. *terebinth.* ℥j. *amurcæ, olei de lil.* ℥ij. *fiat ceratum.* vel ℞. *diachyl. cum gum.* ℥iv. *miſceantur cum ol. irino & fiat ceratum*; ſi galb. ʒj. addideris magis trahet. Si hiſce non cedat, ad ſuppurantia tranſeundum: deinde vomica aperienda: elapſis aliquot diebus, ſi adſint ſcopi ſanguinis mittendi, vena ſecetur, catharticum exhibeatur pro humorum & corporis naturâ, ne æger periculum incurrat incidendi in morbum venereum. Si mavult æger, ut bubo diſcutiatur ac reſolvatur, quam ut pus gignatur, clyſmata injicito, cum cathol. aliiſve laxantibus. ℞. *pilul. hieræ ſimpl. & pill. aſſaiaret. ana* ʒij *miſceantur, & cum oxymel. ſcyll. in quo agarici* ʒj. *ſit infuſ. f. pilulæ*, de quibus ſumat iv. ſingulis diebus horis duabus ante cœnam. ℞. *ol. lil.* ℥j. *ol. chamæm.* ℥ß. *miſ.* bubonem linito, & lanâ ſuccidâ operito. Poſtmodum ℞. *Empl. de melit. & mucilag.*

ana ℥ij. miſceantur cum *ol. lil.* inform. *emplaſtri*, & partiadmoveantur.

BULIMIA vel Bulimos, Phagedæna *Aureliano*. V. plura in *comp. m Theoret.* nobis *Honds-honger.* i. e. appetentia canina. eſt appetitus, auctus, ſed non continuus cum lipothymia, & virium dejectione. Deſcribitur bulimus, prægnandisappetentia,ſed pauco alimento ſedabilis, ab extremo ambientis algore progenita, in cibi faſtidium ac lipothymiam brevi deſinens. *Ant. Menjotius in diſſert. ſuis Pathol.*

Plutarchus duplicem attulit cauſam, primò, nativum calorem ab externo frigore ad intima coactum pabuli depopulatorem; cui etiam aſſentitur *Ariſt.* Altera cauſa ipſi eſt ſubtilis mordaxque halitus à nive, tanquam hujus æther ramentumque tenuiſſimum emiſſus, facultate pollens ſecandi ac dividendi non carnem tantum, ſed argentea etiam vaſa ac ænea. Sed notand. non à frigore modo aëris, ſed quoque à ſuccis actu algentibus in ventre congeſtis hunc affectum pronaſci poſſe; ventriculo nim. ob certam materiæ diſpoſitionem humores gignente ſemetipſo frigidiores, ut patet ex generatione vitreæ pituitæ in viſceribus. Celeberrimi in arte Medicâ Viri putant, membra in hoc affectu profuſum ſubſtantiæ ſuæ effluxum patientia, violenter nimis trahere è ventriculo, qui ſimul ac cœpit in-

inſurgere ad appetendum, proſtratis viribus ad lipothymiam uſque concidit, ob graviſſimam divulſionem rapaciore ſuctu illitam. *Ant. Menjotius in diſſet. ſuis Pathol.*

Progn. Deterior eſt ſi generalem conſectetur corporis deprædationem; at minus periculoſa, ſi fiat ab acido humore, quamvis verò ardentius bacchetur. Bulimus, propter aſſeclam lipopſychiam, malum eſt perniciosum, nempe ſi alimenta præſto non fuerint, quibus æger poſitas reſumat vires.

Buris. Vocatur Avic. hernia ſcirrhoſa ex lapideitate duri apoſtematis genita.

Butiga. Eſt ſpecies inflationis ſeu tumefactionis totius faciei, quæ & gutta rubea vocatur.

CACHEXIA. Eſt pravus corporis habitus. *Hipp.* 1. *Meth.* 9. Inde *cachecticus* mali habitus homo dicitur *Hipp. lib. de cur. rat. per V. S.* 19. ſub hoc plena ſatis atque copioſa corporis moles eſt, at vero tum ſubſtantia & colore vitioſa, corpuſque non promptum atque alacre, ſed grave atque iners. Nam corpora non robore, ſed valetudine inflantur, teſte *Quintilian. orat. Inſt. l.* 2. *cap.* 3.

Cauſa. Huicce affectui cum quibuſlibet fermè morbis ſociabili eſt conſortium. *Aret. lib.* 1. *diut. vit.* Crebrius tamen chronicas febres, viſcerum oppilationes vetuſtate re-

buſtas, & immodicas quaſvis, & præcipuè verò ſanguinis evacuationes, ſimiliterque hæmorrhoïdalis menſtrualiſve effluvii moram comitatur.

S. diagn. Color pallidus, plumbeus, interdum citrinus, lividus, aut ex candido vireſcens; variat enim cachexia pro conditione ſanguinis atque viſcerum : tumor mollis circa oculos, genas, pedes, manus. Nec modò corpus ſubtumeſcit; ſed algeſcit etiam & gravatur, muſculiſque madefacti effeminantur; hinc motus pigrities, nec facilem ducunt ſpiritum, nec certo pede ſignant humum. *Ant. Menjotius in diſſert. ſuis Patholog.*

Progn. Notatu digna *Aret.* verba. *Vt iſte,* inquit, *affectus longo acquiritur tempore, & nec ab uno inducitur corporis vitio, nec ab uno prodit viſcere, ſed omnium eſt in deterius converſio; ita etiam tardè pellitur. Tempus quoque anni non unum hanc fert ægritudinem, neque uno finitur tempore; verum Autumnus eam concipit, hyems alit, Ver ad faſtiguum perducit, Æſtas verò jugulat* non ægrotantem, ſed ægritudinem, quam ſuo calore diſſolvit. Sicut cachexia melancholica adventantem Elephantiaſin prænunciat; ita phlegmatica eſt prima quaſi τύπωσις leucophlegmatiæ.

CACOCHYMIA vitioſus ſuccus, ſeu

ſeu redundantia vitioſi alicujus humoris in toto corpore.

CACOETHE ulcera id eſt maligna, quæ omnibus rite peractis non ſanantur. *Hipp. 4. Meth. 5. Vlcera.*

CACOETHES morbos id eſt malignos appellamus, quicunque periculum minantes, ſpem ſalutis non adimunt, nam quod ſumme perniciosum exiſtit, ſymptoma mortiferum dicitur. *Hipp. com. 1. in 1. prorrhet. c. 14.*

CACOPHONIA id eſt vitiata vox. *Hipp. de ſympt. diff. c. 3.*

Cacoſitia. Eſt ciborum faſtidium.

CACOSPHYXIA id eſt vitiatus pulſus. *Ibid.*

CACOTROPHIA id eſt vitiata nutritio. *Ibid.*

CALCULUS RENUM.

Apud *Neotericos* ſpeciatim calculi cauſæ inveſtigantur, eæque ſimiles generationi lapidum extra corpus, nim. terreſtris materia unà cum ſale ipſi commixto, ita ut concretionem ſali, tanquam principio activo; lapideſcentiam verò terræ, ceu principio paſſivo imputent: conveniente ſimul paucâ humiditate, velut cauſâ ſubſidiariâ, quæ ſalem iſtum diluat: eique ſit pro vehiculo, ut terrenas pàrtes intimè permeare, ipſique coadunari poſſit. Huic materiali ac efficienti calculorum cauſæ accedit cauſæ ſuf-

cipientis, hoc eſt, renum diſpoſitio; ſi nempè hi ſenſu obtuſo præditi, flaccidi ac imbecilli ſalſæ materiæ irritamento non tangantur, vel tacti ipſam non detrudant. Cauſa calculi interna ſed remotior duplex eſt. 1. *Calor hepatis*, qui humores torrefaciendo, arenoſa quædam ſignamenta renibus miniſtrat. & 2. *Ventriculi imbecillitas*: ſi etenim ſuccus tartareus, quo hominum cibi perfunduntur, vel ob ſui copiam, vel ob ventris coquentis ac fermentantis impotentiam, non ut par eſt *volatiliſetur*, nec ſatis ſecernatur ut per alvum deſcendat, una cum chylo ad hepar indeque ad renes fixus, & ad lapides conformandos promptus ac expeditus deducitur: cauſæ externæ limoſam ſalſamque materiam ſubminiſtrantes, coctionem vel ex per ſe, vel eventu interturbando, ſemitaſque urinarias impediendo. In ſpecie vero recenſentur, craſſa, ac dyſpepta eſculenta; dulciaria ac ſalſaria; fructus crudi ac auſteri, præſertimque ſucco turgentes lapidifico, ut pyra, ova indurata: panis azymus, male coctus: vinum generoſum, tartariſatum ac in terrâ calcariâ atque lapidosâ natum, vita deſes, ſellularia, & umbratica: venus immodeſta, renes ſiccans & enervans, ſecus ſi moderata fuerit, calculi materiam liquare poteſt ac è renibus depellere: triſtitia denique, quia uberem facit fœculentorum humorum proventum. *Ant. Menjotius in diſſert. ſuis Pathol.*

S. diagn.

S, *diagn.* Dolor in lumbis gravis ac fixus; gravitas lumborum perpetua; ſpinæ influxio; difficilis arenularum excretio; urinæ cruentæ turbidæ, mucoſæ; retractio ejuſdem lateris teſticuli; *Diſtinguitur* à dolore colico præter ea quæ à Clar. Schmitzio ſunt allata, 1. quòd colicus dolor ſaturitate ſtatim invaleſcit arctato inteſtino à plenitudine ventriculi; jejunio miteſcit: nephriticus verò aliquot horis poſt paſtum præcipuè exacuitur. 2. colico dolori aboſciatur vomitus, ſed non bilioſus & ærugi-noſus poſt pituitoſum ut in nephritico. 3. Et denique laxatis viis per fotus & cataplaſmata nephriticus dolor multum remittit: colicus quidem tantillum non lenteſcit, ſed illico invaleſcit diffuſis à calore humoribus adauctoque flatuum proventu. *Ex Aetio.* Hæc probè obſervanda ne erremus. Nam ex Hipp, *Rerum ſimilitudines aciem etiam Aquilinam fallunt*, Ac ipſemet *Galenus* cum egregium velut terebræ perforantis dolorem in intimo ventre juxta ureterum regionem perſentiret, falsâ calculi in renem impacti opinione deceptus fuit, donec injecto oleo rutaceo, moxque excretâ per alvum vitreâ pituitâ dolor deſiiſſet. Vide plurâ tit. *Nephritis.*

Progn. Mulieres rariùs viris ſentiunt renalem calculum; ſed præterea hunc quoque cum moleſtiâ minus intolerabili in veſicam depel-

depellant, ob ureteres latiores, rectiores, & breviores quam in viris. Arthritici ſæpenumero ſunt & calculoſi: ſunt enim hi affectus conſanguinei & collactanei, id eſt, iisdem oriundi parentibus, eodemque pabulo connutriti; hinc facetè ludebat calculoſus *Eraſmus*, ſcribens ad amicum arthriticum, ſe affines eſſe, ſcilicet ambarum ſororum Arthritidis & Nephritidis maritos; ac perſæpe alterum abſque adulterii ſuſpitione, ad alterius uxorem accedere. De lapidoſa diſpoſitione *Aph.* 6. *l.* 6. immotæ veritatis eſt: ætatis enim fluxu augeſcit, ita ut ſupra quinquageſimum annum, ejus curatio *Hipp.* fuerit inviſa. Calculosâ ſtirpe ſatus, paternæ crucis exſors reddi nequit. Ulcus calculi inæqualis affrictu renibus illatum [quod ex urinâ purulentâ ſanguinolentiam excipiente dignoſcitur] nullam ſalutis ſpem relinquit; calculus enim acria, ulcus conſolidantia poſtulat. *Aretæus* rectè: *Renum ulcera à calculis induta omnem reſpuunt curationem; citâque colliquatione mortifera ſunt.* Denique notandum renum morbos In univerſum eſſe obduratæ pertinaciæ. 1. Quia ſeri acrimoniâ indeſinenter vellicantur, unde redulceratio. 2. Quod renes in perenni actione verſentur, ſanatio verò quietem poſtulet. *Ant. Menj.*

CALCULUS *Veſicæ*, ſive *Lithiaſis* eſt obſtructio calculoſa veſicæ.

Cauſa

Cauſa calculi veſicalis vulgo cenſetur eſſe craſſus, viſcidus ac pituitoſus ſuccus extraneâ veſicæ caliditate ſenſim ſpiſſatus: vel etiam arenulæ ſeu in ipſa veſica progenitæ, ſeu à renibus delapſæ, quæ glutinoſi humoris ope concorporatæ lapidem componunt. Ejuſmodi autem calculus corticatim ſordium adhæſu continuò magis grandeſcit; non ſecus ac margaritæ in conchis, è pluribus quaſi tunicis invicem ſuperpoſitis exſtruuntur, ac candela ceræ liquefactæ crebro immerſa ſquammatim creſcit, calculi enim laminoſi ſunt, nec ut externi lapides unius compagis. Cauſam calculi cùm materialem, tum efficientem, vide pag. præced. in *calculo renum. Cauſa adjuvans* duplex. 1. debilitas veſicæ urinam non ſatis coquentis, nec craſſiores ac tartareas ejus partes, aqueis partibus exactè commiſcentis, unde illæ facilè ſeparantur ac ſubſidunt. 2. Anguſtia angiportus urinarii ob quam tenuiori filo & velut gracileſcente, urina excernitur, manente interim hujus craſſamento. Quæ anguſtia, aut morboſa eſt à carbuncula vel tuberculo, aut naturalis. Hinc bruta etſi turbidas potent aquas, crudaque ingerant edulia calculum non experiuntur, ob canalis uretici amplitudinem. Sic quoque mulieres, licet propter coctionem deteriorem plurimum congerant materiæ calculoſæ, tamen ob urinæ meatum latiorem,

laxio-

laxiorem breviorem atque rectum, tutæ eſſe ſolent à calculo veſicæ, lotii craſſioris beneficio.

Signa. Vaga adeſt circa pubem & perinæum à calculo oberrante titillatio: gravitas quædam circa anum, imamque pudendi partem perſentitur, ſaltationem, aſcenſum, inceſſumque per loca ſalebroſa difficilem reddens. Verenda pruriunt ac præſertim præputium. Virilia etiam in infantibus eriguntur. Vana cietur deſidendi cupiditas. Mictio interciſa & ſtranguriosa. Urina aut cruenta eſt, aut alba, ac lactea; aut ſubalbida; aut craſſa & turbida cum mucoſo ac ſabuloſo ſedimento; aut aquea & limpida omnium peſſima, ſi confuſam urinam exceperit. Notabilis eſt *Aphor. 29. lib. 4. Quibus in lotio ſabuloſa ſubſidunt, iis veſica calculo laborat.* Hujus Aphoriſmi fides apud *Galenum* alioſque peritos vacillat. Nam ſicuti areniſtitium calculum creat, ſic arenarum excretio præſervat à calculo; deinde plurimos quoſque nuſquam fuſis arenulis calculo teneri, innumeris probatur experimentis, & arenarum exitus videtur potiùs opinionem calculi tollere quàm firmare, ob virtutis expultricis robur, & materiæ, quæ in calculum vertatur, ineptitudinem ex tenacitatis defectu. Ad tuendam *Aphoriſmi* veritatem nonnullis placet urinâ arenosâ calculum ſignificari non in facto, ſed in fieri.

ri. Notandum quod hæc ſigna fidem ſæpe-
numero fruſtrantur; nec lapidis magis, quæ
cæterorum veſicę affectuum opinionem prę-
bent. At præſertim occultus eſt ille calculus,
qui annectitur veſicæ parietibus, aut de ejus
ſummo pendet; nec alia ratione detegi po-
teſt, quam dolorificâ catheteris immiſſio-
ne, ejuſque diligenti in omnes veſicæ par-
tes circumductione; circa quam artificio-
ſam perſerutationem ſequentia probè obſer-
vanda. 1. Calculos multâ lubricâ pituitâ,
atque etiam cyſtide nonnunquam circum-
volvi. 2. Veſicam juxta collum ſuum ad in-
teſtini tecti latera, plurium lapidum onere
interdum fieri ſinuoſam, hocque inibi tan-
quam in cubili deliteſcere. 3. Calculum in-
tra veſicæ duplicaturam aliquando detineri,
quo loco ureteres veſicam ſenſim ac tor-
tuosè ingrediantur.

Curatio. Ultimum remedium eſt li-
thotomia vid. *Senn. chirurg. Paræum l.* 16.
extrema ſunt narcotica, ſed cautè exhibita,
Helmontii remedium, quod pro arcano in
tractatu ſuo de lithiaſi miris laudibus extol-
lit, à peritiſſimis in arte Medicis jamdiu
exploſum. Jactat quidem ille ſuo arcano
Duelech, ut loquitur, hoc eſt calculum in-
tra corpus non quidem in inſenſibilem &
homogeneum quaſi pollinem, ſed reſciſſo
mixtionis vinculo in prima, quibus conſta-
tur, principia, per retrogadam analyſin in-
nocen-

nocenter diſſlari. Sed oculatæ ſunt manus noſtræ, credunt quod vident: ſecus in re tam arduâ, ubi agitur de expediendo nodo pluſquam Gordio, experientia judicat: cum Idiotæ illo *Helmontii* ludo ſeu arcano, ſolummodo ludantur. *Ant. Menjotius in diſſertat. ſuis Pathol.*

Fernelius omnem calculum veſicæ à renibus veniſſe ait; quam ſententiam tribus rationibus ſtatuminare nititur. 1. Quia nephritici dolores ſemper anteant lithiaſi. 2. Quia omnia mucoſa è veſica per urinam vacuantur; unde omnem calculum veſicæ, ſi frangatur cortex, nucleum ſemper continere tanquam indumentum. 3. Quia abſque hac remora, ſive nucleo, humor futuri calculi materia apud veſicam reſtare nequeat; cum corpora multò craſſiora, pus verbi gratiâ atque ſanguis, illinc cum urinâ profluant. Verum hæc *Fernelii* opinio *Hipp.* doctrinæ in Coacis adverſatur. *Nephritis* inquit, *ante pubertatem non advenit*: & alibi docet, calculo veſicæ pueros potiſſimum tentari; quomodo igitur hujus genitale rudimentum traxere è renibus. Præterea veſicalis calculus quandoque viſus eſt infantibus coævus: at non credendum ipſos nephritico dolore intra uterum fuiſſe affectos.

Calentura. Eſt nomen morbi peregrini quô afficiuntur navigantes dum ad Tropicum

cum accedunt, conſiſtit in imaginatione læſa cum pulſu debili ſine febre.

CALVITIES eſt capillorum defluvium propter humorum ex quibus nutriri ſolent, inopiam; Si verò propter eorundem humorum vitium corrumpantur & cadant, non *calvities*, ſed *alopecia*, *area* & *ophiaſis* dicitur. *Hipp.* 1. *de comp. med. loc. c.* 2.

Camaroſis, Camaroma, eſt ea oſſis cranii præcipuè fractura quæ cameræ ſimilem figuram efformat.

Cambuca membrata. Eſt ſpecies bubonis ulceroſi ad inguina, vel juxta genitalia, atque ſignum eſt luis venereæ.

CANCER. Tumor eſt doloris moleſtiſſimi; eſtque duplex: vel *ulceratus*, qui *phagedæna* dicitur, cutem & ſubjecta quæque depaſcens: aut *non ulceratus*.

Prognoſt. *Cancer* cum particularis lepra dicatur difficilis, quemadmodum & univerſalis, curationis eſt: confirmatur, non curatur, niſi radicitus exſtirpetur, quod etiam periculo non vacat. *Vlceratus* peſſimus eſt, ob malignam, quam comitem habet, qualitatem. Quibuſcunque abſconditi fuerint cancri, hos melius eſt non curare, ſiquidem curati citius intereunt, & non curati diutius vivunt.

Curatio: Diætam obſervet, quæ ad frigiditatem & humiditatem accedat, cibos

ſucci

ſucci laudabilis, faciliſque concoctionis, quales in ſcirrho indicavi, eligat. vid. *Scirrhum.*

Curatio. *P. Borellus obſerv.* 53. *cent.* 2. ad curandum narium & mammarum cancrum miris laudibus effert ſuccum plantæ ONOPORDI frequenter admotum, imò & ipſam herbam contuſam: commendat ibidem plantaginem.

CANINUS appetitus: *Bulimos.*

CANITIES eſt pilorum ante legitimam ætatem in album commutatio. *Hipp.*

Cauſa. teſte Athenæo II 13. *Siccitas*, qua omnia marceſcunt, quamobrem iis, qui pileo caput tegunt *canities* acceleratur, quia humor abſumitur alendo pilo deſtinatus.

Capillitium. vid. Trichiaſis.

CAPITIS tremor ſenilis curatur: ℞. *Fimi pavonis.* ℥ iij. *diſtemperetur cum aq. vitæ ſ. q. pro tribus doſibus*, quibus utatur horis matutinis ad importunos capitis tremores. *Borellus obſerv.* XCVIII. *cent.* 3.

CARBUNCULUS. *Progn.* Carbunculi valde magni, fœdi coloris, cum ulcere depaſcente, aut qui in gangrænam mutantur, lethales ſunt. Sic etiam ii qui cordi vicini ſunt, aut guttur occupant, quô plures, eo periculoſiores, contrarium in bubonibus peſtil. obſervatur. Vide *Anthrax & Peſtis.*

CARCINOMA: *Cancer.*

CAR-

CARDIACUS morbus. *Cardialgia.*

CARDIALGIA eſt oris ventriculi dolor, &

CARDIOGMOS, morſus aut eroſio oris ventriculi, quod veteres καρδίαν nominabant. *V. Galen.* 5. *loc. aff* Cur compatitur cor; cum membra *naturalia* ſint valde ſeparata à *vitalibus*? putat *Mercurial.* 3. *prax.* 3. non propter vicinatem *cor* compati *ori ventriculi*, ſed potius ob excellentiam ſenſus, qua id præditum eſt: idemque ſentit *Fernel.*

Caries. Eſt morbus ſolutæ unitatis in oſſe, factæ per humores erodentes.

Caroli. Sunt puſtulæ venereæ in membro virili, quæ & caries pudendorum dicuntur.

CARUNCULA pudendi oritur ex ulcere in meatu urinario, & eò interdum augetur, ut urinam ſupprimat.

Curatio. Hieronimus Fabricius maximè commendat ſabinam pulveriſatam, ut & portulacam contuſam. Requiruntur medicamenta erodentia. Vid. *Pareus lib.* 18. *de lue ven. cap.* 22. Item *epiſtola ult. cent. quæ annexa eſt cent.* 4. *obſerv. chirurg. Fabr. Hild.* Opt. remed. ex *Sennerto* deſumptum. *Vide in obſerv. P. Borelli* 79. *p.* 79.

CATAGMA oſſis fractura. *Hipp.* 2. *Meth. cap.* 2. hinc *catagmatica emplaſtra* v. *Fractura.*

CATA-

CATALEPSIS: ſive *Catoche*, vulgo dicitur *oppreſſio*, *apprehenſio*, *detentio*, Lat. & Arab. ſæpius *congelatio*. Vide exemplum memoratu dignum in *Socrate*, *Gell.* 2. *Noct. Artic.* 1.

Cauſa. Frequentior eſt humor melancholicus frigiditatem atque ſiccitatem ſolito potentiorem adeptus; quandoque, licet rariùs pituitoſus. Vide *Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis Pathol.*

Progn. Inſolens morbus eſt & qui raró occurrit. Eſt autem acutus, qui intra 3. aut 4. ad ſummam dies jugulat. Quandoque fit μετάστασις in epilepſiam, apoplexiam, vel melancholiam: ac in genere pauciſſimi reſtituuntur.

CATARRHUS *Cælio Aureliano*, *influxio*, proprie *defluxio* dicitur. eſt defluxio humorum à capite. Elegantiſſimè deſcribitur, quod ſit ſupervacanei humoris è capite præternaturalis in partes infernas prolapſio. Priſcis Græcis hæc vox ignota; ſed ob deſidiam, teſte *Platone* 3. *de rep.* & luxum in victu homines lacunarum inſtar aqua flatuque exuberantes, coëgerunt præclaros Æſculapi ſucceſſores novo nomine *flatus* & *catarrhos* appellare.

Part. affect ſunt glandulæ totius corporis, ut & cerebrum, quod *Warthonus* non veretur glandulam ſui generis vocare; adde membranas, tendines, nervos.

Inter

Inter cauſas externas referendæ eæ omnes, quæ nimietate humorum caput replent. 1. auſter imbricus. 2. tempeſtas omnis ſquallida. 3. vitæ luxus & ingluvies ferina. 4. aq. algidarum uſus, quas *Hippoc.* pituitoſiſſimas & raucoſiſſimas appellat. 5. cibi aqueam capitis plenitudinem procreantes; ut piſces, legumina, fructusq́ horarii; vel cerebrum replentes vaporibus; ut lac, allia. capæ. 6. vigiliæ ſuperfluæ; 7. ſomnus prolixior, imprimis diurnus & à cibo: 8. frequentes ac intentæ, præſertim poſt paſtum, meditationes: 9. phlebotomiæ abuſus cerebrum infirmans: ſicut enim poſitivum frigus, ita quoque privativum, ſpermaticis membris valde adverſum. 10. Venus immoderata: nam ex *Arabum* computatione, dragma una ſeminis emiſſi reſpondet quadraginta dragmis optimi ſanguinis. vid. *Hippocr.* 5. *Epid.* 71. 11. tandem vita deſes & ſedentaria fluxionum feraciſſima. Hinc catarrhus teſte *Platone lib.* 3. *de Rep.* *Homeri* ſæculo ne nomine quidem cognitus erat, propter priſcorum hominum vitam frugaliorem atque impigram. Et apud Perſas, referente *Xenophonte* exſpuitores ac mucoſi male audiebant, tanquam vel voraces, vel otioſi. Vid. *Menjotium in diſſert. Pathologicis.*

Diff. Cum febre eſt, vel ſine. v. *Sneiderum*, defluxiones vel deſtillationes nonnulli

nulli diſtinxerunt hiſce veſiculis:

Si fluit ad pectus dicatur *rheuma catarrhus.*

Ad fauces *branchus*, ad nares eſto *coryza.*

S. Progn. Celſus lib. 4. *cap.* 3. Humorem in nares ſtillare leve eſt, in fauces pejus, in pulmonem peſſimum. *Hipp. lib.* 2. *prorrh. coryza* capitis doloribus blandimentum affert, cerebro moleſtâ humorum ſarcinâ levato. Pueri magis obnoxii quam ſenes, ſed hi difficilius perſanantur, arg. *Aph.* 40. *lib.* 2. *Catarrhus* cephalalgiæ junctus ægerrimè ſaneſcit: è fumoſis præcordiis ducens originem non ceſſat priuſquam febris & calor extorum quieverit.

Curatio. Probè obſervandum, ne fortiora reſolventia exhibeantur. Hæc enim humoris impetum ad pectus & pulmonem, aliaſque partes adaugere ſolent; ſed incraſſantia humoriſque impetum cohibentia erunt admiſcenda, qualia ſunt roſæ rubræ, maſtiche, coriandrum, nux moſchata, ſimiliaque maſticatoria. Subtenui exiſtente materiâ, vel fiant ex maſtiche ſolâ vel in hunc modum ℞. nucis moſchatæ ʒj. maſtiches, gummi Arabici ana ʒß. in pulverem redigantur, & cum aq. roſat. fiant trochiſci maſticatorii. Decoctum ligni lentiſci pro decocto ſudorifico uſurpatum cerebrum exſiccat & fluxionem cohibet. *Solenander*

maximè

maximè commendat ſeq. trochiſcos. *Conſil.* 10. *ſect.* 4. ℞. *thuris maſculi, ſucci liquiritiæ ana* ʒj. *opii, croci, myrrhæ ana* ℈ j: *cum ſyrupo papav. formentur* trochiſci *vel* pilulæ *urgente catarrho exhibendæ per intervalla. doſ.* ℈ ij. *vel* ʒß. Hordeatum ſeq. maximè conveniet. ℞. Hord. mund. q. ſ. maceretur per iij. hor. deinde coquatur ad pulpæ conſiſt. ſemper affundendo aq. tepidam: poſtea acc. amygd. dulc. excort. ℥ iij. ſem. cucurbitæ mundat ℥ j ß. ſem. melon. ʒj. papav. alb. lactucæ ana ℥ ß. contuſis omnibus cum aq. hord. eliciatur lac quod cum lib. ij. pulpæ hord. permixtum coquatur parum, addendo ſacchari vel ſyr. viol. partem. Exhibeantur ℥ x. aliquot matutinis ſuperdormiendo, & aliquando lectum ingreſſuro: Ad humorem fluentem revellendum, ejuſque acrimoniam temperandam poſt V. S. ſi cætera conſentiant, exhibeatur blandum catharticum, ne humores commoveantur e. g. ℞. *Rhei el.* ʒ IV. *myrobalan. citrin. ol. amygdal. dulcium confricat.* ʒß. *ſantali citrini* ℈ß. *infund. in aq. portulacæ & lactucæ. Expreſſioni diſſolve mannæ, granat. & ſyrup. roſar. ſolutivi ana* ℥ j. Deinde humor alterandus & incraſſandus julepis convenientibus e. g. ℞. *fol. lactucæ, portulacæ & plantag. ana* M ß. 4. *ſem. frig. major. & papaveris albi ana* ʒ ij. *flor. viol. nymph. & papaveris rhæados ana* p. j. *coquantur ad* lib.

lib. j *in colat. diſſolve ſyrupi violac. & roſar. ſiccar. ana* ℥j. *M. fiat julep. pro tribus doſibus bis in die ſumendis* Subſequatur poſtmodum purgatio fortior, addendo prædictis ſennam, catholicum diaprunum & ſimilia: tandem humorum incraſſationi & fluxus cohibitioni fortiùs incumbendum ſeq. ſyrupo. ℞. *ſyr. viol.* & *de roſ. ſiccis ana* ℥j. *ſyr. de papav.* ℥ß. detur ex cochleari horâ ſomni,

CATARRHUS in aures. V. Aurium dolor à fluxione.

Cauſus. Vide febris ardens.

Cenchrias miliaris eſt epitheton Herpetis. vide Herpes.

CEREBRI commotio principio neglecta, quandoque poſtea graviſſimorum ſymptomatum cauſa. *Vid. Fabr. Hildani Obſerv.* 9. *cent.* 1. *pag.* 22. *Idem obſer.* 12. *cent. ejuſdem.*

CEREBRI excrementa. ſi natura illa conſueverit per aures expurgare; ea excretione ſuppreſſa multi derepente interierunt.

CEREBRI intemperies. Intemperies cerebri.

CEREBRO læſo, aut ejus portiunculâ amiſsâ; non ex neceſſitate mortem conſequi: contra *Aph.* 18. *ſect.* 6. *Fabr. Hildanus Obſerv.* 13. *cent.* 1.

CERE-

CEREBRI obſtructio. Obſtructio cerebri.

CHIRAGRA. Vid. Arthritis.

Chironium. Eſt epitheton ulceris maligni inveterati, quod oras habet calloſas & tumentes, propterea vix cicatricem admittit.

Chloroſis. vide febris alba.

CHOLERA nomen habet à χολὴ *bile*, vél à χόλασι *inteſtinis*, quod materia, quæ ſurſum effertur, ex inteſtinis excerni videatur: eſt cruditatis nidoroſæ ſurſum deorſumque excretio vehemens.

Cauſa. Eſt quicquid de facili in cruditatem nidoroſam eamque pravam, corrumpitur; & peculiari pravitate naturam concitat, ad hunc orgaſmum; cujuſmodi vel imprimis ſunt uvæ, muſtum, & horarii fructus plerique omnes, maximè ſi ingerantur 4 aut 3 horis à prandio: pingues cibi & facilè rancorem contrahere ſoliti; lacticinia & acetaria, & quæ præterea ſunt difficilis concoctionis ob nidoroſitatem ſubſtantiæ, aut acrimoniam valde ſtimulantem, aut ſucci pravitatem inſuperabilem; peiora his medicamenta venenata & venena ſunt.

S. diagn. Adſunt tenſiones in ore ventriculi & gulâ; initio morbi aquæ ſimilia ſunt quæ evomuntur, excr. alv. liquida fœtida, morbo aucto augeſcunt tormina, anima deficit, membra reſolvuntur, faſtidium & anxietas magna. Sincera bilis ege-

ritur per os & anum, vertigo, ſingultus, livent ungues, algent extrema.

Progn. Nulli morbo minori momento ſuccurritur, inquit *Celſus lib.* 4. *cap.* 2.

CHOLERA & bilem flavam, & morbum de quo hic agitur, ſignificat. Dicitur nonnullis ſelliflua paſſio. Dividitur in ſiccam & humidam.

CHOLERA Sicca, eſt ſpiritus flatuoſi per ſuperiora & inferiora excretio cum inflatione ventris & ſtrepitu, dolore laterum & lumborum. Maximè autem ad lumbos pertingit ille dolor, ubi anguſtia coli & malè pervium coecum eſt, & nexus membranei, qnibus ea inteſtina renibus ac lumbis colligantur. *Vide Celſum lib.* 4. *cap.* 11.

Notand. choleræ ſiccæ humidam ut plurimum aſſociari, ambaſq; combinari. *V. Ant. Menjot. in diſſert. ſuis Pathol. eruditiſſimis.*

Diff. differt à tympanitide, quod in illa flatus non abdominis amplitudinem, ſed ventriculum & inteſtina repleant; in hoc peritonæum inter ac inteſtina potiſſimum ſtabulentur. In illa flatus per loca ſuperiora ſimul & inferiora copioſè emittantur; in hoc, potiori ex parte ſupprimantur.

CHOLERA humida ἀπωλῶς, cholera dicta eſt immodica ventriculi perturbatio, infernè ac per vomitiones facta. *Paul. Ægin. lib.* 36. 39.; dirimitur in veram & ſpuriam.

Cauſa. Vera fit à bilioſo humore, qui furioſâ

ſurioſâ feritate percitus, quaſi ruptis repagulis excurrit, non minus labem viſceris, puta ventriculi, hepatis, meſenterii arguit, unde manat, quam partibus ipſis, ad quas transfertur, calamitoſus eſt. Sicut, ut *Cl. Menjotii* verbis utar, in civilibus turbis, incolæ etiam pacatiſſimi, tumultuantium contagione fervent: ita commota in hocce morbo bilis, eſt quaſi fax funeſta inteſtinæ ſeditionis, cum humores fœdi probos ſuccos quibus commiſcentur, facilè contaminent.

CHOLERA ſpuria remiſſior & quaſi modificata cholera oritur ab eſculentis in ventriculo vitiatis, aut ex ſe vitioſis, quæ ſi bileſcunt exquiſitam producent choleram. *Cauſæ* externæ, venena, ut fungi, &c.

Progn. Sicca cholera rarior eſt bilioſâ & longè minus periculoſa. Cholera Notha vix quicquam mali præſagit, corpuſque potius depurgat. Verum cholera humida & bilioſa periculi plena, primo, ſecundo, tertio & ad ſummum quarto die patientem enecans. Unde *Celſus lib.* 4. *cap.* 11. *Nulli morbo*, inquit *minori momento ſuccurritur. Vt inſidioſus eſt plerumque ejus adventus, ſic fallax eventus.* Lipyriæ auxiliatur, & quandoque maniam ſolvit. 7. *Aphor.* 5.

CHOREA S. VITI. v. Tarantati: à tarantula morſi.

Cœliaca paſſio. Vid. Inteſtinorum morbi.

COLICA ex illorum ſymptomatum cœtu, quibus à parte affecta nomen inditum eſt, quia *colon* frequentius patitur, eo quod utraque ſua extremitate ſit medio ſuo corpore anguſtius, unde hac parte facilè excrementis, & flatibus repletur, in genere eſt dolor inteſtinorum vehemens, vagus. Triplex conſtituitur, flatulenta, pituitoſa & bilioſa.

Progn. Ab inflammatione, omnium periculoſiſſima; minatur enim *volvulum*: non minoris periculi eſt, ſi à fæcibus induratis, aliaque materia obſtruente, niſi diſſolvatur. Magis urget & vires dejicit, quam *nephritis*. Tranſit quandoque in *arthritidem*, fluxione ſcilicet viam mutante ad articulos, degenerat quandoque in *hydropem*, perſeverante cruditate, quæ morborum frigidorum parens; nonnunquam in *paralyſin*, tranſlatâ ad ſpinalem medullam, aut nervos materiâ. Quibus tormina & circa umbilicum labores & lumborum dolor, qui neque purgantibus, nec aliter ſolvatur, *in hydropem ſiccum* firmatur. *Hipp. aph.* 11. *Sect.* 4. Excrementa non retineri, dolorem locum mutare, atque etiam intermittere, ſalutem promittunt. E contra, ſi dolor graviſſimus, nec mitigetur auxiliis, nihilque excernatur, vomitus autem vomitui ſuccedat, atque ſudor frigidus, mortis eſt periculum. Tranſit interdum in *abſceſſum*.

Curatio

Curatio. Juſculum cum allio & oleo olivarum calidè hauſtum, cum vini optimi dimidiâ parte pro ſæpè experto commendat *P. Borellus obſerv. 92. cent.* IV. *ut & opii grana* x. *in enemate.*

COLICA à fæcibus, flatu.

Curatio. 1. Clyſteres injiciantur mollientes, lenientes, quales in dolore ventriculi à ſimili cauſa deſcripti; ac ſenſim fortia purgantia miſcenda, donec excernantur fæces; ſi uno aut altero clyſtere alvus non deponat, ut ſæpè contingit, acri ſuppoſitorio provocanda eſt; in uno prædictorum clyſterum cum ſucceſſu addantur aq. benedictæ unc. iij. ſi non operentur: leniens per os exhibeatur, ut mannæ unc. j. ſem. ol. amygd. d. unc. j. cum jure gallinæ. Inteſtina lupi vino albo abluta, in furno exſiccata & in pulverem redacta ſubitò dolorem ſedant. doſ. ʒj. vel ℞. *Aloës opt.* ʒj. *laud. opiat.* gr. IV. *diagridii* gr. VI. *Miſce form. pil. n.* VI. *pro unâ doſi.* dolorem ſedant noxioſque humores educunt.

COLICA bilioſa curatur clyſteribus emollientibus & acrimoniam humorum temperantibus; fotu ex decocto emolliente & anodyno, aut ſemicupio ex eodem decocto. Convenit etiam cataplaſma ex farina hordei, & ſem. lini coctis in ol. chamæm. ventri infimo impoſitum: ut & epithema refrig. hepatis regioni admotum, in hac for-

ma ℞. *ſucci endiviæ & cichor. ana* ℔ß. *ſucc. lactucæ, aceti roſ. ana* ℥ ij. *Miſce pro epithemate.* Sedato quodammodo dolore, expreſſo Rhei in aq. cichor. cum ſyr. roſ. exhibenda, frequenter reiteranda uſquedum totam humorum ſaburram evacuaveris. V. S. aliquando convenit, cum metus, ne calore aucto febris generetur. Quod ſi doloris atrocitas urgeat, ad narcotica confugiendum.

COMA, *Cataphora*, *Carus*, *Lethargus*; *Apoplexia*, affectiones ſunt ſoporiferæ, quæ in hoc conveniunt, quod ſudorem morbificum inducant, auferant tamen ſecundum *magis* & *minus*, propriiſque quibuſdam differentiis. Vide *Soporoſi affectus*, *Coma* ſomnolentum eſt actio imminuta à ſpirituum influxu prohibito.

Progn. Coma, quod virium imbecillitatem ſequitur, valde exitioſum; ſicut quod morbos calidos & ſiccos ſequitur, ut poſt phrenitidem, & quaſdam febres. Minus periculoſum, quod à frigida intemperie ſola pendet, quam quod à frigida & humida, & hoc minus, quam illud, quod fit à contrariis intemperiebus. *Carus* ſemper malus & *comate* pejor. *Carus* à vulnere capitis, malus, V. *Hippocr. Aph.* 51. *Sect.* 6.

Curatio. Vid. *Apoplexia*, *Catalepſis*, *Lethargus*.

COMBUSTA. *Diff.* vel calor ſaltem

in

in parte ſentitur, vel veſiculæ tantum excitantur vel eſchara fit.

Progn. A fulmine plerumque lethalis. In abdomine difficulter curantur; profundiores eſcharæ minus ſunt dolorificæ.

Curatio. Unguentum ex cortice mediano ſambuci, adipe renum vervecis, ol. olivarum, & ſucco ſempervivi minor. adjecta paucâ cera fiat ungu. Vide *plura in Centur.* 1. *Obſervat. P. Borelli* 50. *pag.* 52.

CONCEPTUS vitioſus. Mola.

CONGESTIO [in tumoribus præter naturam] fit vel ſenſim ex humoribus in membro putreſcentibus, qui alimenti naturam [ob caloris nativi imbecillitatem] ſubire non poſſunt; vel ex partis intumeſcentis excrementorum proventu: quæ ſudoribus, difflatione, aut alia ratione diſcuti non poſſunt; omnis enim pars corporis, quæ alimentum recipit, excrementa progignit.

CONVULSIO, σπασμὸς: Spaſmus ipſo nomine planè declarat, quam hyparxin, quamque naturam habeat. *Celſo: nervorum rigor; Aureliano: conductio & diſtentio. Defin.* nervorum muſculorumque ſuam originem verſus, præter voluntatem perpetua contractio, eſtque vel *ſpuria*, vel *legitima*.

CONVULSIO ſpuria, ſive notha

Vide *Spaſmus cynicus*.

CONVULSIO legitima eſt motus muſculorum depravatus. Interdum totum corpus, interdum partes infeſtat; quæ totius eſt corporis, id adeo arcte occupat, ut flecti haud poſſit: quumque corpus in priora curvatur, *emproſthotonos* eſt: cum in poſteriora *opiſthotonos*; quum æquali robore in utramque partem, *tetanos. V. Compend. m. Theoret.*

Cauſæ. Communis celeberrimorum practicorum opinio eſt, fieri vel à repletione, vel inanitione, vel convulſione; ab irritatione ortam non eſſe veram convulſionem; ab inanitione rariſſimè contingere; ut plurimum fieri à repletione & humore pituitoſo. Alii contra cauſam non eſſe ab inanitione, quia fit ab elleboro: quia in hecticis & febribus ardentibus raro fit: nec à repletione; quia in plethora non fit, nec elleborus replet.

Curatio. Si à repletione, aut per eſſentiam, à V.S. auſpicanda; ſi plethora adſit, vireſque ſint validæ: in eâ evacuat. ſatius eſt peccare in defectu quam in exceſſu; cum cauſæ principali quæ pituita eſt, contrarietur. Dein purgatur ſeq. pil. ℞. *Maſſæ pill. cocciar. mm.* ℈ij. *caſtorei gr.* iij. *ma. laxantur cum. aq. betonicæ & formantur pill. n.* vij. ſummo mane aſſumendæ præcedente levi cœna. Admoveantur cucurbitulæ cum ſcarifi-

carificatione, ſi vena non fuerit ſecta, alioqui ſiccæ; ſi crura ſint convulſa, natibus & lumbis applicentur; ſi brachia, collo & ſcapulis, &c. Præparetur materia apozemate convenienti, purgante, ſi reliqua conſentiant; ſin minus detrahantur, Maximè inter topica conveniunt balnea ſulphurea, in contumacioribus præſertim convulſionibus, nec non balnea ſicca ſeu vaporoſa ex decocto ſalviæ, roriſm. ſtæchados, chamæp. origani & ſimilium, cum vino albo, lapidibus ignitis, aut ſcoriis ferri ignitis infuſo: optimum etiam eſt fotus ex aq. vitæ occipiti & cervici applicandus. Durante horum remedior. uſu, cerebri expurgationis ratio habenda, apophlegmatiſmis, & errhinis, eademque pars roboranda opiatis cephalicis, aquâ apoplecticâ, theriacali & ſimili. *Rondeletius* commendat aquam ſuam hirundinum ex hirundine & caſtoreo paratam, *cap. de Epilepſia*; & adhibitam convulſioni à repletione ſubito mederi inquit.

Si ab eſu fungorum, & dolor intolerabilis, ut fieri ſolet, urget; ei præ cæteris occurrendum ſeq. linimento ℞. ol. violacei, lilior. chamæmeli, ana unc. ſem. ol. amygd. dulcium, maſtiches & roſac. ana unc. j. inungatur pars affecta. Si efficacius requiritur remed. ℞. Rad. althææ, lil. ana lib. ſem. fol. malvæ, violariæ, origani, ſalviæ, abſyn-

thii, ana M ij. ſem. lini fœnugræci ana lib. j. decoquantur pro balneo, in quo diu non immoretur æger, ſed dolore ſedato confeſtim egrediatur, vel immergantur tantum partes convulſæ. Paretur & balneum ex oleo puro; Si æger dives, in eo decoquatur vulpes una vel altera.

CORYZA. V. *Catarrhus.*

CRAPULA. Vid. Ebrietas.

CRASSITIES nimia corporis. *P. Borellus cent.* 2. *obſerv.* 11. commendat maſticationem fol. tabaci. Pituitoſis & frigidis corporibus conducere poteſt, macilentis vero & ad tabem vergentibus noxia. Folia lauri linguis impoſita aquas multas educunt.

CREPITUS *ventris* & *Ructus*. Stoici, teſte *Cicerone* 9. Ep. F. 22. crepitus aiunt æque liberos ac ructus eſſe oportere licet Veteres per menſas munditiarum cauſſa deſlare vetabant. *Plin.* 28. 2. tamen *Claudius Cæſar* dicitur meditatus edictum, quo veniam daret *efflatum crepitumque ventris* in convivio emittendi: cum periclitantem quendam præ pudore ex continentia repeperiſſet. *Sueton.* Feſtive *Nearchus, Anthol.*

Interimit *crepitus* multos in ventre retentus:
Et ſervat balbum quando dat ille ſonum.
Ergo ſi *crepitus* pariter ſervatque necatque,
Regibus hunc magnis quis neget eſſe parem?
Roverius.

CRI-

CRISIS. Ratio *criſeos* dependet à natura, quæ ordinatis & ſtatis temporibus agit, *Galen.* 3. *criſ.* 16. Humores morbificos caſtigat, coquit & expellit motu, quidem vario, pro varietate ſcilicet *humoris, temperamenti, ſexus,* & *regionis,* ſed cum natura agat ipſis influxibus cœleſtibus agitata; non raro *ſextus* dies *criticus*, ut & *octavus*, circa *Pleiadum* ſcilicet occaſum. *Hipp. Epid.* 4. *t.* 2. Ita & alii ſæpe fiunt boni, pro varietate ſcilicet naturæ, ægri & morbi. *Dies boni critici* ſtatuuntur: *3. 4. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 18. 21. Mali* 6. 8. 10. 12. 13. & *alii.* Diebus *bonis* materia peccans *evacuatur*, ſæpe vomitu, ſudore &c. Sæpe alio *transfertur*, unde febris quandoque alios morbos ſolvit. De Aſtrorum influxu; ad cujus nutum natura ſæpenumero agit, & virtus ægri reſpondet, vt & de ægrotum *apheta & anareta* &c. *V. Compend. meum Theor.* & *Dn. Le Petit, Pariſienſem; diſcurſum Dn. Boleau;* & *Medit. Gaſſend. Moebium Inſtit.* 15. *Andr. Laurent; Maginum, Caſ. Optatum*, de diebus criticis & alios.

CRUDITAS eſt, quando cibus non coquitur, ſed crudus excernitur: Epulæ cruditatem afferunt, & non prodeſt cibus, qui ſtatim emittitur. *Senca Ep.* 24. & 2.

Signa ſunt crebri ructus ac ventris ſonitus, faſtidia cibi. *Columel.* 7. Rutam commendat *Plin.*

CRUDITAS acida, eſt intemperies ventriculi calida & ſicca incipiens. Nidoroſa eſt eadem progreſſa. Signa ex ructibus acidis nidoroſis. In cruditate acidâ corruptâ adeſt. 1. Faſtidium ciborum conſuetorum. 2. Pica ſeu appetitus ad cibos inſuetos. 3. Malacia ſeu appetitus ad cibos abſurdos. Cruditas nidoroſa ſi corrupta ſit, adeſt. 1. Appetitus caninus, ſub quo ægri valdè cibum ac potum appetunt, rapidè aſſumunt & ingeſtum revomunt ut canes. 2. indelebilis fames cum perpetuâ quaſi lipothymiâ. Utrobique excrementa alvi liquida ſunt & extrema fœtida.

Curatio conſtat ablatione corrupti, correctione intemperiei, reſtauratione partis ac roboratione caloris nativi. Aufertur corruptum vomitione primum, deinde purgantibus, inter quæ pulv. diaſennæ, extract. Mechoacannæ & Mercurius dulcis multum præſtant. Intemperiei corrigendæ & parti roborandæ conveniunt ſpiritus vitrioli acidus, imprimis Philoſophicus cum tincturâ roſarum aut vino granator. aut ſyr. limonum. In acida imprimis conveniet maxime ſequens. ℞. *Pill. Aleophanginar.* ʒ ij. *Tart. vitriolati* gr. viij. *Lact. ſulphur.* ℈ß. *Miſce fiat maſſa.*

CRUDORUM genera ſunt duo, quæ à calore noſtro non ſuperantur. Primum, eorum, quæ prorſus coqui non poſſunt, qualia

qualia ſunt *acria*, ſecundum, eorum, quæ apta quidem ut coquantur, exiſtunt, *cruda* tamen remanent, tum quia vel difficilis ſunt coctionis, vel calorem ignavum & imbecillum nanciſcuntur. *V. Renat. Moreau*; c. 7. & *Comp. m. Theoret.* tit. *Cruda*.

Deglutitio impedita. Fit variis de cauſis de quibus vide ſuis locis.

DELIRIUM. Principis facultatis animæ, quæ in *cerebri ſubſtantia*, tanquam in proprio domicilio reſidet, depravata functio eſt *Deſipientia* ſive *Delirium*. Græc. παραφροσύνη & ἄνοια dicta, quæ *mentis* eſt *alienatio*, unde etiam recte *amentia* nuncupatur V. *Comp. m. Theor.*

Diff. Deſipientia alia cum febre, alia ſine febre exiſtit; quæ cum febre *phrenitis* appellatur, ſi primarius eſt affectus; alioqui febris eſt ſymptoma. Mens penitus obbruteſcit in *amentiâ*; hebeſcit in *fatuitate*; corrumpitur in *delirio*: *cauſa delirii* minus principalis eſt ſpirituum animalium vel inordinata motio, vel impuritas, vel utrumque ſimul. Vide *Inflammatio cerebri*, & *Anton. Menjotium in eruditiſſ. ſuis diſſertat. Patholog.*

Dentalis lapis, eſt materia illa tartarea, ſeu tophacea quæ circum dentes gignitur, quæque ferro eſt avellenda aut medicamentis.

DENTIUM *dolor*. Fit vel à cauſa frigida,

fida; vel calida, vel vermibus in dente. Affluit ſerum illud velà capite vel ab alia parte.

S. Progn. à dolore tumor, bonum.

Curatio. Pilula *D. Herlicii* in ore detenta mira præſtat in dent. dolor. componitur h. m. ℞. ſeminis apii gr. ij. hyſcyam. opii ana gr. IV. ſyr. papav. q. ſ. M. fiat pilula. Ad periodicum dentium dolorem, qui præſtantiſſima eludere ſolet remedia, curandum felici cum ſucceſſu utitur *D. Spigel. colomachrio, tab.* XII. *figur.* I. *deſcripto* quo inſtrumento candente eam anthelicis partem, quæ ſuperiorem tragi immediatè contingit, incidit, vulnuſque deinde iterum conſolidat *P. Borellus* multos ſanavit *lapide ſuo imperiali* vocato, cujus fruſtulum denti dolenti impoſitum ſtatim aquas allicit, & ſcreatu frequenti dolorem aufert: deſcribitur ab eo *obſervat.* 98. *pag.* 97. & ad varios uſus ibi commendatur, fit ex ſalis petræ & aluminis rochæ ana pulveratis & in crucibulo fuſis, addendo parum ſulph. *Idem obſerv.* 27. *cent.* 3. Burſam paſtoris contuſam & auribus inditam avellanæ magnitudine pro optimo remedio commendat; & allium contuſum cum ſalis momento & pollici admotum, & emplaſtrum ex pice Burgundicâ cum pulvere nucis moſchatæ multis contuliſſe idem affirmat *obſerv.* 68. *cent.* 4. Alii ſaponem pedum plantis apponunt, ut quaſi veſicante remedio excorientur, & ita dolor dentium minui-

minuitur humore alibi derivato. Graviſſimos dolores dentium vidimus, ſimul ac evomuit aliquis, tolli: *Crato ep.* 182.

Depilatio. Vid. pilorum defluvium.

Derbia. Idem quod Impetigo.

DESIPIENTIA. V. *Delirium.*

DIÆTA *ægrotantium.* v. Victus ratio ægrotantium.

DIÆTA *benevalentium.* v. Victus ratio benevalentium.

DIARRHOEA à διαῤῥέω, quod eſt *per medium fluo & defluo*, cum venter pluries & aſſidue dejicit humida excrementa ſine ſanguine & dolore, *Græc.* διάῤῥοια *Lat.* alvi profluvium, eſt fluxio alvina: vel alvi fluxus ab humoribus excrementitiis factus Eſt autem morbida aut critica: hanc, cum bonis ægri rebus fit, oportet ſinere; illam verò diligenter tractare: propterea quod vires proſternat & adducat in periculum dyſenriæ. Morbida eſt, quæ l. morbus ipſe ſit, l. ſymptoma morbi: hæc familiaris eſt febribus ardentibus aliiſque colliquativis morbis. Quæ morbus eſt, poſtulat ut accuratè diſtinguatur pars mandans à laborante.

Signa cujuſque petenda ſunt potiſſimum ab excretis & à partibus, unde illa venire arbitramur. *De quibus alibi hiſce.*

Materia irritans ad ſui expulſionem eſt aut cruditas, aut colluvies, aut cacochymia; ſed benignior. Cruditas quæ in pleriſ-

que

que fluxionibus obtinet, eſt à ventriculo & ut plurimum acida aut porracea; illa in adultioribus, hæc in infantibus frequentior. Clluviesin iis, quæ à meſenterio, pancreate, aut utero proveniunt. Cacochymia in iis quæ à cerebro aut habitu corporis ſunt.

S. diagn. Si habitu corporis venit, ſæpe ſeroſa eſt, & accidit Leucophlegmaticis; de hac vide *Aphor.* 29 *lib.* 7. *&* 14. 6.

Progn. Periculoſum admodum, ſi intempeſti è ſiſtatur conatus naturæ, & materiæ ſalubris fluxus. Itaque exactè conſiderandum, an ſufficiat natura excretioni nec ne, ne currenti additis calcaribus præcipites in mortem demus ægros. *Videantur Hippocr. Aph.* 14. *Sect,* 5. *aph.* 2. *ſect* 1. *&* 14. *ſect.* 2. 15. *ſ.* 6. *aph.* 17. *ſect.* 6. In leth rgo & peripneumonia mortifera, *Hippocr. l.* 3. *de morb.* Qui alvi profluvio multo tempore detinentur una cum tuſſi, non liberantur, ſi dolores vehementes in pedes non inciderint, *idem lib. de judic.* Poſt morbum diuturna, peſſima, ad hydropem enim aut alium affectum periculoſum ducet. Si ceſſat & febris ſuperveniat, aut perſeveret, cauſam intus remanſiſſe ſignificat. Quando modo ceſſat, modo repetit, malam alicujus partis in ventre diſpoſitionem oſtendit, aut fluxionem à capite per intervalla delabentem, aut aliquod putredinis ineſſe fermentum.

Curatio conſiſtit in refrigeratione ſanguinis

guinis, evacuatione materiæ peccantis, & roboratione partis mittentis.

Si ab humore acri. Ad fluxum cohibendum confert hîc exterius emplaſt. ex theriacâ veteri cum terrâ ſigillatâ, interius ſyr. è roſis ſiccis, myrthinus è ribeſiiis, aut berberis, vel è corallis *Quercetani.* C. C. philoſophicè præparat. *P. Borellus obſerv.* 40. *Cent.* 2. multos, inquit, alvi fluxionibus, imò ſanguineis liberatos & curatos fuiſſe remedio alimentoſo, ſumpto ſæpe lacte vaccino recenti, ovorum luteis in eo ſolutis. Sed corpus ante hujus remedii uſum probè prius repurgandum. Commendat idem Author etiam panem bis coctum cum ſemine ſambuci mixto, qui ad ʒ j. idem in vino propinatus valde celebratur. Item panem ex farinâ ſiligineâ cum ſucco ſambuci optimum eſſe inquit ad fluxus ſiſtendos. In contumaciori alvi fluxu commendatur clyſter ex juſculo & theriacâ recenti. It. pilulæ de bdellio bis aut ter in ſeptimana ſumptæ.

Dicophyia. eſt illud pilorum vitium quo finduntur & bifurcantur, circa quod vide pilorum vitia.

DIFFICULTAS reſpirandi eſt obſtructio pulmonum: eſtque triplex, Diſpnœa, Orthopnœa, & Aſthma, *Materia* obſtruens in iſtâ eſt ſanguis, in illâ crudus humor, in hac pituitoſus. *Signa* ſunt difficultas

cultas & crebritas reſpirandi. Vide *Aſthma.*

Ditrichiaſis. Eſt illud palpebrarum vitium quo pilis naturalibus alii ſuccreſcunt unde oculus læditur. Vid. palpebrarum vitia.

DOLOR *AVRIVM* vid. *Aurium dolor.*

DOLOR *capitis*, Inter corporis membra nullum invenias *Capite* magis doloribus obnoxium; quia in ſuperioribus poſitum aliorum excipit *fuliginem*; & cauſis externis obvium ab illis ſæpiſſime offenditur.

Progn. Quibus per febrem *dolor capitis* cœpit prima die, quarto magis premuntur; ſeptimo vindicantur: quibus tertia die, quinta magis premuntur nona aut undecima. Quod ſi quinta die *dolore* incipiat vexari, & alia quoque ſecundum rationem illis accidant ex prioribus, decimo quarto morbus finietur. *Hipp.* 3. *Progn. cap.* 12. Vid. *eund. Hippocr. aph.*51. *Sect.*6. *aph.* 70. *ſect.* 4. *aph.* 10. *ſect.* 6. *Dolor capitis* febribus, qui à principio non invaſit, inſeparabile futuræ criſis indicium eſt. *Gal. l.* 1. *de a. c. ad Glauc.* Uterum gerentibus *cap. dol.* ſoporoſi cum gravitate exiſtentes; mali ſunt. *Hipp. lib.*1. *prad.* Quibus ſunt *cap. dol.* & ſonitus aurium, & vertigo & vocis tarditas, & manuum torpor; eos aut apoplecticos, aut comitia-

mitiales, aut obliviosſos fore exſpecta. *Id. Coac.* 2. *l.* 2. & 25. *l.* 1. & 10. *l.* 2. In vehementi capitis dolore, urinæ aquoſæ malæ ſunt, metuendum enim delirium, aut inflammatio ſurſum bile tranſlata. Si vehemens præter rationem ſubito evaneſcat, periculum minatur, facultatis necroſin ſæpe ſignificat. Conjunctus cum diſtenſione nervorum, inflam. ocul. aut ſubverſione aut inflatione, ſummum periculum minatur.

Curatio. In hemicrania hoc frontale multum ſolatii adfert, ſi in paroxyſmo applicetur. ℞. album. iij. ovor. diu agitentur cum croci momento, & cum linteo fronti applicentur. In pertinaciori aperiatur vena recta frontis. Proximius enim hæc V. S. ſanguinem è capite derivat, & ejus ardorem mitigat, nullum datur remedium, quod æque ac V. S. refrigeret & ſanguinis impetum retundat.

Si totum caput infeſtat, *Cephalalgia*; ſi dimidiatum *Hemicrania*: inveteratus *Cephalea* dicuntur, hæc, ut & *Hemicrania*, eſt periodica: *Cephalalgia* vero continua. Si *dol. cap.* unicam particulam, quaſi *clavum* infixum referens, obſidet, dicitur.

Si *a bile*, quod cognoſcitur, ſi abſit gravitas, & adſint col. in facie & ocul. citrin: ſomn. brevior & interrupt. ling. ſicc. & amaritud. infecta, pulſ. freq. & velox. *Curatur* enemat. refrig. & emoll. V. S. mediam.

dian. in dextro brachio. Ejiciendo ipſam bilem per rhabarb. in aq. cichor. & endiv. infuſ. addito ſyr. viol. ſol. mitigando julapiis accommodat. fervorem & evaporationes humor. vitioſi, & præſcribendo diætam refrig. & humectantem. V. *Febr. bilioſ.*

Si *a crapula* & ebrietate; quamvis *artis præſidia* non mereantur *lurcones*, quibus nihil prius, nec exoptatius

Quam certare mero & cyathos verſare capaces,

Ob *ſymptomatum* tamen, quæ ebriis obveniunt enormitatem & periculum manus medica eis denegari non poteſt. *Cauſa*: ex nimia vini potentioris ingurgitatione exhalantes fumi caput & cerebrum petunt, membranaſque tendendo, mordendo & vellicando, tam intenſo *cap. dol.* ſæpe anſam præbent, ut nonnulli delirio vel vertigine vel convulſionibus correpti, vel apoplexia ſubito exſtincti ſint. *V. Ariſt.* 3. *Sect. problem. Hipp.* 5. *aph. Schenckium obſ.* 149. *Horſtium l.* 2. *obſervat.* 12.

Curatio vomitus ſtatim ciendus, immiſſo primum digito, deinde penna ol. peruncta; eundem in finem convenit oxymel ſimpl. aq. tepid. dilutum. Somnus longior imperandus, hic enim concoquit: pro ſomno, ſi abeſt, conciliando conveniunt frictiones ma-

manuum pedumque cum ſale & aceto, exhibita emulſ. ex ſem. papav. & 4. ſem. frig. Braſſicæ folia in aq. tepida macerata & capiti impoſita & circumligata, vaporum aſcenſum prohibent, curatur ut *Cephal. bilioſa* V. *Ebrietas*.

Laudatur verbena, cujus aqua deſtillata & capiti admovetur & intus aſſumitur ad ℥iiij. cum ſpiritus ſalis gut. iij. ipsâ etiam verbenâ viridi de collo tantum ſuſpensâ, duos ægros curavit *Foreſtus*, cæteris remediis fruſtra tentatis: *Zacutus Luſitanus lib.1. Prax. Med. mirab. obſervat.* 7. 8. 9. *&* 10. quatuor laudat remedia, quæ multis levamento fuere. 1. fonticulum in ſummâ manu. 2. hirundines temporibus affixas. 3. apertionem venæ frontis. 4. juxta canthum oculi.

Si *inveteratus* ſit *capitis dolor* & *pertinax* admodum, antequam curationem aggrediaris, diligenter inquire, num ne à luis venereæ reliquiis: Quod cognoſces. 1. Si præceſſerit gonorrhœa virulenta: 2. ſi puſtulæ quædam latæ & ſiccæ in fronte, facie & capite emergant: 3. Si dolor noctu atrocior in habitu totius corporis ſentiatur. Hæc ſi adſunt ſigna, eadem ratione, quâ lues venerea curandus veniet ille capitis dolor: ſudoribus per guajacum provocatis & litu ex hydrargyro. *Paræus lib.* 16. *cap.* 4. Hemicran. deſperatam arteriotomiâ in temporibus celebra-

lebratâ feliciter curavit, idque ſine ullo periculo. Idemque magno cum ſucceſſu ſe tentaſſe & expertos eſſe teſtantur *Botallus*, aliique Practici. Aperienda arteria, ut in brachio vel pede detractis unc. vj. ſang. deinde deligatio appoſitis plagulis facienda & per 4. dies relinquenda. Vulneri emplaſtr. admovendum ex thure, maſtiche, bolo armeno & pilis leporinis albumine ovi ſubactis, admotâ deinde faſciâ, ut in vulner. capitis. De cauterio, & utrum actuale vel potentiale præferend. Vide *Arceum egregium Author*.

DOLOR *lumborum* in febribus.

Curatio. V.S. cucurb. ung. roſ. &c. Vide plura in *febr. ſymptomatis*.

DOLOR *ventriculi*. Ventriculi dolor.

DYSPEPSIA eſt intemperies ventriculi frigida & humida progreſſa.

Signa ſunt tumor circa præcordia ſtatim poſt cibum ſumptum, ructus, borborygmi & dolor inter coquendum in ventriculo veluti tenſivus, reſpiratio difficilis, omnia ceſſant jejunis. Curatio eadem, quæ in apepſia & imbecillitate ventriculi.

DYSENTERIA, *in genere* quælibet cruoris per ſedem excretio hoc nomine incignitur. Eſtque quadruplex. 1. *inteſtinalis*. 2. *ſanguinea*. 3. *melancholica*, & 4. *hepatica*. v. *Comp. in. Theoret.*

Prognoſtica in genere. In tenuibus inteſtinis

ſtinis periculoſior, quam in craſſis. Dejectiones infantium ſimiles, malæ in adultis. Si ſuperveniat viribus jam debilitatis ab aliquo morbo, lethalis. Cum febre pejor ſemper. Si febris ſuperveniat, quæ antea non erat, vel quæ exigua intenditur: putredinem circa ulcera majorem, aut inflammationem factam ſignificat, ſi ſubito ſanguis plus ſolito dejiciatur, peſſimum: ulcus enim ad profundum penetraſſe indicat, ſi ſanguis in inteſtinis concretus detineatur, facies pallet plus ſolito, pulſus minuitur, ac ſi æger poſtera die eſſet mortiturus. Vomitus in dyſenteria perſeverans, peſſimus. Singultus poſt longam *dyſenteriam* lethalis. Convulſio & delirium mortem ſignificant. Procedente *dyſenteria*, crepitus ſine materia, quia antea non erat, ſanitatis principium eſt. V. plura notatu digna ap. *Hipp. Aph.* 23. 24. *&* 26. *Sect.* 4. *Aph.* 3. 43. *Sect.* 6. *Aph.* 23. 48. *Sect.* 7.

DYSENTERIA *inteſtinalis*, quæ verè & propriè talis eſt, & ideò *dyſenteria* ſine adjuncto dicitur, deſcribitur inteſtinorum exulceratio cum dejectione frequenti cruenta, purulenta, ventris dolore ac torminibus validis, tum ante, tum inter excernendum, à materia acri & inteſtinis peculiariter adversâ, erodente, ortum habens.

Curatio: Imprimis hæc formula ex uſu erit: ℞. Juris vervec. ℥viij. ſacc. Tomæi, ℥ij. vitell.

ovor.

ovor. n. ij. M. fiat clyſter. *Angelus Sala* ſeq. clyſt. mirum in modum commendat: Caput vervecis per medium ſectum decoquatur, donec caro ab oſſibus ſeparetur. Juri colato adde ſummit. hyperici. M j ß. ℔ iij. rad. tormentillæ craſſo mod. contuſ. ℥ ij. Infunde per 3. vel 4. horas ſupra cineres calidos, colatur. vel ſuccus plantag. ſolus, vel lacte & decocto hordei contemperatus cum fructu injicitur.

Ad conſolidandum & fluxum cohibend. hoc præ cæteris commendatur: ℞. lapid. hæmatit. papav. ʒ ij. ætitidis nuclei interioris ℥ iij. Carneoli papav. ʒ ß. Bezoar. occident. C. C. ſine igne cremati terræ ſigillat. croci Martis adſtr. ana ʒ j. miſce fiat pulvis. Doſis ana ʒ ß ad ℈ iv. cum ſyr. adſtringente aut hoc vino ſeq. ℞. vin. rubell ℔ j. decoct. myrtillor. acaciæ. ſ. prun. ſylv. fol. quercus ana ℥ iv. conſ. roſ. rubr. antiq. ℥ iiij. Baccar. myrtill. unc. ij. caryophyll. cinamomi ana ʒ j ß. maſtiches ʒ j. bulliant ad tertias; colatura detur uſui cum præcedenti pulv. *P. Borellus obſervat. ſuarum Medico-phyſicar. cent.* 1. XIII. ſequentia, utpote ſæpius probata in dyſenteriâ magnâ & diuturnâ expertus eſt ℞. Fabar. cum cortice pulveratarum ʒ vj. caryophyll. exſiccat. n. viij. miſce fiat pulvis. deinde ℞. Lentium integrarum unc. vij. & cum aq. ℔ ij. bulliant, chalybeetur hæc aq. XII. vicibus & cum pulvere

pulvere ſupradicto ſumatur in 3. doſes matutinas vel ℞. ol. olivarum & ſacchari ana ℥ ij. liqueſcat ſacch. addendo vitell. ovor. n. iij. pro tribus doſibus matutinis. It. Argentinæ folium plantis pedum admotum pro ſecreto habet. Suadet hoc in caſu aëris mutationem. Habet idem pro arcano aquam ſuberatam, *cent.* 1. *obſerv.* 57. pro ord. potu.

Diæta. Non prætereundum, quod *Aëtius lib* 3. *cap.* 8. *& Paulus Ægin. lib.* 1. *cap.* 35. obſervant & affirmant inveterata alvi profluvia per venerem exſiccari. Id. teſtantur *Hipp.* 7. *Epid. in fin. & Amatus Luzitanus, curat.* 47. *cent.*2.

DYSENTERIA *ſanguinea* oritur virtute jecoris, quâ ſanguis toto redundans corpore liberaliter per alvum prorumpit.

Differt ab hæmorrhoïdali fluxu, quod hic ſit affectio venarum in ano deſinentium, ideoque ſanguis planè liquidus deturbetur; ille verò fiat per oſcula vaſorum, quæ in inteſtinis ac in ipſomet recto, ſed longius à podice terminantur, & proinde ſanguis dejiciatur non ita fluidus pigro lapſu per inteſtina deſcendendo, ſpiſſeſcens: talis eſt dyſenteria epheborum, cum fortè careant hæmorrhagiæ commodis.

Progn. hujuſmodi dyſenteria affatim ac ſubitò peragitur. Et teſte *Hippocr. lib.* 4. *de arte cap.*41. nec longa, nec mortifera eſt.

Curatio. Si acceſſerit viſceris oppreſſio

phlebotomiæ locus eſt; Si ab acrimoniâ ſanguinis venarum ad inteſtina pertinentium clauſulas irritantis, catharſis neceſſaria eſt ad expellendos bilioſos ac ſalſos humores.

DYSENTERIA *melancholica*, fit à ſanguine aduſto integro & ſplendente, quem hepar aut lien ad inteſtina protrudunt,

DYSENTERIA *hepatica* ſeu *hepatis*, ſeu *fluxus hepaticus*, eſt reſolutio facultatis ſanguificæ & retentricis in hepate à præſigni ejus intemperie, quâ ſanguis dilutior carnium recens mactatarum loturam referens, ex alvo profluit.

Diſting. à verâ atque ulceroſâ inteſtinorum *dyſenteriâ*, quod in hac dejectiones pauciores ſint, dolorificæ ac frequentiſſimæ: in illâ copioſiores, indolentes nec creberrimæ.

Quæritur, Cur hic affectus nullo ſtipatus ſit dolore; cum ſerum ſalſum ſit atque pungens? ℞. cum ſerum hepaticorum à cruditate fiat, non à corruptione vel liquefactione ſanguinis, ideò mite eſt, non acre atque mordax; prætereà quod à permixti ſanguinis benignitate demulceatur.

Progn. Non modò calamitoſa eſt magnitudine cauſæ, partiſque afflictæ nobilitate, ſed ſubductione quoque materiæ, ad alimoniam vireſque ſuſtentandas neceſſariæ. Si incautè compeſcatur, mille tædiorum & ca-

lamitatum author. *vide Cl. Menjotium in diſſertat. patholog.*

Cauſa eſt *hepatis* fervor & imbecillitas, cum ſanguinis meſaraici tenuitate, venarumque amplitudine vel dilatatione.

Curatio peragitur remediis hepar roborantibus, præcalidam ejus intemperiem corrigentibus, fluxumque cohibentibus; rhabarb. vel ſolum, vel cum myrobalan. exhibitum multum prodeſt, imprimis ſi quædam impuritates dejectionibus permixtæ comperiantur; hepar enim roborat, imo complures rhab. ℈j. cum conſerv. roſ. per aliquot dies aſſumt. *Lutet. Paris.* curatos vidi. *Clyſteres* parum proſunt, cum hepar imprimis affectum ſit; ne autem inteſtina nimis relaxentur, ex lacte chalybeato vel decoct. leniter adſtringente, componantur. Inter julapios præ cæteris ℞. aq. plantag. ℥ iv. ſyr. de roſ. ſicc. ℥j. ſp. vitriol. q. ſ. ad moderatam acredinem, F. julep. frequenter iterandus. Tab. triaſant. dupl. rheo ad ʒij. paſſul. Corinthiac. hepati amicæ valde commendatur; ut & ad hepar roborand. & flux. ſiſtend. tinctur. corall. vel ejus loco, extractum vel magiſter. in aq. plantag. exhibit. Succus ex tenuioribus ſurculis urticæ per ſe ad unc. ij. vel cum aq. appropriat. exhibit. mane per triduum, flux. ſiſtit & ſanguinem purificat. Exterius applicentur ventri remed. in curat. *dyſenter.* præſcripta addendo

hepatica, ut abſynth. roſ. ſantala omnia, ſpod. &c. In cibis hordeata, amygdalata, imprimis oryzata proſunt. Cum vires in hoc affectu valde imminuuntur, deſtillatum reſtaurans vel per ſe frequenter exhibitum, vel cibis permixtum præ cæteris ex commodo ægri erit, ſi adſint vigiliæ ad narcotica confugiendum, qualia in *alvi fluxib.* Propoſita.

Dyſorexia. Vid. Appetitus imminutus.

Dyſpepſia. Vid. Depravata alimenti concoctio, ſeu indigeſtio.

DYSPNOEA. v. *Aſthma*, *difficultas reſpirandi.*

EBRIETAS: ejus *cauſam* & *prognoſin* Vid. tit. *Temulentia.*

ELEPHANTIASIS ita dicitur ex deformitate figuræ & magnitudine. *Gallis* generali morbi nomine *maladie*, unde nobis *Belgis*, *Malaets*; *Lazarie* autem à *Lazaro* e S. S. noto. *Vid. plur. in comp. m. Theoret.*

Emproſtotonos. Eſt ſpecies Convulſionis. Vid. Convulſio.

EMPYEMA ſive ſuppuratio eſt puris tum confectio, tum collectio, quacunque in parte corporis oboriatur: at Medicis proprie ea eſt, quæ in thorace vel pulmonibus fit. *Defin.* eſt collectio puris in cavitate thoracis.

EPILEPSIA à Græco vocabulo

ἐπι-

ἐπιλαμβάνεσθαι, quod ſubito apprehendat, vel quod mentem ſenſuſque omnes quaſi prehendat ac corripiat, dicitur *Latinis*: *morbus comitialis*, *caducus*, *ſacer*, *Herculeus*, *puerorum* &c. *Vid. plur. in comp. m. Theor. Defin.* totius corporis diſtentio crebra; qua homo ſubito concidit ſenſuum omnium atque mentis functionibus interceptis. *Pars affecta* primaria eſt cerebrùm. & conſequenter nervi, nullatenus membrana.

Diff. Eſt vel *idiopathica*, vel *ſympathetica*; *fortis*, vel *levis*, *periodica*, vel *inordinata*; *hæreditaria*, vel proprio vitio *acquiſita*. Exemplum *epilepſiæ* cum hydrope, vide apud *P. Borellum obſervat.* 34. *cent.* 3. *quod notatu dignum eſt.*

Sign. diagn. Dentium ſtridor, ſpuma oris; urinæ, fæcum, ſeminis involuntaria excretio. 1. Si ex cerebri *idiopathia*, ſemper adeſt gravitas & intenſus dolor capitis, ſenſuum debilitas, ſtupor, faciei pallor, inſomnia turbulenta. 2. ſi ex *ſympath. ventric.* vel *orific. ſuperior.* iis in præcordiis & circa orificium ventriculi, dolor, corroſio vel diſtenſio ſentitur; nauſea paroxyſmum ſemper antecedens, dolor & palpitatio cordis, animi deliquium; ſolvitur paroxyſm. cum vomitu birioſo ac pituitoſ., ejus hiſtor. V. ap. *Galen. l.* 5. *de loc. aff. c.* 3 3. Si ab *utero*, circa lumbos & pubem do-

or antecedunt; acerbi capitis dolores. 4. ſi ab *externis partibus* ſentitur aura quædam frigida ex iiſdem ad cerebrum elevari, cujus impetus arctiori vinculo parti affectæ injecto, facile aliquando intercipi poteſt, in maximum ægrotantis ſolatium.

Sign. Progn. Idiopath, difficillime curatur; ſympath. ſæpe, hæreditaria nunquam. Solvitur aliquando ſeptimo menſe, ſept. anno, circa pubertatem, menſtruis prorumpentibus, primo puerperio. Melancholici fiunt aliquando *epileptici*, & è contra, ſi melancholia ſit cauſa morbi. Quæ parturientes corripit, non ſolet reverti; nec ea, quæ fit à vermibus. In *epilepſ.* longa febris, ut quartana, pro valetudine eſt, juxta illud *Hipp. Quartana correpti à magno morbo liberantur. Infantes* magnis & crebris inſultibus epilepticis correpti, eadem die jugulantur; licet *epilepſia* ſit morbus chronicus. *Infantes* illi maxime obnoxii propter cerebri humiditatem, ductam à ſanguine menſtruo. *Infantes*, quibus cruſtoſa ſcabies naſcitur in capite, hoc affectu non corripiuntur. *V. pl. aph. Hipp. aph. 25. ſect. 2. & 7. ſect. 5. ap. Celſ. l 3. c. 23.* Qua cœli conſtitutione & anni tempore oriantur. *V. ap. Hipp. aph.* 16. 20. *& 22. Sect.* 3. *& ap. Celſ. l.* 6. *c. j. & cap. 8.*

Curatio. à paroxyſmo liberetur æger, quod fit ſi quam primum ingruit, pil. una lau-

laudani opiati cum quarta parte ol. camphoræ ſumatur, vel pil. antepileptica è rad. Pœon. cran. humano, vel ol. ſuccini. Caput altius locetur, cuneus ori inſeratur, metus vehementior inhibeatur, ſed non omnino (prolongatur enim paroxyſmus) excitetur.

Poſt paroxyſmum ſi plenitudinis notæ adſint & ſanguinis temperamentum. V. ſecetur in cura univerſali quæ eadem ſit cum frig. intemperie cerebri infrà propoſitâ. Hoc obſervando, ut apozematis, diætæ ſudorificæ & ſyrupo magiſtrali, ut & maſticatoriis & pulveribus cephalicis addantur radix & ſemen pœoniæ & viſcus quercinus, quæ proprietate ſpecificâ hoc in caſu valent. Ex ſudorificis guajacum pro delicatioribus ſalſa parill. præferantur, illaque diæta per 30. vel 40. dies continuetur, addendo ſingulis decocti doſibus aliquot guttas ſpiritus vitrioli, qui ſpecificus comperitur ad Epilepſiam. Purgantibus uſualibus utetur ſemel, aut bis in ſeptimanâ, earumque uſus continuetur per plures menſes, ad fortiora interdum tranſeundo, juxta *Maſſariæ* præceptum; dicentis *hinc oriri, quod Epilepſia rarò curetur, quod Medici ſemper in levioribus hæreant.* Recentem epilepſiam ſale vitrioli feliciter curavit *Angelus Sala*; quarto quoque die exhibito; ſyrupus de peto *Quercetani* maximæ eſt efficaciæ hoc in affectu

ſed prudenter & circumſpectè exhibend. cum violens ſit medicamentum, ſeq. opiata efficax admodum eſt. ℞. conſervæ fl. betonicæ & roriſm. ana unc. ij ß. radicis eryngii conditæ & mithridatii ana unc. j. pulv. ligni ſaſſafras ʒ vj. caſtorei ʒ iij. cranii humani non humati, ungulæ alcis ana ʒ ij. rad. & ſem. poeoniæ, ſem. nigellæ, rutæ ſylveſtris & rad. pyrethri ana ʒ j. oxymel q. ſ. fiat opiata, de qua capiat ʒ ij. vel iij ſing. dieb. Utatur interim æger pro potu ordin. hydromelite vel bocheto ex guajaco & rad. poeoniæ. Ex infinitis ſpecificis, quæ cum fructu poſt univerſales evacuationes exhibentur, ſequentia experientiâ probantur. Aqua hirundinum *Rondeletii*, aqua theriacalis cephalica & ſyrup. antepilepticus *Quercetani*. Radix Valeriana à *Fab. Columna* magnopere celebrata. Doſis eſt pulveris hujus rad. cochl. ß. cum vino, alioque appropriato liquore exhibetur. Mixtura ſpiritalis, quæ ita componitur. ℞. *Spiritus vitrioli part.* j. *ſpiritus tartari partes* iij. *Aq. theriacal. camphoratæ part.* IV. probè mixta ſervetur uſui in vitro bene clauſo. *Doſ.* ʒ j. in convenienti vehiculo. Oleum ſuccini albi, à perito artifice extractum, nullum empyreuma redolens à ℈ ß. ad ℈ j. exhibitum. *Crato* cinnabarim nativam tanquam epilepſiæ magnetem commendat, hoc modo exhibitam: ℞. Cinnabaris nativæ pellucidæ

cidæ

cidæ, limatæ, & in tenuiſſ. pulv. tritæ unc. ſem. coralli rubri & margarit. præparat. ana ℈ ij. croci oriental. ℈ j. fol. auri n. xv. terantur omnia ſubtiliſſimè ſuper lapidem: Doſ. in ipſo paroxyſmo à gr. vj. ad ℈ j. in aquis appropriatis. Non minoris efficaciæ apud Chymiatros habetur cinnabaris antimonii, quæ poſt mercurii vitæ extractionem elicitur. Jungitur æquali pondere cum magiſteriis perlarum, corall. & cranii humani, & exhibetur à gran. x. ad xv. in liq. convenienti. Veſicatorium ſyncipiti, vel cauterium poſteriori cervicis parti admota maximè proderunt, ſed longè efficacius eſt ſetaceum, teſte *Fabr. Hildano*, & experientiâ. Pulvis ſem. *Saponariæ* ante paroxyſmos ſumptus, ſemel in menſe per tria novilunia ad ʒ j. paroxyſmos valdè minuit, tum numero, tum violentiâ. *Pet. Borellus obſervat. ſuar. rariorum* XVIII. *cent.* 3. Idem pro ſecreto commendat Pavi ſtercoris pulver. ad ʒ j. cum vino lunâ ſilente ſumpto, idque ſemel in menſe per aliquot tempus continuetur, *obſervat.* 15. *cent.* 3. ℞. Radic. pœon. viſci quercini ana unc. j. ungulæ alcis ʒ ij. nucis moſch. garyophyllor. macis ana ʒ j ſs. fol. rutæ & hyſſopi ana ʒ j. fiat ex pulveraris in rubra ſindone ſacculus, collo appendendus & ſæpè odorandus.

Epiplocele. Vid. Hernia.

ERYSIPELAS, *Roſa*, ſeu *ignis ſacer*,

eſt vehemens ardor ex bilis effervеſcentiâ in ſummam cutem diffuſus, nullo manifeſto tumore ſeſe prodens, nullaque collectione circumſcriptus.

Diff. aut enim eſt ſimplex ſolo rubore & ardore abſque illa exulceratione moleſtum: aut exulcerationem habet conjunctam.

S Progn. Aph.25. ſect.6.7.2. In oſſis denudatione Eryſipelas malum. In Eryſipelate ſanies aut putredo malum.

Curatio. Si affectus exiguus clyſter refrigerans ſufficere poterit addendo polypodii quercini & ſennæ orient. ana ℥j. cum melle violaceo, aucta inſuper refriger. quantitate.

Diæta. Omnia pinguia, dulcia, acria, calidaque vitanda, cum in bilem facile convertantur. Lactuca portulac. acetoſa in jure carn. præ cæteris utendum cremore hordei & ejus decocto in potu. Exercitatio vigiliæ, ira, clamor, & ſimiles affectus, uſque nocent plurimum.

Eſthiomenos, Exedens. Vid, Ulcus exedens.

Exanthemata. Sunt efflоreſcentiæ in variis morbis, & præcipuè febribus malignis familiares,

EXOMPHALOS vid. Hernia umbilicalis.

EXTRACTIO *telorum & rerum aliena-*

alienarum e *vulneribus*. vid. Telorum extractio.

FAMES *canina* vid. Bulimia.

FASCINATIO eſt incantatio, quâ per intuitum, laudationem ſeu contactum, homines, bruta, ſegetes, emoriuntur. Dantur autem faſcinationes per primum & ſecundum modum, non vi vocum, ſed diaboli.

Vide quædam rariora de faſcinatione apud *P. Borellum Obſerv. ſuarum rariorum* 61. *&* 62. *cent.* 1.

FEBRIS. Uti *febris à fervore* Latinis dicta; ſic Græcis πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne; quia febris fit, quando nativus calor in igneum vertitur. Ex *Gall. Fernel. Holler.* eleganter definitur, quod ſit calor nativus auctus materiæ alienæ ſecernendæ & excernendæ gratiâ. *Lindanus.* Ab aliis, quod ſit calor præter naturam in univerſum corpus effuſus omnes functiones interpellans. Eſtque vel *primaria* vel *ſymptomatica.* Morbus cenſetur, cum primò ac per ſe actionem lædit. *Symptoma* verò cum morbo ſupervenit, ut *pleuritidi*, *anginæ*, *phrenitidi.* E triplici ſubjecto, in quo primum accenditur calor febrilis, triplex omninò conſtituitur febris. *Ephemera* in ſpiritibus, *Putrida* in humoribus, *Hectica* in ſolidis partibus primum conſiſtens. Hæc etiam tria, *ſpiritus*, *humores*, *partes ſolidæ* cor-

pus noſtrum conſtituunt & coagmentant.

Signa omnium febrium communia ſunt: invaſio ſubita & cum frigore, hinc calor exæſtuans, pulſuſque, cæteraque, functiones minus, vel magis læſæ; excreta legem naturæ non ſervantia; color aut rubore aut pallore novo, aliæque corporis qualitates mutatæ.

Cauſa in genere ſunt aër impurus, victus plenus aut pravus, & hinc nata cruditas cum ventriculi, tum primæ ac ſecundæ regionis, alvus adſtricta, & hinc aut undecunque producta inquinamenta ſanguinis.

Curandi rationem in genere monſtrant indicantia, ea ſunt febris & febriendi cauſæ, &c.

FEBRIS *Ephem.* ſeu *diaria* omnis vocatur, quæ ſui ratione una die durat.

Different. Ephemera *vera* eſt, vel *ſpuria.*

Cauſa. Vera diaria à cauſis procatarcticis corpus per ſe inflammantibus infertur: ut à ſolis æſtu, vehementiori corporis motu, intenta animi contentione, ex ira, mœrore, timore, &c. *Spuriam* ſæpius excitant cruditas, ſive ex nimia cibi copia & helluatione, ſive ex fructuum corruptorumque ciborum eſu contracta: naturalium evacuationum, ut alvi, ut urinæ quavis ex cauſa retento.

S. Diagn.

Curatio interdicendum vino, mittendus ſanguis, ne in *ſynochum putrem* degeneret clyſtere, aut blando cathartico, ut caſſia; &c. corpus repurgandum. Imperandum, balneum in declinatione, ut ſqualida cutis relaxetur atque totum corpus humectetur.

MALIGNÆ FIBRES ſunt febres *putridæ & cauſus.*

FEBRIS *ſynochus putrida* pro objecto habet ſanguinem putridum ex parte vel toto.

Curatio. Saluberrimum eſt in febribus venam incidere non continentibus modo, verum etiam aliis omnibus, quas putreſcens humor concitat, ubi præſertim nec ætas, nec vires prohibent. *Levatâ namque, quæ corpus regit, naturâ, exonerataque eo, quo veluti ſarcinâ premitur, longè facilius quod reliquum eſt vincet. Ita enim proprii muneris haud oblita & concoquet, quod concoqui eſt habile, & excernet quod poteſt excerni. Gal. cap.* 15. *lib.* 11. *meth. med.* V.S. *putridis febribus* ideò utilis eſt, quod ſanguinis plenitudinem vires prementem & venas obſtruentem, unde putredo excitatur, demat; ſicque ex accidenti refrigeret & febrem extinguat. Hoc imprimis locum habet *Lut. Pariſ.* ut experientia docet. Ante venæ ſectionem alvus reſpondeat, vel ſponte vel clyſtere coacta. Poſtea alterantibus opus & con-

concoquentibus quod ſeceſſit ac putruit: convenit hic oxymel dilutum decocto endiviæ aut lactucæ, ſimilive. Materia cocta blandè & quotidie julapio ex decocti hordei librâ una cum ſyrupi roſacei ſolutivi ℥ iiij. ad ℥ v. facti ſubducatur. Mihi in fœlici uſu ſunt ſequentes formulæ. ℞. Rhei in taleolas diſſecti ʒ ij. vel iij. ſantali citrini. ℈ j. infunde per noctem in ſ. q. aq. cich. tepide mane factâ colaturâ & forti expreſſione admiſce elect. diacatholici ℥ ß. ſyr. roſati ſolutivi ℥ j. crem. tart. ℈ ij. miſce fiat hauſtus: ſi res moras non ferat. ℞. Diacatholici, diapruni lenitivi ana ʒ vj. diſſolve in aq. cich. q. ſ. additiſque ſyr. roſ. ſol. cum ſenna ℥ j. crem. tartari ℥ ß. atque etiam in robuſto corpore diagrid. gr. iij. iv. vel v. fiat potio. Pro delicatulis. ℞. Elect. diapruni ſolutivi unc. j. infunde per horam unam aut alteram in aq. lactucæ unc. iij. fiat colatura, cui adde ſyrupi roſati ſolutivi, de acore citri ana ʒ vj. ſpir. vitrioli vel ſulph. gut. ij. Miſce fiat potio. Pro nauſeabundis. ℞. pulpæ tamarind. ʒ vj. elect. diapruni laxati ʒ ij. vel iij. crem. tartari ſcrup. ij. fiat cum ſaccharo canti Bolus.

FEBRIS *ardentis* ſeu *cauſi* objectum eſt materia uſta. *Signa*, invaſio cum magno & brevi rigore, exacerbandi & remittendi quaſi vices nullæ, ſæpè inordinatæ & vix obſervabiles, in quibus obſervantur, acceſſio

plerumque ſolet eſſe triginta ſex, deceſſio duodecim horarum. *Calor* maximè urens & ſiccans, ſitis inexhauſta, lingua arida, aſpera, fiſſa, nigra, inquietudo anxioſiſſima; reſpiratio magna & denſa, vigiliæ continentes, deliria ferocia, hypochondriorum æſtus, dejectiones liquidæ & pallidæ, fœtidæ; urinæ ſplendidæ, tenues, crudæ.

Progn. Vide *Aphor. Hippocr.* 49. *lib.* 4. *Aphor.* 50. *lib. ejuſd. Aphor.* 66. *ejuſd.*

Curatio conſiſtit in caloris nimii inhibitione & materiæ peccantis præparatione & excretione. Priori indicationi ſatisfacit victus refrig. & tenuis, V. S. ſæpius repetita refrigerans potio largiſſimè data, ſomni conciliatio tempeſtiva. Poſteriori lenis evacuatio circa declinationem demum occepta & uſque dum alba ſpumoſaque exeant quotidie continuata. *Ex Hipp. aliiſque celeberr. practicis.*

FEBRIS *tertiana* eſt febris *bilioſa*, ea ſæpe una, interdum *gemina* eſt: illa *ſimplex*, hæc *duplex* appellata.

Vtriuſque ſigna ſunt: Invaſio plerumque cum magno ſtatim rigore, acceſſio poſt horas 48. ab initio præcedentis; *paroxyſmus* hor. 12. calor multus & initio acer & mordax pulſus in acceſſu parvi, rari, debiles, in augmento primum vehementes, frequentes & quodammodò inæquales, circa ſummum vigoris præterea magni & ordinati, &

& æquales, ſitis ingens, capitis dolor acutus, vigiliæ & deliria, urinæ flavæ, croceæ, ſubruſæ: cum duplex tertiana eſt quotidiana acceſſio eſt; *paroxyſmi* imparium dierum.

Progn. Febres intermittentes periculo vacant: quia neque ex inflammatione eſt, neque ex maligna humorum putredine excitantur, cum neutra intermittat. vide *Aphor.* 43. *lib* 4. Adde quod in intermiſſione natura cibos admiſſos concoquat, unde novi ſpiritus fiunt, ex quibus vires calore febrili debilitatæ reſarciuntur. De acceſſionibus harum febrium vide *aphor.* 30. *lib.* 4. de *tertiana exquiſita* vide *aphor.* 59. *l. ejuſd.*

Curatio in genere requirit alvi ſubductionem, ſanguinis miſſionem aliquoties pro re natâ repetitam, ejuſdemque refrigerationem ac humectationem, materiæ deniq; febrilis præparationem. Vid *quæ in ſpecie ſequuntur infra.* *Febris Tertian. interm.*

Curatio. Alvus, cum requiritur ducenda enemate emolliente duraſque fæces reſolvente. Prima regio evacuanda vomitoriis, inter quæ aſarum obtinet primas; feliciter id datur ante *paroxyſmum*, ſi circa ventriculum porracea bilis ſtagnat & neglecta fuit educi: poſt hæc purgatio eccoprotica inſtituenda: ſi in inteſtinis reliquiæ vomitus hæreant, aut in meſenterio colluvies bilioſa pridie concepta. Si *plethora* adſit aut vehemens ebullitio, ſanguis ſemel ite-

iterumque mittendus, & mediâ quaſi integritate. Ad humectandam, refrigerandam & præparandam materiam conveniunt julapia ex decocto hord. cum ſyr. violac. tamarind. ribeſiâ, berberes. rad. gram. acetoſæ, taraxici cum toto. herb. cich. lact. acetoſæ, acetoſellæ, trifolii acetoſi, ſem. maj. frig. minimè rancida. Concocta tandem materia niſi ſudore aut alvi profluxu ſpontè oborto digeratur, evacuatur blandè: convenit hic ſytupus ex infuſione roſarum cum foliis ſennæ, cum decocto hordei aut refrig. addito interdum, ſi minus ſequax materia, tartaro vitriolato. Confert imprimis, ut jam ſupra dictum, V.S. cum præſertim præter bilis permiſtionem multa cruditatis ſigna inſunt, quæ naturam onere gravari oſtendunt.

Quæritur 1. An ex ſent. Hipp. aq. frigid. potus febribus tertianis maximè conveniat? *Negatur* ſemper & ubique convenire: convenit quandiu fervet bilis, urgetque febris; quod ſeptimâ plerumque acceſſione contingit: poſtquam verò fervor humoris & morbi vigor præterierint, neutiquam in magnâ copiâ convenire experientia probavit, obſtructiones enim ingeminat. *Febris* curationem differt, in melancholicis præſertim & frigidioribus naturis, quæ obſtructionibus viſcerum ſunt obnoxiæ. Convenit maximè ſi hæ conditiones adſint. Si æger

juvenis

juvenis & robuſtus; ſi viſcera non habeat imbecilla neque obſtructa; ſi calido ſit hepate & ſiti intentiſſimâ affligatur; ſi denique æſtus ſit & aër calidus & ſiccus: hæc ſi adſint, aqua ad ſatietatem uſque in acceſſionis vigore ebibita admodum prodeſt. *An expectanda concoctionis ſigna?* *Negatur* cum *Averrhoë*, quia æger interea periclitatur, & longè minus periculum immineat ex aquæ oblatione, quam ex incendio: nam ex frigidæ aquæ potu ſola morbi longitudo timenda; ex caloris vehementia mors. Serius futurum eſt auxilium, ubi febrilis calor nativum calorem extinxerit. *Ex celeb. practicis.*

Quæritur 2. An diuretica conveniant? *Neg.* quia humor continens intermittentium febrium cauſa in prima corporis regione collectus commodiſſimam viam in alvum; non in venas majores, renes, aut veſicam habet, per quam expurgetur. Aliquando ex uſu eſſe videntur: quia viſcerum obſtructiones ſolvunt, craſſoſque humores attenuant, modo multæ purgationes præceſſerint, & acriora non fuerint, & non ante quartam acceſſionem in *legitimâ tertianâ*, nec ante ſeptimam in *nothâ* uſurpentur. His enim neglectis ſi æger diureticis utatur, excrementitii humores è primâ corporis regione in ſecundam id eſt venas majores transferentur, & pro *ter-*

tianâ

tianâ intermittente fiet *tertianâ continuat*.

FEBRIS *tert.* duplex.

Curatur ut *tertiana ſimplex*. à *Galeno* remediis cibiſque humectantibus & refrigerantibus. Purgat bile corpus per inferiora cum illorſum repit, per vomitum cum in ventriculo hæreat aut eò pergit. Ventrem clyſteribus mollientibus & refrig. ſubducit. Venæ ſectioni non parcit, imprimis ſi urina rubicunda appareat & plethora adſit.

FEBRIS *Amphemerina* eſt, quæ ſingulis diebus accenditur, atque intermiſſione finitur, eadem eſt, quæ *quotidiana ſimplex*. Eam vero, quæ intermiſſione caret, nôn *Cathemerinam*, ut nonnulli, ſed *quotidianam continuam* vocat *Galen. 2. de different. febr. cap. 7.*

FEBRIS *Quartana intermittens*, & *Arthritis* opprobria medicorum dicuntur. *Materia* eſt fæx melancholica in pancreate aut meſenterio ſtagnans.

Signa ſunt invaſio in principio cum horrore & oſcitatione atque pandiculatione, in progreſſu ſic horror creſcit; ut dentes crepent, & totum corpus vehementer concutiatur cum dolore oſſifrago. Calor paulatim augeſcens & acris. Pulſus ſub horrore valdè obſcuri, eo ceſſante tardi & rari, poſt vigorem frequentes. Urinæ variæ; ſed crudæ, in augmento colorantur cum copioſo ſedi-

ſedimento. Paroxyſmi intra viginti horas non deſinunt.

Progn. Æſtivæ *quartanæ* plerumque breves autumnales verò longæ; præſertim quæ hyemem attingunt. *Hipp. aph.* 25. *lib.* 2. ratio, quia æſtate humores vitioſi ambientis aëris calore per univerſum corpus fuſi promptè diſcutiuntur. Hyeme contra, Vide *Hippocr.* 1. *Epid. com.* 3. *part.* 3. *text.* 4 *It.* 6. *Epid. lib.* 6. *ſect.* 6. *textu* 7. *It. aphor.* 70. *ſect.* 4. *Aph.* 2. *ſect.* 3. A 25. anno, uſque ad 45. maxime à *quartana* homines corripiuntur: Quicunque autem extra hoc tempus corripiuntur, ſcire oportet non fore diuturnas, niſi aliquid gravius infeſtaverit. *Hippoc. lib. de nat. human.* *Hibernæ* nunquam in acutas tranſeunt. *Hipp. in Coac.* Si vero non ſolvatur, aut poſt ſeptem menſes; annua fit, aliquandoque longior. *Quartana* à ſucco melancholico longior eſt eâ, quæ fit ab aduſtâ bile. Quæ diuturna eſt ſæpe perducit ad hydropem, maximè ſi æger ſcirrho hepatis aut lienis laboret, & copioſiore aquæ potu in acceſſionibus, ſitim expleverit. Si *acceſſio quart.* eadem horâ repetat, quâ deſiit, difficilior eſt febr. *Aphor.* 30. *ſect.* 4. bene ſperandum ubi varie invadit. De hæmorrhagiâ criticâ in *quart.* Vide *aphor.* 6. *ſect.* 7. & 6. *Epid. part.* 2. *Quartanæ* in *continuam* tranſitus plerunque lethalis.

Curatio

Curatio. Præmiſſ. clyſter. præparatione & purgatione mittatur ſanguis è baſilicâ dextrâ, ſi jecur originem dederit; ſiniſtra verò, ſi manifeſta tenſio occurrat in hypochondrio ſiniſtro; vel etiam utraque ſi ſanguinis corruptela & plenitudo poſtulent. Magno ægri levamento exhibentur vomitoria, quæ propria febris quartanæ ſunt remedia, maximè in iis naturis, quibus jecur & lien ſe in ventriculum exonerant, & ad nauſeam aut vomitionem acceſſionum initiis incitant: Mitiora ſunt quæ ex foliis & rad. aſari cum vino albo exhibentur. Longâ experientiâ probatæ pilulæ ſpecificæ noſtræ contra quart. ſi ſemel datum vomitorium febris mineram non aufert, ſemel in hebdomade reïteretur interjectâ præparatione & purgatione: utatur juſculis medicatis, quibus adjectæ ſint radices, herbæ concoquentes, incidentes, aperientes In uno paſtu abſtineat à variis cibis: cum cruditas, quæ varietate ciborum augetur & potus copiâ, perpetuò hujus febris comes & diuturnitatis cauſa ſit. Præferantur carnes euchymæ, aſſæ potius quam elixæ. Abſtineat à fructibus crudis, cibis craſſis & flatulentis. Tantum cibi capiat, quantum naturæ & viribus inſtaurandis ſatis eſt. Maximè vero parcè bibat. Modis omnibus concilietur hilaritas. Viterur ſolitudo, mœſtitia, torpor & ignavia. Quo die febris affligit,

git, nihil cibi ſumendum eſt. Si quid dari corporis neceſſitas cogit, id ſit perexiguum & liquidum, & acceſſionem quatuor aut ſex horas præcedat, Præparandus inſuper & interea humor. Præparabitur & concoquetur, ſi calefacientibus ejus frigus temperetur, & ſi aperientibus, incidentibus, attenuantibus ejus craſſities incidatur & attenuetur. Conveniunt hîc oxymel ſimplex, ſcylliticum, ſyrup. de fum. de ſcolopendrio, de ſtœchade, de artemiſia. Apozem. ex rad. enulæ, apii, petroſelini, an ſi, fœniculi, aſparagi, cort. cappar. fraxini, &c. Si in viſceribus ſentiatur renitentia obſtructionis index, foveatur prædict. rad. & herbis; à fotu illinatur pars ol. capparum, abſynthii, camomel. addito ammoniaco. Purgatur poſtmodum blandis medicamentis, nam cum *quartanâ* ſæpenumero clementer agendum; nam humor illius cum ſit contumax & expulſione rebellis, niſi probè præparatus fuerit à validis purgantibus irritatur, irritatus ferocius exſultat, & pro *ſimplici, duplicem quartanam* profert. Vitetur Antimonium: ſenna, rhabarb. caſſia, catholicum initio ſufficient. In fine validiora ex uſu erunt; turbith, radix ellebor. nigr. confect. Hamech. &c. tutiſſimè dantur pridie acceſſionis, neutiquam ipſo *paroxyſmi* die, ut nonnulli perperam volunt. Quod ſi unà cum *quartanâ* febris *lenta, continua*, aut

erratica

erratica juncta ſit: primum illi occurrendum, & ſanguinis miſſione, frequenti purgatione, & præparatione idoneâ; quicquid *quartanæ curationem* remorari poteſt, eſt circumdendum.

FEBRIS *Quintana* Ejus meminit *Hipp.* 1. *Epidem.* 3. dicens: *Quintana* omnium peſſima eſt, nempe & ante tabem & jam tabidis ſuperveniens, interficit.

FEBRIS *erratica.* *Celſo* incerta, *aliis* Vaga, nullum ſtatum tempus nec ullum acceſſionis aut remiſſionis ordinem ſervat.

Cauſa eſt humor diverſi generis in variis infimi ventris partibus putreſcens, iſque magna ex parte melancholicus & pituitoſus.

S. Progn. facile degenerat in *quartanam* inſtante autumno. In *tertianam* verò ſi ver aut æſtas immineat, ideo maturanda curatio.

Curatur ut *quartana* aut *tertiana* notha, præparantibus, purgantibus, & venæ ſectione [ſi plethora adſit] opportunè adhibitis. Quibus ſi non cedat, balnei uſus ex re ægri erit; quod duntaxat erit tepidum, ſi humor ad bilis retorridæ naturam accedat; paulo verò calidus & cum madoris profuſione, ſi pituitæ & fæculentæ melancholiæ particeps ſit.

FEBRIS *hectica.*

S. Progn. Incipiens hectica non facilè cognoſ-

gnoſcitur, ſed facilè curatur; *confirmata* verò quæ μαρασμώδης dicitur, incurabilis prorſus eſt cenſenda, quia primigenium ſeu radicalem humorem funditus abſumit, qui reſarciri nequit. Si febris *hectica* ſit *ſymptomatica*, ut eſt ea, quæ conſequitur affectus viſcerum, perſeverante morbo, cujus ſymptoma eſt, curari non poteſt. Si febri *putrida* implicetur, difficillima curatio. Indicationes enim inter ſe pugnant.

Curatio. Lac exhibebant veteres à unc. ij. ad lib. j. ſenſim aſcendendo. Offerri autem debet manè & vacuo ventriculo; nam cibo miſtum facilè corrumpitur: non debet exhiberi *hecticis*, qui valdè febricitant, lac enim ab igneo febris calore facilè aſſatur & corrumpitur, adeoque febrem auget; neque etiam his, quibus hypochondria murmurant, & qui capite dolent, & qui diarrhoeâ laborant.

FEBRIS *Acmaſtica* dicitur, quæ continuo creſcendo procedit: uti *Epacmaſtica*, quæ decreſcendo: *Homotona* vero, quæ ſimilem ſervando calorem ad finem uſque terminatur. *Galen*. 9. *Method*.

FEBRIS PESTILENS.

Progn. *Aphor*. 19. *lib*. 2. in *febribus*, quarum acumini malignitas auctuario jungitur, præſagium multò magis infidum. Hinc cauti & prudentes Medici judicium ſuſpendere debent, ne ante tempus triumphantes, cogan-

cogantur detriumphare, ut Tertullianus rectiſſimè. In univerſum hæ *febres* præcipites ac luctuoſæ eſſe ſolent, *febres maligniſſimæ*, inquit ſenex noſter, cum graviſſimis ſignis conjunctæ, quarto die occidunt, aut etiam prius. Interdum partium quarumdam interimento cum miſeris ægris paciſcuntur. Quò venenum ſegniores ciet turbas, eò res ægrotantis deteriore ſitæ ſunt loco. *Antonius Menjotius de febrib. malign.*

Curatio. Optimum erit cordis vim roborare, ſimulque veneni diritatem mollire tinctura florum violarum, bugloſſi & borraginis in aq. acetoſæ, ſcabioſæ, cardui bened. aut calendulæ cum ſpiritu vitrioli vel ſulphuris extractâ: Item aq. ſtillat. aut decocto radicis ſcorzoneræ Hiſpanicæ, admixto ſucco mali Punici, vel aq. roſacea. *Ant. Menjotius de febrib. malignis.*

FEBRIUM SYMPTOMATA.

Dolor capitis in febr. fit à vaporibus ſurſum ad cerebrum per venas, arterias, & per cœca quædam ſpiracula elatis. Derivandus & repellendus humor qui ad cerebrum aſcendit; derivatur purg. blandis, clyſt. emol. refrig. & leviter detergentibus; venæ primum cephalicæ, dein illarum, quæ in temporibus, ſectione; cucurbitularum applicatione cervici & ſcapulis; ligaturis extremarum partium & blandâ totius corporis

infernè deſcendendo frictione. Repellitur oxyrrhodino, additis ol. chamæmel. ad aceti noxiam qualitatem infringendam, aq. roſar. plantag. betonicæ, ſolani applicand. cum linteis ſincipiti: non actu frigida, ſed tepida. Conveniunt etiam cataplaſmata ex mica panis albi, croco, pulvere betonicæ & oleo roſar. quæ ſtupis excepta capiti applicantur. Addi poſſunt, ſi his non cedat dolor, vehementius refrigerantia, ut ol. nymphææ, papaveris, mandragoræ, ung. populeon. In extremâ neceſſitate confugere licet ad narcotica, adhibitis cautelis ad opium, cujus pro uſu externo. ℈ ij. commode diſſolvuntur in unc. j. ol. Interd. & philonii Romanii ℥ij. laud. opiat. gr. iij. vel iv. aut pil. è cynogloſſo ℈ij intro ſumuntur. His refrig. extrinſecus admovendis non utendum ſi adſit capitis gravitas, aut diſtillatio aut tuſſis. Multum etiam conducunt pulli gallinacei, feles, aut columbæ diſſectæ & exenteratæ capiti raſo applicatæ, ita ut ſinguli non diutius inſideant, quam horis tribus, ne fœtore viſceribus obſint. *Notand.* in dolore capitis, qui ſanguinis fluxum per nares, aut vomitum criticum ſignificat, nihil moliendum eſt; quia talis capitis dolor non ſymptoma, ſed potius ſalubre ſignum exiſtimari debet.

Vigilia. Huic ſymptomati promptè occurrendum, ne diſſipatis ſpiritibus, vires proſus

prorſus frangant, convulſionem & deſipientiam *Aphor.* 10. *ſect.* 7. arceſſant. Vigiliæ enim maximè exſiccant & ſanguinem bilioſiorem reddunt. Si à ſiti aut dolore, aut ab inquiete proveniat, propriis remediis ſunt compeſcenda. Si à fervore & ſiccitate cerebri, cerebrum refrigerandum & humectandum, tam extrinſecus admotis quam intro aſſumptis: admoventur ol. violar. roſ. nymph. papav. ſucci lactucæ, ſolani, umbilici veneris; ex his & ſimilibus fiunt epithemata, unctiones frontalia, quorum magno ſæpè cum ſucceſſu frequentiſſimus uſus eſt. Intro ſumuntur, ſi neceſſitas urgeat, ſyrupus papaverinus, diacodium, aq. roſar. lactucæ; ex his, ut etiam ex decocto ſeminis & capitis papaveris albi fiant potiones hypnoticæ.

Delirium. Cauſa. intenſiſſimæ vigiliæ, quæ nimiâ cerebri exſiccatione ejus temperamentum vitiant. Delirii imminentis *Signa* ſunt, urinæ quæ antea valde tinctæ erant & flammeæ, nunc ſunt aquoſæ & tenues, quod contingit raptu bilis, quæ urinas tinxerat, ad cerebrum. Si profluvium alvi bilioſum ſit ſuppreſſum, æger inſolenter petulans eſt. Iiſdem remediis antevertitur, quibus vigiliæ ſedantur. Admoveantur animalcula capiti recens inciſa per tergum & inteſtinis mundata; hæc enim calore ſuo tepidoque noſtro amiciſſima ſunt,

cerebrique fervorem contemperant. Cucurbitæ etiam cum ſcarificatu ad revulſionem, humeris admoveri poſſunt. Conciliandus ſomnus iiſdem remediis, quæ ad vigilias præſcripta ſunt. Nutriatur æger alimentis refrigerantibus & humectantibus. Abſtineat à vino & ſimilibus. Ne præbeatur iraſcendi occaſio. Cæteraque vitentur animi pathemata.

Sopor. Non rarò ineptam cephalalgiæ, vigilarium & paraphrenitidis medicationem ſequitur, poſt nimium refrig. & narcoticorum uſum; his enim cerebrum ſtupeſcit. *Quicunque ſomnus ægro laborem adfert, malum procedit. Aphor.* 1. *&* 2. *ſect.* 2. *& aph.* 67. *ſect.* 4. Sunt *febres* quædam *ſoporiferæ* naturâ ſuâ, ut ex quibus multa pituita viſcida in viſceribus collecta eſt, quæ fuſa à febrili calore cerebrum ingenti frigidorum vaporum copiâ replet: quales ſunt febr. *quotidianæ, intermittentes,* aut *duplices tertianæ,* aut *tertianæ nothæ.* Debent hi *ſoporoſi* omnibus artibus excitari, ne calor nativus opprimatur. Adhibeantur violentæ corporis agitationes, frictiones, &c. Injiciantur clyſteres acres ex decocto pulegii, majoranæ, origani, calaminthæ, in quo infundatur pulpa colocynthidos ad ℥j. bened. lexat. unc. ſem. oleum rutæ, ſal. gemmæ. Admoveantur ventoſæ cervici. Inſtilletur in oculos acetum, omphac. ſucc. limon.

mon. Inſpergatur in nares pulvis hellebori. Capiti raſo inſpergantur pulveres calefacientes, dein ſuperimponatur emplaſtrum ex pice nigrâ, ammoniaco, therebinthinâ, addito ſulphure & pulvere ſinapi in aqua vitæ macerato, malaxatis omnibus cum oleo nucis moſchatæ, & addita ceræ ſufficienti quantitate. In contumaciori affectu admovetur capiti ſynapiſmus.

Surditas fit in *febr. continuis* à vaporibus ſurſum in caput irrepentibus. Bilem ſurditatis cauſam eſſe teſtatur *Hippocr. aph.* 28. *ſect.* 4. Sæpè teſte experientia ſurditas & alvi dejectio ter & quater recurrit. Ei medetur ſi evacuatur bilioſus humor contentus in prima & ſecunda corporis regione idque infuſione rhabarb. in aq. cichor. aut fol. ſennæ in decocto refrigerante & humectante. Si à copia ſanguinis, vel à vaporibus è ſang. elatis, [*ut ſimplici ſynocho* ſæpè evenire vidimus] confert baſilicæ dextræ ſectio. Lenitur etiam applicatione ſacculorum parator. ex ſem. lini, rad. alth. lilior. fol. malvæ. bis malv. parietar. chamomeli, meliloti, aneth. ſem. fœnic, &c. ebullitis in lacte.

Parotides febri ſupervenientes periculoſæ admodum, dolorem enim ingentem excitant, quo *febris* increſcit, vires proſternuntur; hinc natura victa nequit humores foras propellere, qui recurrens in cerebrum

mortem minatur, niſi alvi fluor aut ſudor, aut alia inſignis evacuatio ſupervenerit. Repellentibus non utendum, nam humor per criſim expulſus, non eſt intro regerendus. Urgente dolore ad anodyna confugiendum. Pars affecta illinatur oleo chamæmeli, lilior. amygd. dulcium, dein ſupponenda lana ſuccida iiſdem ol. imbuta. addi poterunt mucilag. ſem. lini, fœnugr. alth. extractæ aquâ decocti chamæmeli, adipis. Hiſce nihil proficientibus ad ſuppurantia tranſeundum. Baſilicum cum fermento. veteri & acri incorporatum. Ob humoris craſſitiem non expectanda perfecta ſuppuratio, ſed in tempore parotis aperienda vel ferro, vel cauterio potentiali. in illâ parte, quæ tactu mollior apparebit. Reliqua *curatio* abſolvitur detergentibus, dein ſarcoticis, poſtremò epuloticis.

Guſtus depravatus oritur ab humore bilioſo, pituitoſo, aliterque corrupto linguæ corpus, aut ejus tunicam occupante, tum ſolus guſtus læditur manente appetentiâ. Curatur frequenti lotione per aquam ſolam aut cum omphacio miſtam; aut per pomacium ſecundarium, & abſterſione per cochlear parvum & oblongum. Si adeſt inappetentia, ventriculus & in eo contenti humores accuſandi, qui idoneâ purgatione, eâque repetitâ, ſunt evacuandi.

Siccitas & aſperitas linguæ corriguntur hu-

humectantibus & lenientibus: ut ſyr. viol. jujubino, cremore hordei, gargariſmate facto ex decocto hord. mund. rad. & ſem. alth. fol. portulac. carnis cucurbitæ, ſem. lini, flor. violar. in ℔. j. decocti diſſolvantur ſyr. viol. ℥ iij. vel iv. Tenentur in ore fruſta redolentium pomorum madef. in aquâ convenienti, vel panni linei madefacti in mucilag. ſem. pſyllii vel cydonior. extr. cum aqua roſar.

Sitis. Aquæ frigidæ potus imprimis compeſcit ſitim in febrib. ideoque intrepidè porrigenda: ut autem tutius & citra viſcerum offenſam pro potu ſumi poſſit, in ea integrum hordeum coquitur dum crepuerit: & fit julepus ex aq. font. roſ. ſaccharo in parva quantitate, pulpa citriorum ſimul igne lento præbullitis, & qui vulgo Alexandrinus vocatur. A conditis, ſaccharatis ſyr. quantum fieri poteſt, abſtinendum: quia dulcia bileſcunt, & potius ſitim augent quam demulcent. Si cera aliaque ſacch. condita exhibentur, laventur prius aq. roſar.

Nigredo linguæ iiſdem remediis deletur. Si prædictis macerata diligenter fricetur linteo aſperiore, vel cochleari aliove inſtrumento ad id parato. Admoveantur & collo fol. lactucæ & portulacæ trita & inter duo linteola applicata; addito oleo recent. lil. nymph. omnia lota in aqua roſar. vel plan-

tag. ut majorem acquirant tum humectandi, tum refrigerandi facultatem.

Deglutiendi difficultas. Fit. 1. à fuliginoſo vapore œſophagum coanguſtante, vel à pituitâ è ventriculo per œſophagum aſcendente, & à *febrili calore* incraſſatâ. 2. ex bilioſo ſanguine in muſculos faucium & cervicis decumbente. 3. ex vertebrarum cervicis diſtenſione excitatâ à nervorum in dictas partes inſertorum ſiccitate. 4. ex virium extremâ imbecillitate. *Progn.* Quæ à convulſione nervorum oritur lethalis eſt: etiam illa quæ venit à ſummâ virium imbecillitate. Cæteris ex cauſis oriunda facilè curationem recipit. *Curatur* præcipuè remediis prædictis ad linguæ fauciumque lentorem. Si tumor adſit, admovenda collo ung. linimenta & cataplaſmata remollientia, reſolventia & digerentia, & ſi nulla ſpes digeſtionis appareat, ſuppurantia, de quibus alibi.

Tuſſis vel præcedit *febrem intermitt.* & tum oritur à vaporibus & fumis à febrili materiâ initio acceſſionis commotâ in pulm. excitatis. Quæ verò in acceſſion. perſeverat, vel in *febr. continuis* infeſtat, *fit* 1. à pituitâ in cerebro contentâ à *calore febrili* liquefacta & in pulm. illabente, & talis tuſſis eſt humida. 2. Ab intemperie calida & ſicca inſtrumentorum reſpirationi dicatorum, taliſque tuſſis eſt arida. 3. Ob refrigera-

gerationem capitis & thoracis, cum in æſtu ſummo illæ partes denudantur. *Progn.* illud *ſymptoma* maximè nocet: commoto enim corpore febrilem auget calorem, vigilias aliaque *febrilia ſymptomata* exaſperat. Sitim tamen leuat, ſi non nimis vehemens. *Aphor.* 54. *ſect.* 4. *Curationem* vide ſuo loco de *tuſſi*. Remedia autem eligenda, quæ curandæ *febri* non noceant, eamque, quoad fieri poteſt, leniant.

Dyſpnœa in febr. contin. fit 1. à bile in præcordiis turgente, diaphragma & pulmonem comprimente. 2. A ſolo incendio concepto in corde & pulmone. 3. Ab extrema imbecillitate virtutis animalis thoracis muſculos moventis: hac in cauſa reſpiratio adeſt rara & exigua, eaque frigida & inter reſpirandum narium pinnulæ contrahuntur, quod lethale. *Progn.* Omnis reſpirandi difficultas in febre acuta malum portendit. *Aphor.* 50. *lib.* 4. *Curatur*, Si à *bile æſtuante*, julepis refriger. ejus fervor & acrimonia contemperanda, ut julep. roſat. Alexand. cum ſucco citri, ſi abeſt diarrhhœa: decocto ex rad. gram. cichor. aſparag. fol. lact. portulacæ, agrim. tamarind. ſeminibus frig. maj. & minor. concedendus potus, frigida ſi maximè appetat. Aër cubiculi refrigerand. ut alibi dictum. Hordeum mundatum apprimè conducit, V. baſilicæ S. imperanda, eaque repetenda bis

ter, quater, quinquies vel etiam pluries, ſi opus. Purgat. præſcrib. ex infuſ. fol. ſennæ, rhabarb. in decocto refrigerante, leniente, & bilis acrimoniam contemperante. Caſſia, catholicum intro ſumptum tum per os, tum per alvum. V. ſectioni præmittantur, ſi tempus & morbus ferat, clyſt. refrig. & emoll. Hepati epithemata admovend. ex aq. roſar. plantag. cich. ſolan. camph. aceto roſar. pulv. elect. triaſantal. & ſimilibus. Thorax etiam anticâ & poſticâ parte inungatur unct. fact. ex lact. muliebri, butyro recenti, ol. violato, ſucco papav. portul. lactuc. omiſſis adſtringentibus [cum thorace arctato reſpirationem difficiliorem reddant.] *Si aliunde tuſſis* oriatur, ea remediis ſuo loco deſcriptis & accommodatis, ſiſtenda, cavendo ne febri noceant.

Syncope fit ab omnibus illis cauſis, quæ ſpiritui vitali infenſæ, eum alterant, corrumpunt, diſſipant. Quales ſunt 1. Venenata pernicies cordi impreſſa, 2. Longæ vigiliæ, 3. Dolores acutiſſimi, 4. Immodica & repente facta quælibet evacuatio vel per ſudores, vel per alvi profl. vel per hæmorrhagiam, 5. Bilis æruginoſa & porracea ſe altius inſinuans in os ventriculi; dum enim illam partem pungit & vellicat, ſyncopem ſtomachicam inducit, 6. Abſceſſus intrò latens, cujus teter & venenatus vapor

in cor elatus, ſpiritus vitales diſſipat. 7. Denique lumbrici orificium ventriculi compungentes. *Progn.* Niſi à cauſâ aliquâ manifeſtâ oriatur, perniciem portendit; præſertim ſi per morbi initia frequenter corripiat; hinc omnes *febr. continuæ*, quarum comes eſt *ſyncope*, ſunt valdè formidabiles: nam vel occulta quædam malignitas cor afficit, ut in *peſte*, vel abſceſſus aliquis intrò partem nobilem occupat, qui ſi rumpatur, repentinam mortem arceſſit. Eò autem periculoſior eſt ſyncope, quod neceſſaria urgenti neceſſitati opponenda remedia differat vel non admittat, imprimis V. Sectionem, quam hoc in caſu citra calumniam præſcribere non licet. *Curatio.* Ejus cauſa diligenter inveſtiganda, ut appropriatum ei opponatur remedium 1. *Malignitati* cardiaca, cæteraque auxilia, quæ in *peſte* deſcribuntur, convenient. 2. *Cacochymiæ* è ventriculo oriundæ catharticum cardiaco miſtum. 3. *Lumbricis*, infuſio rhei infuſi in aq. portulacæ & card. benedict rad. gram. aliaque appropriata. *Not.* in *febr. ſyncopalibus* abſtinendum à vehementioribus catharticis, ut turpetho, ſcammoneo, &c. Ne caſſia quidem exhibenda, quia ventriculum relaxat. Omnis *curatio* ad illud *ſympt.* convertenda, neglectâ interim *febre.* Exhibetur ex cochleari vinum flavum, ſubſtantiæ tenuis & oligophorum;

recreat enim cor & celeriter per totum corpus tranſmittitur. Panis aſſus vino generoſo maceratus cum ſacch. & pauco cinnamomo. Odoramenta ex rebus quibuſque gratis, cor & ſpiritus reficientibus & foventibus. Recreatur etiam ſpiritus vapore panis calentis. Epithemata cordialia cordi admoveantur, faciei inſpergatur aqua frigida, reliquaque adhib. quæ ad *ſyncopen* præſcripta.

In ppetentia. Ferè ſemper hoc *ſymptoma* factas *febres* comitatur; interdum illas antecedit, interdum illis ſolutis remanet per aliquod tempus. *Cauſæ* eſt 1. Febr. ſer or ventriculo communicatus. 2. Teter vapor in orificium ventriculi, ubi famis ſedes, undecunque elatus. 3. Quilibet vitioſus humor ventriculi tunicas & orificium obſidens. *Curatio.* Si ab æſtu ventriculi, dentur refrig. & acida ut ſyr. lim. & arantiorum, & ſimilia fervorem illum obtundentia. Aq. etiam potus hoc in caſu commendatur. modò nihil ejus uſum diſſuadeat. Si à vitioſo humore, detur blanda catharſis. A quacunque cauſa oriatur, exhibendi cibi non ingrati ægro. arg. *aphor.* 38. *ſect.* 2. Nam ea, quæ cum voluptate aſſumuntur, ventriculus validius amplectitur & facilius coquit. A frequentiori & copioſiori cibatione abſtineat, cum etiam ſanis inappetentiam inducat. Condiatur cibus

offe-

offerendus [modò tuſſis abſit] omphacio, aceto roſato, ſucco limonum. Si æger planè abhorreat ab omni cibo, injiciantur elyſteres nutrientes. Si ſolutâ *febre* remaneat *inappetentia*, æger modicè ſe exerceat: utatur capparibus, ſaxifragiâ, olivis. Si his non cedat malum], utatur vino abſynthite; decocto ex rad. enulæ campanæ, & fol. abſynthii; vel pilul. ex hierâ & ſimilibus impactam bilem, aut pituitam in tunicis ventriculi hærent. abſtergentibus.

Boulimus. Sæpe *febre longâ* laborantibus accidit maximè pueris, qui plurimum habent calidi innati, cujus ratione copioſo indigent alimento: vide *Boulimia. Fit* in *febribus* 1. A partium corporis ſpiritalium, humoralium & ſolidarum magna diſſipatione ab immodico calore progenita. 2. A vermibus in inteſtinis contentis, alimentum ſumptum abſorbentibus. 3. Ab immodico aq. frigidæ potu, qui refrigerato ventriculi orificio famem inducit: hinc *Hippocr. aquam voracem* vocat. Sunt tamen qui negant poſſe fieri à refrigeratione oris ventriculi, ſed potius ab immodico ejus & viſcerum calore, à quo fit maxima ſubſtantiæ totius corporis diſſipatio. *Curatur,* Si à *primâ causâ,* extinguatur illud incendium refrigerantibus tum ſumptis tum admotis, de quibus ſupra in curâ *Cauſi.* Alatur potius liquidis quam ſolidis: *Facilius enim impleri*

potu

potu quam cibo. Non multus cibus affatim, ſed potius per brevia intervalla ingeratur, ne vis imbecilla nimio onere ſuffocetur. Si *à ſecundâ*, excludentur remediis in cura vermium recenſitis. Si à *tertia cauſâ*, intemperie frigidâ impactâ ventriculo, calefacientibus, habitâ tamen ratione febris, corrigatur. Si ab *humore acido & frigido*, evacuetur vomitoriis, ſi facilè vomat, vel blandis cathrticis; huic ſcopo convenit decoct. ex rad. enul. & abſynth, aut vinum abſynthites & enulatum, ſi *febris* fert,

Nauſea & *Vomitus*, *febres* ſæpè præcedunt *factas* verò comitantur; atque imprimis *peſtilentes*. *Cauſa* utriuſque *ſymptomatis in febr* eſt quilibet vitioſus humor vel in capacitate ventriculi hærens, vel ejuſdem tunicis firmiter adhæreſcens: aut maligna quædam qualitas orificio ventriculi impreſſa. *Curatur*, Si à primâ causâ, evacuandi vitioſi humores appropriatis catharticis, aut etiam blandis vomitoriis, ſi nihil prohibeat. Si vomitus frequentior, is ſupprimendus erit tum aſſumptis, tum admotis. Admoventur ol. roſar. abſynthii, myrtillor. & ſimilia. Empl. ex conſervâ roſar. carne cydon. pulvere maſtiches, pulv. abſynthii, ſampſuch. caryophill. nuc. moſch. cortice citri ſicci & ſimilibus. Præ cæteris valet cruſta panis toſta in aceto vel vino generoſo macerata & conſperſa pulv. maſtiches, nuc.

nuc. moſchatæ, & caryophill. Si fiat ab *aurâ peſtilenti*, ea oppugnanda eſt cardiacis, tum admotis tum aſſumptis. De quibus in curâ *peſtis*.

Singultus. In febr. fit 1. à *repletione* cum vitioſus & mordax humor per venas in ventriculum effunditur, & in ejus tunicas altius impingitur, ut in horrore *febr. intermitent.* & in criſi *continuarum febr.* ſæpè accidere conſuevit. 2. Ab *inanitione*, cum exſiccatæ ventriculi tunicæ ab *ardore febris* ſeſe contrahunt. 3. A *tetro malignoque vapore*, qui in ventriculo ejuſque tunicis altius inſeritur; ut in *febr. peſtil. aliiſque malignis* evenire ſolet. 4. A *cerebri & jecoris inflammationibus*, ventriculo, ob conſenſum & ſympathiam, mali participe facto. *Curatio.* Si à *repletione*, aut ab *humoribus acribus* & mordacibus in ventriculi tunicis hærentibus: præſcribatur vomitorium; ſi facilè vomat æger: aut lenis blandaque purgatio ad revellendum, alioquin revocetur ille mordax humor: vel contemperetur iis remediis, quæ ejus acrimoniam & morſum poſſunt obtundere, ut juſculis, ptiſana, emulſionibus 4. ſem. frigid. major. Si ab *inanitione*, lethalis ut plurimum judicatur, imprimis ſi præceſſerint immodicæ evacuationes per hæmorrhagiam, alvi profluvium, vomitus, aut ſudores. Sublevandus interim æger juſculis conſummatis, expreſſionibus carnium

carnium gelatinis, deſtillatis reſtaurativis & ſimilibus. Si à *tetro & maligno vapore*, omiſſis vomitoriis & purgationibus, oppugnetur malignitas ſolis alexiteriis, de quibus in *peſte*. Parentur præterea ſacculi pro fotu regionis ventriculi ex fol. ſiccis menthæ, pulegii, meliſſæ, artemiſiæ, ſem. aniſi, fœniculi, rad. cyperi, calami aromatici bullitis in aqua vel vino rubro: à fotu illinatur pars oleo ſalviæ, roriſmarini, menthæ, addito mithridatico. A *quacunque* demum *causâ* oriatur *ſingultus*, juvat multum cucurbitula cum multâ flammâ admota regioni hepatis: hac ratione partes ventriculo ſuperpoſitæ ſuſpenduntur, & dum ventriculum minus comprimunt, minus infeſtat ſingultus: hinc qui erecto corpore ſe tenere poſſunt, minus infeſtantur, quam qui ſupino. *Vide plura in Singultu ſupra.*

Lumborum gravitas & *dolor* fit ſæpenumero à venæ cavæ diſtenſione, à copioſis vaporibus, vel calefacto nimis ſanguine, vel humoribus vitioſis productâ. *Curatio*. Sedatur ille dolor vulgò oxyrrhodino, ex aq. roſar. ol. roſat. & aceto; vel oleis papaveris, nymph. lotis in aceto, vel ex popul. aut cerato refrig. Gal. cum ſucco ſempervivi & camphora. Huic ſcopo quoque inſerviunt epithemata ex aq. plantag. roſar. aceto roſato & camphorâ. Intro ſumantur

tur emulſiones ſem. frig. amygdalata, hordeata, & clyſteres remoll. refrig. & blandè purgantes.

Hæmorrhagia in *febr.* è *naribus* eſt vel *critica* vel *ſymptomatica*. *Symptomatica* eſt, quæ vi morbi fit nullis præcedentibus coctionis ſignis die non critico. *Curatio.* Hæmorrhagia immodica quam primum comprimatur admotis repellentibus & refrigerantibus fronti, temporibus. Huic ſcopo inſervit litus ex ſang. draconis, bolo armeno, albumin. ovorum & aceto. Linteum in aceto frigidiſſimo maceratum tum cervici tum teſtibus apponatur, & exſiccatum vel calefactum renovetur. Inſufflatur naribus pulv. boli armeni & ſang. drac. vel *cineris lintei fini combuſti*. Injiciantur arcta vincula extremitatibus partium. Spina & lumbi illinantur ung. albo. refrig. Gal. mucilag. ſem. pſyllii extractâ in aquâ portulac. Epithema refrig. jecori apponatur.

Sudor. Commune ſymptoma *febr.* tam *intermittentium*, quam *continuarum*, eſt humidum ſecundæ & tertiæ coctionis excrementum per cutem in aquæ ſpeciem erumpens. *Cauſa* eſt *calor*, non quidem acris admodum qui ſiccandi vim habet, ſed humidus per habitum corporis diffuſus. *Cauſa* verò *ſine quâ non*, cutis raritas, idonea hepatis & lienis conſtitutio, quibus viſceribus attribuit *Fernel.* primam ſudorum ſcaturi-

turiginem: quia calido & humido jecore & liene præditi quavis ex cauſâ ſudore diffluunt; quibus verò ſcirrhoſa, obſtructa aut arida ſunt illa viſcera. contrà. *Progn. Boni* ſunt *ſudores*, qui morbum reddunt tolerabiliorem, licet neque die critico, neque à toto corpore erumpant: *mali* ſunt à quibus ingraveſcit morbus, etiamſi è toto corpore profluant, vel die critico. *Hippocr.* 1. *progn. aphor.* 28. *Optimus* eſt *ſudor*, qui die decretorio erumpit, antegreſſis coctionis ſignis, die ſcilicet 3. 4. 5. 7. 9. 11. 24. 27. 31. 34. Indicat enim naturam eſſe validam. *Malus* verò eſt, qui vel morbi initio, vel quovis morbi tempore, ante diem criticum, nec adhuc viſis coctionis ſignis profluit; vocaturque *ſymptomaticus*, quia vitio & maleficio morbi, non ex motu naturæ evenit. *Bonus* eſt qui à toto corpore manat, *Galeno æqualis* dictus, non copioſior ex capite & brachiis quam pedibus. *Malus* verò, qui non ex toto corpore profluit æqualiter, ſed tantum circum caput, faciem & cervicem erumpit. Significat enim naturam languidam, aut copia gravatam ſuccumbere, vel indicat morbi inobedientiam, facultatiſque expultricis imbecillitatem. Qui ſi ſimul *frigidus* ſit & *viſcoſus* mortem denunciat. Ex *qualitate bonus* eſt *ſudor*, qui *calidus* eſt & *tenuis*, nec admodum graveolens. *Malus* verò, qui *frigidus* eſt, qualis mo-

morituris apparet. *Bonus* denique eſt, qui
ægrum allevat: *malus* verò qui gravat &
morbum exaſperat. *Diuturnæ* ferè ſunt *fe-*
bres omnes, quæ lentum & craſſum ma-
dorem partibus imprimis ſuperioribus, vel
ſtatim initio exhibent. *Curatio.* Sunt vel
cohibendi vel provocandi *ſudores*, In *fe-*
brium contumacium criſi, aut in fine ac-
ceſſionis *intermittentium* parcius erumpen-
tes, promovendi; non quidem veſtimentis
neque externis calidis admotis, ne incen-
dium exaſperetur, ſed attenuanti & ſudo-
rifica potione. Dantur ad id varia, de qui-
bus alibi, imprimis vinum album tenue
valdè dilutum aq. card. benedicti cum ſyr.
capill. veneris. *Sudores*, ut omnes reliquæ
evacuationes, ſi modum excedunt, metu
nimiæ virium exolutionis tutò ſiſtuntur:
cognoſcitur id expulſu, & virium lapſu.
Concidente itaque pulſu, *ſudores* arte ſup-
primantur, cavendum ne noxios humo-
res in internas partes revocent. Illinantur
lumbi oleis roſar. & maſtiches lotis in ace-
to, vel cerato refriger. *Galeni* addita cam-
phora. Admoveantur cordi & hepati epi-
them. refrigerantia. Dentur intro refrige-
rantia, quæ ſimul viſcera corroborent: con-
venient hordeata ex decoctis lactucæ, vel
ſem. frigid. confectis. *Nota. Sudor.* niſi
ſponte prorumpat, fruſtra arte ſæpenu-
mero elicitur, imprimis verò iis vix un-
quam

quam elicitur, quibus male affecta ſunt viſcera, maximè quibus ſiccum eſt jecur & ſcirrhoſum.

Alvi fluxus, eſt vel *cœliacus*, per quem chylus alvo redditur; vel *lientericus*, per quem alimentum tale, quale eſt aſſumptum, rejicitur, vel *humoralis*, quo vitioſi & inutiles humores, bilioſi, pituitoſi & melancholici evacuantur. *Cauſa.* Fit ſæpe ab immodico ptiſanæ aut aq. frigid. potu, vel à ſubdola & latitante veneni peſtilentis pernicie. Sæpe etiam à cruditate ventriculi. *Progn. Lientericus* & *coeliacus* morbum non levant, ſed vires diſſolvunt, & in ægri perniciem ſæpe vergunt. *Humoralis* ſæpe levamen affert, ſi fiat tempore convenien-te, nempè in fine *continuarum febr.* aut acceſſione *febr. intermittentium*, ſitque moderatus: immodicus verò, & qui initio *febrium contin.* fit, malus; tunc enim evacuationes omnes non naturæ vi, ſed morbi potius impetu & acrimonia turgentis humoris naturam ſtimulante, adeoque *ſymptomaticè* fiunt: cum ſincéra neque nimis tenuia excrementa ſunt, ſed craſſa & miſta, morbi brevitatem indicat. *Curatio.* Si *immoderatus* eſt, à quacunque demum cauſa oriatur, rhei uſus requiritur. Nam deterſis hoc medicamento crudis humoribus, & roborato ſimul ventriculo, facilè conquieſcet, & alacriores evadent partium omnium concoctio-

coctiones. Si *cruentum* ſit *profluvium*, detracta acri & mordaci bile inteſtina rodente haud ægre ceſſabit. In *bilioſo* & *ſymptomatico fluxu* vacuatio arte facta itidem requiritur, ut *detractâ oneris, quo natura premebatur, portione, reliquum facilius concoquatur.* Vomitus initio arte provocatus itidem prodeſſe poteſt, ſi nihil obſit: nam ut meſenterium purganti medicamento, ſic cyſtis fellis vomitione commodè exoneratur. In *immodico* verò *alvi profluvio* ad clyſterum adſtringentium uſum confugiendum, ut & unguentorum & emplaſtrorum ejuſdem facultatis extra adhibitorum. Somnus itidem & quies arte procurandi.

Alvi adſtrictio fit vel à calore intenſo inteſtina exſiccante: vel obſtructione meatus, quo e veſica fellis bilis in inteſtina labitur; à qua cauſa etiam *Icterus*. *Curatur* decocto prunor. dulc. & acidorum; clyſteribus frequenter injectis, iiſque refriger. remollientibus, & blandè purgantibus. Item ſuppoſitoriis vim inteſtinorum expultricem excitantibus, purgationibus blandis ex caſſia recens mundata, infuſo fol. ſennæ, rhabarb. ſyr. de cichor. compoſito cum rheo ſimilibuſque.

Icterus in *febribus acutis* fit 1. Ab *inflammatione jecoris*, cujus incendio tota ferè ſanguinis maſſa bileſcit. 2. Vel per *criſin*,

qua

qua bilis febris cauſa conatu & robore naturæ foras ad cutem propellitur. 3. *A nimiâ bilis copiâ*, quem venæ præcalidæ gignunt. *Progn.* Vide *Aphor.* 62. *&* 64. *ſect.* 4. qui ita intelligendi, ut *Hippocrates* à calumnia vindicetur: *Icterus* ante ſeptimum diem *febribus continuis* ſuperveniens, ſi nulla conſequatur critica evacuatio, neque febris ejuſque ſymptomatis remiſſio, lethalis eſt: maximè ſi adſit jecoris inflammatio. Si verò poſt ſeptimum diem oboriatur & criticus ſit, expectanda erit ſalus, imprimis ſi qua excretio illum comitetur, unde minuatur *febris*: quæ ſi non contingat, periculo nom vacat talis *Icterus* ante ſeptimum diem obortus. *Curatur*, Si ab *hepatis inflammatione*, eadem requiruntur remedia, quæ in hepatis inflammatione deſcripta ſunt. Si à *calidâ* & *ſiccâ* venarum totiuſque corporis *intemperie* oboriatur, refriger. & humectantibus utendum: & prohibebitur ita flavæ bilis generatio, ſi ejus quæ jam genita eſt, inſtituatur evacuatio conveniens per cholagoga, & habitus corporis refrigeretur & humectetur.

FISTULA eſt ulcus ſinuoſum, fiſtulis arundinum haud diſſimile, arcto orificio, per quod certis intervallis tenuem humorem effundit. *Aëtius cap.* 55. *term.* 2. *tetrab.* 4.

Differentia ejus à magnitudine, figura, & numero

numero ſinuum, inſuper ab eventu deſumuntur. Quædam intra carnem deſinunt, aliæ ad oſſa aut cartilagines penetrant, aut ad ulteriora perveniunt. Vide *Celſum cap.* 28. *lib.* 5.

FLUOR *muliebris* ſive *profluvium album.*

Curatio. Marrubii albi ſummitates in vino albo infuſas per noctem triduo epotas mirè ad menſtrua provocanda, ſtomachum roborandum, & cachexiam appetitumque reſtituendum facit. *P. Borellus obſerv.* 14. *cent.* 4.

FLUXIO, Vide congeſtio.

FLUXUS *Hepaticus.* v. Hepatitis. Dyſenteria hepatica.

FRACTURA *cranii cum vulnere mening.*

S. Progn. Vide *P. Borelli obſervat.* 20. *cent.* 2. ubi quædam habet notatu digna de cranii fracturis non apparentibus, & de modo eas cognoſcendi: Item de crotaphyti muſculi ſectione.

FUNGI ſunt *excreſcentiæ vulnerum.* His exedendis conveniunt alumen uſtum, mercurius præcipitatus, unguentum Ægyptiacum. *Fabr.* alium pulv. habet. *Obſerv.* 15. *centur.* 1. cujus deſcriptionem & plura vide citato loco apud *Fabritius Hildanum.*

FUROR *uterinus.*

Cauſa proxima non eſt putridum ſemen,

ut in *hyſterico pathemate*, ſed genituræ incorruptæ quidem, verum uberioris & acrioris in vaſis uterinis *orgaſmus*.

Differt à maniâ, quod non ab atrâ bile, ſed à ſeminis ferventioris plethorâ ducat originem, quodque circa rem veneream peculiariter verſetur, ita ut petulcæ ægrotantes nihil aliud vel loquantur vel cogitent. Vide *Ant. Menjotium in eruditiſſ. ſuis diſſertat. Patholog.*

FURUNCULUS eſt tuberculum in acumen protuberans, cum inflammatione, dolore ac duritie ad ovi columbini magnitudinem excreſcens.

Cauſa. Craſſus & impurus ſanguis, quem natura, tanquam nocivum vitioſum & mutilum à puro proboque ſeparando in ſumma corporis expellit.

S. diagn. Exigua initio inflammatio, cum puſtula & veſica ſenſim increſcens, cum dolore, duritie & rubore, dum ſtatum attigerit, qui circa 8. 9. aut 10. diem abſolvitur.

Progn. Periculo caret, niſi epidemicis temporibus in *carbunculum* aut *anthracem* degeneret.

Curationem & ejus dependentia, *vid. ſub. tit. Puſtulæ.*

GANGLIUM *tumor* eſt corpori concolor, durus ac renitens doloriſque expers, niſi vehementer preſſus, ſtupidum ſenſum exhibens

exhibens; *Generatur* ex lenta craſſaque pituita vel naturali melancholia.

Curatur generalibus: frequenti cum ſalivâ frictione, abſque aliorum medicamentorum uſu: ſi tenui ac gracili ſunt radice, vinculo ſericeo ad radicem arctè vinciatur, & vinculum quotidie arctiùs conſtringatur; donec illis nutrimentum pereat.

GANGRÆNA eſt incipiens membri corruptio, quam ſi partis extinctio ſubſequitur, *ſphacelus* ſeu *ſideratio* dicitur, quæ nihil aliud eſt, quam cadaveroſa & emortua caro. & dicitur *der Kaltebrand*, prout *Gangrana, der Heiſſe brand.*

Progn. Gangrana ſæpe phlegmoni & aliis id genus tumoribus ſuccedit.

Curatio. Eadem propemodum *gangrana curanda* ratio ineunda, atque *carbunculi*, cum utriuſque fere ſint communia *ſymptomata.* Quibus vires imbecillæ, vinum præmittatur *oligophoron* & dilutum, carnes euchymæ & earum jura; quibus incoquantur acetoſa & lactuca cum borrag. vel. bugloſſa, ut in cæteris calidis affectibus. Statim poſt inciſionem cauteria admovenda, ad ſanguinem ſpirituſque cohibendos, ne immoderatè effluant; poſtmodum conſulendum viribus patientis: tandem enitendum ut eſchara decidat vel uſu ſucci porri cum melle, vel radicis ireos cum melle. Commodè etiam duobus aut tribus, an-

e quam aggrediamur operationem, diebus, patienti propinatur ℈ j. aut ℈ i ß. alicujus opiatæ cum ℥ iij. aq. lactucæ & nymphææ, & ſyrupi papaveris ℥ ß. ad ſopiendos ſenſus.

GANGRÆNA ex *interceptione ſpirituum animalium.* Vide apud *Fabr. Hildanum; obſerv.* 3. *cent.* 1.

GANGRÆNA *teſtium.* Teſtium gángræna.

GLANDULA eſt adenis tumor obduratus à *ganglio* & *nodo* ſolo ſitu diſcrepans. *Curatio* eadem quæ in *gangl. nodo* & *lupia.* Topica adhibeantur quæ molliendi, eliquandi & diſcutiendi vim habeant.

Gonagra. eſt ſpecies arthritidis genua occupans. Vid. Arthritis.

Gongrona nihil aliud eſt in genere quam tumor nervoſorum corporum rotundior cum duritie; ſed in ſpecie ſumitur pro Broncocele.

GONORRHOEA eſt fluxus involuntarius ſeminis.

GONORRHOEA *Venerea.*

Curatio. Virus non temerè ſiſtendum, ne vel luem accerſat, vel ulcus penis aliudve grave malum. Tandem ceſſante omni fluxu, roborandæ partes ſeminales, & tollendus omnis luis metus.

Hæmatocele ſecundum Ingraſſiam eſt ſpecies

ſpecies herniæ à ſanguine vaſa diſtendente, orta.

Hæmodia. Eſt affectus dentium qui cibos auſteros & acidos maſticatos ſequitur, vocatur alias Dentium Stupor. Illi medetur portulaca manducata.

HÆMOPTYSIS eſt ſpuratio ſangnis à pulmone. Hinc venire tuſſis docet. Non dubitandum ſi floridus, ſi ſpumoſus: oritur à copiâ ſanguinis & fervore ejus undecunque excitato. Si à pulmonibus copioſior exit & tenuior ſine dolore, à thorace paucus craſſus cum dolore. *Ant. Lindanus.*

S. *Progn.* Vide *aph.* 25. *lib.* 4. *&* *aphor.* 16. *lib.* 7. cum febre ſemper *lethalis.*

Cernis ut è molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad Stygias certo tramite ducit aquas?

Aliquando critica eſt & liberat à magnis morbis; tum non metuenda, quia accidit cum ægri εὐφορίᾳ, abſque febre, *Mulieri ſanguinem vomenti, ſi menſes ſuperveniant, ſanatio.*

HÆMORRHAGIA *narium*, ſive fluxus ſanguinis è naribus vel critica eſt vel ſymptomatica.

Si modum excedit Hæmorrhagia critica, optimè quidem ſiſtitur iis remediis, quæ ſpiritus impetum ſiſtunt.

HÆMORRHOIDES ſunt fluxus ſanguinis. Sunt vel opus naturæ, vel ſymptomata morbi.

Progn. Moderatus eorum *fluxus*, licet non pure naturalis, ſicuti *menſtrui purgatio* in mulieribus, nequaquam impediendus, cum per *eum* quamplurimi morbi avertantur, præſenteſque percurentur. *Melancholicis & nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bonum. Hipp. aph.* 11. *ſect.* 6. Antiquas ſananti, ſi *una* non ſervetur, periculum eſt, aut hydropem aut tabem ſupervenire. *Hipp aph.* 12. *ſect.*6. & *aph.* 21. *ſ. ead.* *Hæmorrhoïdum* commoda multa, quando nigra per *eas* effluunt. *Duret.* in *Coac.* ex *aph. Hipp.* 25. *ſect.* 4. A 40. ad 60. annum, raro pueris, raro ſenibus accidunt. Ex ægre fluentibus, obortæ vertigines apoplecticum quidpiam ominantur. *Hipp. Coac.* 21. *c.* 13. *l.* 2. Et ad plethoram deſerviunt, & ad cacochymiam. Per *epigeneſim* obortæ, *malæ: bonæ* vero per *metaptoſin.* Maniacis prope jam alienato cerebro inutiles, *Duret. in Coac.* Apoplecticis ſalutares. *Hipp. Coac.* 3. *c.* 23. *l.* 2. cum nimiâ copiâ manat, aut diutiùs durat *hæmorrhoidalis fluxus*, vel frequentiùs revertitur, vires labefactantur, vividus corporis color perit, tandemque cachexiæ & hydropes ſequuntur.

Curatio. Inter purgantia alvumque ducentia ſeligenda blandiora adſtringendique

ſimul

ſimul qualitate prædita: qualia ſunt rhabarb. myrobal. & tamarind. ut humores biliosi ſanguinis impetum conciliantes commodè expurgentur. Toto curationis tempore utatur æger pro potu ordinario aq. ferratâ vel decocto millefolii. Præſervatio fit per convenientem victus rationem V. S. bis aut ter in anno celebratam; & per purgationes uſuales; causticum tibiæ admotum, aliaque hujuſcemodi, quæ varianda juxta varias corporum diſpoſitiones. Præterea aq minerales vitriolatæ, aluminoſæ & ferratæ maximè huic ſcopo conveniunt. *Fonſeca* ad præcautionem commendat decoctum lentiſci, quod hæmorrhoïdes ſiſtit ſimulque ventriculum roborat.

Ad nimium hæmorrhoïdum fluxum laudat *Borellus obſervat.* 58. *cent.* 4. Syrupum de roſis ſiccis. In ordin. curatione hepatis & lienis ratio habenda, cum venæ meſeraïcæ viſceribus hiſce inſerantur: quæ ſi calidiora ſunt aut debiliora, uſu epithem. & unguent. refriger. & roborantium fovenda. Si ab obſtructione viſcerum & venarum meſaraïcarum, ut ſæpe fieri ſolet, eæ erunt ſolvendæ. Sic pill. ex chalybe contumaciorem fluxum curatum vidi. Sequens oleum frigidè admotum commendatur à *P. Borrello obſerv.* 63. *cene.* 1. ℞. inſecta quæ in locis humidis & cellis vinariis ſub lignis & lapidibus reperiuntur, gallicè *Cloportes* dicta, leu-

cophæa, ea collige ad ℥ iv. Ut & radices porri ſeu tapſi barbati ad ℥ j ß. olei olivarum ℥ vj. minutim incidantur inſecta, & radices & cum oleo per horam bulliant, cola & utere. Confert etiam butyrum recens aq. roſaceâ lotum, & cum ovi albumine agitatum & admotum. vid. Obſtructio hæmorrhoïdum.

HEMIPLEGIA. Paralyſis.

Hemitritæos. Vid. Febris Semitertiana.

HEPATITIS. *Dyſenteria* hepatica.

HERNIA *humoralis*. Inflammatio ſcroti & teſtium.

HERNIA *aquoſa*.

Progn. Ramex inteſtinorum difficilè admodum curatur. At aquoſa hernia curatu facilis eſt. Carnoſus ramex ægrè aut nunquam curatur. Omnes inveterati ramices ſuſpecti ſunt ne teſtes corrumpant.

HERNIA *umbilicalis*, *exomphalos* eſt proprie exitus umbilici, ſi tumor à vaſis umbilicalibus.

Curatio. Præter generalia, & topica, ut ſupra. In principio locus foveatur decocto Uſneæ & prunellæ in vino ſtyptico rubro, & poſtea cataplaſma ex plantagine & lentibus, vel earum farina aliquoties applicetur; In adultis commendantur Ung. ex fungis nucum cum decenti ligatura, interim eſſentia conſolidæ majoris cum arcano ſalis gemmæ quotidie aſſumta.

HERNIA

HERNIA *Gutturalis*, *Bronchocele*. Fit à pituitâ craſsâ & lentâ, quæ ſenſim ex capitis externis partibus per auris poſteriora in eam partem delabitur.

Signa ſunt, prominens tumor in gutture, corpori concolor, utcunque mollis & mobilis, doloris expers.

Progn. Materia putreſcens malignam tandem induit naturam; unde in cancrum degenerans ſæpius mortem infert.

Curatio. Præmiſſis univerſalibus V. S. & purgatione humor peccans diſcutiendus & abſumendus. Inter topica laudat *Aëtius* bdellium, caprinum ſtercus in aceto liquatum. Si medicamentis non cedat, ex *Rogerii* conſilio admovendi ſunt duo ſetonei, ut ſenſim humor defluat: & ſuperfluum poſtea erodentibus paulatim eſt abſumendum, pulvere aſphodelorum & ſimilibus. Denique ſi venis, arteriis & nervis implicata non fuerit, inciſione poteſt extrahi cum cyſti: ut feliciter vidi fieri *Lutetiæ Pariſiorum*. Primò applicentur adſtringentia, poſt ſiccantia reſolventia.

HERPES *exedens* eſt puſtuloſa *inflammatio* cum pruritu & rubedine, partem, in quam ſerpit, exulcerans. Eaſdem cum *eryſipelate* habet *cauſas*: *oriturque* à flava bile eaque tenui & ardentiſſimâ, facile ſummum corpus ad epidermidem uſque penetrans, ubi cum retinetur nec ultra exſpirat, eam

partem exedit. *Progn.* & *Curatio*, V. *Herpes miliaris.* Frequens catharticorum uſus adhibendus, ad revellendam materiam partes oppoſitæ fricandæ, arctiſſimè vinciendæ, & extrema fovenda. Proſunt empl. de arnogloſſ. ung. pomphol. & alb. Rhaſis, necnon plumbi lamina in aq. aluminoſ. diu macerata, ſi tumor uſque adeo acris, ut *ulcus phagedæn.* excitet, quod mitioribus nequaquam cedit medicamentis, ad valentiora recurrendum; ad arſen. ſublimat. optimè tritum cum Ung. albo mixtum, eoque elychnia imbuenda, atque interea ambitus affectus ung. de bolo muniend. vel oxycrato, ne ob dolorem oriatur defluxio. Denique ſi magis magiſque ſerpat ulcus, ad ferrum ignitum accedendum.

HERPES *miliaris.*

Progn. Ex maligna vel benigna bile minus vel magis periculoſus eſt. Herpes in cancrum degenerans, malum: Herpes miliaris difficilioris eſt reſolutionis, imprimis ſi ex lue venerea oriatur.

Curatio. Per generalia. V. S. heic quoque locum non habet. Victus ratio ſit eadem, quæ in *eryſipelate*, cum ex iiſdem cauſis generetur. v. *Herpes exedens* & *Eryſipelas.*

HERPETES *manuum ex lue Vener.* *Signa* & *remed.* univerſal. ex capite de *morb. Vener.* petenda. Conducit maxime linimentum,

tum, ex ol. nucum & cerâ confectum, addito pulv. præcipitati, quantum videbitur.

HYDROPS eſt vel *Leucophlegmatia* vel *Aſcites*: *Vtraque* definitur intemperies calida & ſicca cordis. *Leucophlegmatiæ Signa* ſunt, totius corporis tumor albus, mollis, laxus ac veſtigia ſervans in pedibus potiſſimum ac manibus; bibendi deſiderium, urinæ tenues, albæ. *Progn. Leucophlegmatiâ* detento, fortis diarrhœa ſuperveniens morbum ſolvit. *Hippocr. l.* 1. *Coac. cap.* 9. Vid. *Hydrops Aſcites. Curatio* conſiſtit in ablatione pituitæ tum venoſæ, tum intercutaneæ ſeu cauſæ foventis intemperiem; in correctione intemperiei & roboratione ventriculi. Inter purgantia appropriata commendantur præ cæteris mechoacanna; jalappa, diaturbith cum rheo, gutta gamba. Egregium in hoc caſu eſt gratiola data cum decocto Eupatorii forma apozematis aut extracti v. g. ℞. Extracti gratiol. gratiol. ℈j. Extract. jalappæ. ℈ ß. M. f. pilulæ. Inter uretica ſingulare eſt *Weckeri* aqua antihydropica. Decoctum Guajaci pro familiari potu maximè digerit per ſudores intercutaneam pituitam. Intemperiem cordis & ventriculi corrigunt pulv. diambræ, diacumini, in tabellis cum oleo caryophyllor. *P. Borellus Obſerv.* 53. *ejuſd. cent.* pro arcano habet ſolam ptiſanam herbæ ceterach.

HYDROPS *Aſcites* definitur abdóminis ex ſubito inter peritonœum & inteſtina aquoſo humore, non omnino tamen flatus experte, diſtenſio. *Ant. Menjotius, in diſſert. ſuis Pathol.* Obſervavit *Hippocr.* pituitoſa à bilioſis dejici, hiſque hydropem ſupervenire, in *Coacis.* Aquæ hydropicorum quaſi thermales eſſent, è mediis viſcerum ignibus plerumque ſcaturiunt, ita ut mirandum cum *Tralliano, lib. 9. cap. 4.* quod nec aqua hydropicorum calorem, febrilem reſtinguat, neque febris eorundem aquam exhauriat; ſed aquæ ſimul igniſque ſupplicio miſeri ægri mulctentur. *Cardanus* ſcribit omnem hydropem fieri à calore: quæ opinio mitiganda. Nam ut certiſſimum eſt, cauſam *hydropis* efficientem, remotam & antecedentem, non rarò eſſe calidam, ſic cauſa proxima & continens non alia agnoſci poteſt, quam frigida. Uti clarè demonſtrat *Ant. Menjotius in diſſert. ſuis pathol.*

Sign. Tumor pedum ſemper adeſt, maxime circa veſperam & poſt exercitia: deinde ſcroti atque abdominis; reliqui corporis emaciatio atque collapſus; ſitis ingens & creſcens indulgendo. Urina pauca craſſa, turbidaque. *Aſcitem* præterea comitantur inappetentia; repletio ſicut in ſaturis, à cibatu etiam pauciſſimo. *Videntur alimenta* [obſervante Hippocr.] *cucumerem agreſtem olere.* Alii ſtrepitus à circumvoluto ſpiritu

ſpiritu; ſed is longè ſummiſſior, quam in *tympanitide*. Urget ſpirandi labor, diaphragmate oppreſſo.

Progn. Cum jecur facultatis naturalis arx ac præſidium, in hydrope graviter tentetur, certè hicce morbus non poteſt non eſſe periculi plenus. Notatu digna *Aretæi* verba. Omnes hydropum ſpecies pravæ ſunt, ſed inter ipſas *Leucophlegmatia* mitior habetur, quod ſudore, urinâ, vel alvo ſolvi poſſit. Difficilis *Tympanias* (ſub quo videtur *Aſcitem* comprehendere) adhuc *Tympaniâ* difficilior *Anaſarca*: oportet enim Medicum in hoc morbo totum hominem permutare, quod neque Diis ipſis facilè fuerit. Obſervat *Hippocrate*, hydropicum eodem die pro quiete vel motu humoris, nunc meliuſculum eſſe, nunc peſſimè ſe habere, ita ut mori ſibi videatur; quod intelligendum de vigore ægritudinis, in quo terrifica ferociunt ſymptomata. Nam in exordio vel etiam augmento ægri bene ſperant, imo non pauci fiduciâ ſecundæ valetudinis opprimuntur: teſte *Celſo*. *In genere* omnis *hydrops*, judice *Hippocrate* qui feſtinat ad augmentum velociſſimè evadit curatu difficilis: Ille tamen minus formidabilis æſtimatur, qui nullius antecedentis affectionis conſectarius eſt, magis qui longæ, maximè qui acutæ: juxta illud *prognoſtici lib*. 4. *de morb. ſect*. 2. *Hydrops* è ſcirrho hepatis non ſaneſcit:

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas.
Si aquæ *hydropicorum* unâ vice vacuentur, accedente è veſtigio imbecillitate, mors contingit. *Aphor. 27. lib. 6. Hydrops* maniæ ſuperveniens bonum. *Aphor. 5. lib. 7.* Illius enim frigiditas atque humiditas, hujus calorem & ſiccitatem emendat. Intelligendus autem *hydrops* inchoatus & bonâ fide manſueſcens. In *Anaſarca*, ſi œdema ad faciem & manus jam irrepſerit, ac pruritus ſupervenerit, æger ſecundâ vel tertiâ die moritur: ex *Avicenna*. *Hydropicus* ſi tumorem habens in cruribus, tuſſiat, malum, ex *Hippocrate ſect. 5. lib. 2. Epid. Aphor. 35. lib. 6. & Aphor. 47. lib. 7. Hydropicorum* ulcera ægrè ſaneſcunt. *Aphor. 8. lib. 6.* ulceris enim medela exſiccatio eſt, ac, ut inquit *Præceptor*, quod ſiccum eſt, ad ſanum magis accedit; quod humidum ad vitiatum. *Epilepſia hydropicis* funeſta. *Hipp.* in *Coac. 5. cap. 19. l. 2.* Incipiente *hydrope* alvi profluvium ſine cruditate morbum ſolvit. *Hipp l. 2. Coac. c. 9. Coac. 8.* Fluxus ventris in *hydrope*, qui nihil proficit, peſſimus. Quanto lotii minus redditur, tanto deterior *hydrops*. *V. pl. ap. Hipp. aph. 3. 14. 27. & 35. ſect 6. aph. 11. ſ. 4. l. 2. Coac. cap. 9. Coac. 4. & 8. & eod. libr. c. 19. Coac. 1.*

HYDROPS *ſeu aſcites epiploicus.* Præter *Aſcitem* ſuperius delineatum, datur etiam *Aſcites Epiploicus* ab aqua concluſa in omento

mento, tanquam in lagena, quæ meteoriſ-
mum excitat in ſiniſtro præſertim hypo-
chondrio, ubi major omenti portio locata
eſt.

Progn. *Hydrops* omenti, decreto *Aphor.*
55. *lib.* 7. abſolutè lethalis judicatur. Aquis
enim epiploon confertim opulentibus cæ-
teræ, quibus introitus denegatur, in abdo-
minis cavum neceſſariò exundant, tuncque
omentum intus & extra aquis circunda-
tum, tanto celerius putreſcit, quantò natura
ſua ad corruptelam magis obnoxium eſt.
Exemplum ſingulare *Hydropis* ab *Epilepſiâ*,
vide apud *P. Borellum obſerv.* 34. *Cent.* 3.

HYDROPS *tympanites* eſt flatuoſa
abdominis moles, rugitu ſtrepens, dumque
percutitur, inſtar tympani reſonans.

Sequitur hic morbus inſignes ventriculi
cruditates, quæ cruditates partim à vena-
rum meſeraicarum, quas perlabuntur, cali-
ditate præternaturali, partim & quidem ma-
gis ab hepate, præſertim circa regionem
ejus concavam æſtuante, ſolvuntur in fla-
tus, non aliter quam ignis aquam, aut calor
aëris ambientis cadaver tumefacit. Proinde
minus rectè *Galenus in Aphor.* 11. *lib.* 4. qui
ut flatum omnem pro matre pituitam, pro
patre frigiditatem, id eſt calorem imbecil-
lum habere arbitratur; ita *tympanitem* à je-
coris frigore prodire exiſtimat, remiſſiore
tamen, quam in aſcite.

S. *Progn.*

S. Progn. In *ſicco hydrope* ſtranguria prava eſt; ac prava quoque urina eſt, quæ hypoſtaſin habet exiguam. *Hipp. l.* 2. *Coac. c.* 9. *Coac.* 4. *Tympanites* ſupervenit etiam longis febribus, & quibuſdam acutis; ſequitur languores ſtomachi, ejuſque & inteſtinorum inflammationes & ſcirrhos jecoris, ventriculi, uteri & peritonæi, ſicut & inflationes coli & ſtomachi.

HYDROPS: *à compreſſione.* Ejus exemplum notatu dignum vide *in P. Borelli obſ.* 24. *cent.* 2.

HYDROPS *oculorum.* Oculorum hydrops.

HYDROCEPHALUS eſt tumor aquoſus, qui vel intra vel extra cranium ſubſiſtit.

Progn. Si humor ille aqueus inter cranium & cutem concluſus in oculos defluat, varios affectus producet, ut lippitudines, ſuffuſiones, caliginem, nubeculam, apoſtemata frigida in auribus: dolorem dentium, ſi in ejus nervos & radices decurrat: omne denique Arthritidis genus, in quamcunque juncturarum partem decubuerit. Sub cranio deliteſcens difficile admodum abſumitur.

Curatio. Primò victus ratio nutrici præſcribatur, ut parcè ac tenuiter vivat, ſiccantibus utatur; hum[...]antia fugiat. Alvus ipſi quotidie liberè fluat. Abſtinendum à cau-

ſticis

ſticis ob cerebri adeo tenelli viciniam. Caput purgantia, vel gargariſmata, quæ nutricibus imperantur, non probantur.

HYDROPHOBIA. Vocatur nomine Græco ὑδροφοβία à liquidorum ciborum & aquæ formidine: ſeu *rabies canina*, quia rabidi canis morſu ſæpè invehitur. Eſt affectio primum cordis, deinde totius corporis contagioſa à veneno rarius intus genito, ſed frequentius aliunde tranſmiſſo procreata, per quam furens æger ſiti ſimul & aquæ timore diſtorquetur. *Differt* à maniâ, quod hæc ſit morbus chronicus, illa affectus præceps. Deinde à mania diſcriminatur inſuper, contagio, venenatâ qualitate, aliiſque ſymptomatis, imprimis flagranti ſiti & aquæ abominatione. Vide *Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis pathologicis*, & hoc libro Venenum.

Hyſterica Affectio. Vid. Affectio Hypochondriaca &c.

ICTERUS *flavus, Viverra, Aurigo, morbus regius, Arquatus & ſuffuſio fellis.* v. pl. in *compend. m. Theor. Definitur* obſtructio biliosa hepatis, vel: bilioſi humoris per ſumma corporis effuſio. *Signa* ſunt, flaveſcentes oculi: viror totius corporis: urinæ craſſæ & croceo colore tingentes linteа: alvi fæces albæ. Si jecur durum factum, aut fit, deſperata res eſt. *Aphor.* 64. *lib.* 4. & *Aphor.* 42. *lib.* 6.

Curatio

Curatio. Multum præſtant apozemata ex rad. taraxici, cichor. chelidon. ex herb. cichor. endiviæ, fragar. marrub. fol. ribeſior, nigror. cum ſem. fœniculi, fol. ſennæ, rhabarb. tartaro vini: additis colaturæ ſyr. cichor. compoſito cum rheo aut roſar. ſolutivo cum fol. ſennæ & ſpirit. tartari.

ICTERUS *niger* eſt obſtructio fæculenta pancreatis.

ILEUS, ſive *Iliaca paſſio*, vulgo *Miſerere mei* retinentur & tandem per os rejiciuntur.

Progn. Omnis *ileus* periculoſus; ubi fæces.

Curatio. Mollientia ſunt ex uſu: interna, topica, ℥ j. ol. amygd. d. vel per ſe, vel cum vino albo, vel urgente dolore cum ſyr. papav. exhibitum, unicè proſunt. Exhibeantur clyſteres mollientes ex decocto althææ, malvæ, violariæ, chamom. & meliloti cum ſem. lini & fœnugræci; vel ex decocto inteſtinorum & omenti vervecis, quo diſſolvantur butyrum, mel & ſal gemmeum. Si *ab inflammatione*, *Curatur* ut inflammatio inteſtinorum: V. S. ſæpius repetitâ, ſi vires ferant, tum in brachio, tum in pede: cucurbitularum admotione inguinibus cum ſcarificat. clyſt. emoll. & refriger. vel lac recenter mulctum cum pauco ſaccharo & albumine ovi, vel mucilag. ſem. pſyllii ℥ j. ad leniend. dolorem inungatur. Poſt V. S.

exhi-

exhibeantur ol. amygd. d. ℥ij. Denique balneum aquæ dulcis tepidum maximè convenit, imprimis ſi incoquantur emoll. & refrigerantia. Si *à facibus induratis, curatur* ut colica: *Paraus* aliique celeb. practici commendant argentum vivum ad libras tres in aqua exhibitum, quod pondere ſuo inteſtinum veluti vinctum expedit.

IMBECILLITAS *ventriculi.* Ventriculi imbecillitas.

IMBECILLITAS *virium* latè ſumpta omnium actionum animalium, vitalium & naturalium *imbecillitatem* generatim comprehendit; ſed *ſtrictè* vitalium tantum, quæ ex pulſus debilitate & infirmit. cognoſcitur. In omnibus morbis gravioribus evenire ſolet, à naturâ vel ſuccumbente, vel vix ac ne vix quidem cauſæ morbificæ reſiſtente. Illi, cum mortis metum incutit, celeri manu ſuccurrendum, neglectâ etiam ad tempus cauſâ manifeſtâ.

Curatio. Subvenitur confect. alchermes, de hyacintho, tum juſculis exhibitis, vino oligophoro, aquâ cinnam. cum aq. card. bened. & ſacch. perlar. habitâ probè ratione morbi. In calido cardiaca temperatiora; in frigido calidiora præſcribantur. Succus carnis vervecinæ ſolus ac ſimplex in uſu eſt frequenti. Succum ex cordibus vervecinis *Valleriola* mirè laudat: ut & *Zacutus Luſitanus.* Julepi itidem cardiaci e. g. ℞. aq. bugloſſ.

gloſſ. roſar. & fl. arant. ana ℨ j. ſyr. de pomis, de limonibus ana ℥ ß. confect. alkermes ℨ j. aq. cinamomi ℨ ij. fiat julep. Cordi applicanda epithemata, pulli columbini per medium diſſecti & pulv. cardiacis conſperſi. Ventriculo ſacculi ex aromatibus vino odorifero madefacti. Teſtes pudendaque foveantur vino, in quo confect. alkermis diſſoluta: arteriæ tempor. manuum & pedum dictâ confectione illinantur, addito rantillo aq. cinamomi. Odoramenta naribus admovenda e. g. ℞. fol. meliſſæ, ocymi & majoranæ ana ℨ ij. cort. citri ſantal. citrin. gariophyllor. ana ℨ j. croci ℈ ß. ambræ griſ. gr. vj. moſchi. gr. iv. ligata in nodulo irrorentur aq. cinnamomi & roſar. vel balſamo confecto ex prædict. ol. nuc. moſch. cinamomi & gariophyllor. nares illinantur.

IMPETIGO *Græcorum*.

Diff. A *Scabie* diſtat, quod ſicca ſit & omnis humoris expers: Ex ſiccis enim puſtulis fit; *ſcabies* vero ex humidis. *Impetigo* cum impetu celeriter & late procedit & petit, ſeu *impetit* cutis unam partem poſt aliam. hinc *Serenus*: -- Vitium eſt, quod ducit ab *impete* nomen. *V. Comp. m. Theor.*

Curatio. Cucumeris ſylveſtris radix arida cum reſina *Impetiginem* & ſcabiem, pſoram & lichenas ſanat, ex *Plinio* 20.1. Eadem eſt ac in *Sahaſato*, & *Lepra*.

IMPO-

IMPOTENTIA. Vid. Virilitas extincta.

INCUBUS vel *incubo* Latinis dicitur ab incubando, propter oneris velut incumbentis ſenſum. *Plinio* ſuppreſſiones nocturnæ. *Ant. Menjotio* deſcribitur, quod ſit nocturna ſpirandi difficultas abſurda ſuperinjectæ molis opinione ſomniantem eludens.

Cauſa. Quilibet humor ciendo *incubo* paratus eſt. 1. Phlegmatica immundities in prima corporis regione collecta. 2. Humor melancholicus. 3. Sanguis imprimis luxurians & ebulliens. 4. Fervidioris uberiorisque ſeminis orgaſmus.

Progn. In genere ille *incubus* ſtatuitur formidiabilior, qui vertiginem mentiſque ſtuporem & confuſionem poſt ſe relinquit, eo quod cerebri idiopathiam denunciet. Pueros frequenter exercet: quia voraces plus comedunt quam digerunt, cum vehementior impreſſerit præfocatio, quoſdam interfici teſtatur *Aurelianus*; additque ex *Silimacho* contagioſum quondam & epidemicum *incubum* Romæ graſſantem multos *peſtis* inſtar jugulaſſe. Si pluries una nocte vel per plures noctes repetat, ac domeſticum fuerit ejus ſeminarium, periculo non vacat.

Curatio. Seq. remedium expertum: ℞. conſerv. fl. roriſm. ſalv. ana ℥j. Mithrid. Damocr.

Damocr. ʒ ij. ol. ſuccin. gut. vi. ſpir. ſal. armon. ʒß. ſyr. Stoechad. q. ſ. M. f. Conditum. Doſ. caſtaneæ magnitudo ſing. veſpertinis incœnato ſumenda.

INFANTIUM *Epilepſia differt* ab adultorum *epileſia*, quoad *curationem*, quæ hac ratione ineunda. Solutâ alvo ſuppoſitorio vel clyſtere exhibetur validum purgans pro ætatis robore e. g. pro infante unius anni diacarthami ad ʒ ij. Si ex lacte corrupto, vel ℞. hieræ picræ à ℈ ß. ad ℈ j. pulveris *de gutteta* ℈ ß. dentur cum liquore ſpecifico, & appropriato. ſeq. mixtura cochleatim uſurpanda mihi commendatiſſima: ℞. aq. fl. tiliæ, fœnic. ana ℥ j. ſyr. ſtoechad. diacod. ana ℥ ß. ſp. ſal. armon. ℈ ß. M. præmittenda purgantibus. Cucurbitulæ ſcapulis & lumbis admotæ etiam cum ſcarificatione, ſi infans grandior, vel veſicatorium poſteriori cervicis parti. Purgatione parum proficiente provocetur vomitus, vitriolo albo præparato, vel ſale vitrioli, bis terve quaterve celebratus. Si *affectus pertinacior*: exhibeatur frequenter cum lacte pulvis epilepticus *de gutteta* vulgo dictus, cum lacte aut juſculo à ſcrup. ſem. ad ſcrup. j. ita autem paratur: ℞. Rad. pœoniæ, ſem. ejuſdem, dictamni albi, viſci quercini ana ℥ ß. ſem. atriplicis ʒ ij. cranii humani ʒ iij. coral. rubr. præparat. ana ʒ j ß. ungulæ alcis præpar. ℥ ß. moſchi ſcrup. j. fol. auri. No. xx.

M. fiat

M. fiat pulvis. Occipiti deraſo admoveatur emplaſtrum de ammoniaco. Sinciput ſeq. pulv. ſinapiſetur: ℞. Nuc. moſch. ʒ ſem. gran. pœoniæ. ʒ ſem. fl. lavend. p j. ſuccini ſcrup. ij. f. pulv. ℞. ol. ſuccini, ſpiritus vitrioli ane gut. ij. vel iij. exhibeatur in aq. betonicæ, ℞. ol. rutacei, lumbricor. ana ℥ ij. ol. de caſtoreo ʒ j. aq. vitæ parum, f. liniment. quo ſpina dorſi & membra contracta inungantur. ℞. Theriacæ veteris ʒ j. confect alkermes & de hyacintho ana ſcrup. j. aq. betonicæ, ſalviæ, majoran. & cinnamomi, ana ℥ ſem. Miſce. f. fotus quo nares, tempora, aures & os foveantur; ad eundem uſum valet balſ. apoplect. Interim clyſteres ſemel aut bis in die injiciendi, in hunc modum parati: ℞. Rad. ariſtol. rotund. polypodii quercini, ſem. carthami, ana ℥ ſem. pœoniæ, cumin. ana ʒ iij. flor. chamomel. & anthos, ana p. j. decoquantur ad ℔ j. De colatura cape ℔ ſem. adde hieræ picræ ʒ iij. mellis anthoſati unc. j. ol. rutacei & lilior. ana unc. ſem. M. F. Clyſter. Pro ſpecificis ſint rad. valer. ſylveſtr. & fel catelli lactantis: *Vntzerus*. Habenda inſuper nutricis cura: ſi lacte nutriatur infans: lac diligenter examinetur: præſcribatur victus attenuans & laudabilis: vino interdicatur: bibat aquam vel hydromel vel bochetum ſalſæ perillæ. Ad præcavendam recidivam prophylaxit obſervetur, dando nuper natis, ante-

quam

quam lactari incipiant, pulveris *de guttet*a ſcrup. j. cum pauco lacte: eadem doſis ter reïteretur intra duos dies purgetur bis in menſe cum manna, ſyrupo roſaceo, aut de cichor. cum rheo ſingulis interluniis capiat doſin pulveris epileptici *de guttet*a: cauſticum occipitio inuſtum itidem utiliſſimum eſt, aliquot à partu dies, vel ad prophylaxin adhibitum. Multò utilius cauterium actuale à *Rondeletio* & *Aquapendente* ſummoperè commendatum, quamvis ab eo abhorreant Noſtrates. Vide *Aquapendentem* cap. peculiari de exuſtione occipitii in infantibus & puerulis. Denique convenit & cucupha cerebrum corroborans, vel ejus loco pulvis capillis inſpergendus & ſupra ad *Epilepſiam* deſcriptus. Ad *præſervationem* hoc remedium à multis commendatur: ℞. Spiritus vini ℔. iv. caſtorei unc. j. rad. pœoniæ unc. iij. Macerata colentur: colaturâ tepidâ vel calidiuſculè totum corpus infantuli abluatur.

INFANTIUM *Lumbrici generantur* ex materia putrida, ac imprimis pituita dulci: quâ abundant pueri propter ingluviem pravamque victus rationem. Laudatur ol. è ligno exſiccato coryli ſeu avellanæ per deſcenſum paratum, ſi una vel duæ guttæ puero exhibeantur: pro experto itidem habetur ol. juniperinum ad gutt. j. in juſculis exhibitum. *Vide Fabr. Hildan. obſerv.*

71. cent.

71. *cent.* 2. *de mercurio vivo.* It. *Fallop. de morb. Gallico. cap.* 76. *Mathiol. epiſt.* 4. *ad Steph. Laureum.* Item *Ioan. Bapt. Lappata lib. de ſecretis mirabilibus cap.* 5. Venter illinatur hoc ung. ℞. ung. de arthanita unc. iij. mercur. crud. ℥j. M. pro ung. deinde purgatio reiteranda. *Rondeletius* valde commendat elect diacartham. tum etiam infuſ. agarici cum oxymelite; Quæ conveniunt, ſi expers febris ſit.

INFANTIUM *Dracunculi*, Vide *P. Borellum obſerv.* 80. *cent.* 3.

INFANTIUM *Dentitio*; Nutrix vino abſtineat. *Aëtius.* Radix colocynth. in cannula aurea aut argentea incluſa & geſtata confert; aut jaſpis viridis: Nil mandat duriuſculum, & omnino non eſt prohibendus alvi fluor, alioqui metus eſt tranſlationis ad partes ſuperiores. *Ballon. conſ.* 116. lib. 1. v. plur. Dentitio Infantium.

INFANTIUM *Aphthæ*, vel *oris ulcuſcula* ſæpe oboriuntur, dum lactant, ſuntque ign. calidit. in modum herpetis: *generantur*, ut vult *Galen. aph.* 24. *lib.* 3. ob mollitiem partium internarum, quæ tanta eſt, ut ſi lac paulo amplius ſerum habeat, ob illam qualitatem *aphthæ* naſcantur: ſed rectius *Aëtius cap.* 4. *tetrab.* 1. *ſerm* 4. ideo *eas* generari ſuſtinet, quod nutricibus mammarum papillæ juſto breviores ſint. *Curatio* conſiſtit

conſiſtit potiſſimum in mutatione nutricis, v. Aphthæ.

Nota. 1. In eo vulgo *erratur* maximopere, quod ſtatim ab uſu pultis & lactis, nutrices *infantes* dormire faciant: quid enim ad cruditatem generandam facilius? hinc *epilepſiæ* & conſimilium morborum proventus. 2. In *variolis, rubeolis* cæteriſque rubentibus puſtul. *infantium*, ubi potius *quantitate* res peccat, quam *qualitate*, & ſang. fervor adeſt, pulſus altus, magnus, plenus & frequens eſt; tunc *phlebotomiæ* locus eſt: e contrario, cum vitium potius eſt in *qualitate*, demiſſus, languidiuſculus & frequentiſſimus eſt pulſus. 3. *Rubeolas* accedere ad *eryſipelatis* naturam, *morbillos* ſeu *variolas* ad *herpetis miliaris.* 4. In *Infant. morbill. epithemata* regioni *cordis*, nequaquam *hepatis* applicanda, ne impediatur motus naturæ & excretio materiei virulentæ: cave, quando ſitis urget, ne potus ſit frigidus, cujus uſu in corpuſculo frigido & obſtructo, non ſolum augetur obſtructio, ſed motus venenatæ materiæ impeditur. 5. *Exanthematibus* erumpentibus, iiſque denſiſſimis V. S. non negligenda, tam in *infant.* quam in *adultis*, præſertim ſi quid ſit, quod urgeat; hoc pulſus teſtabitur, qui ſi parvus & frequens, cunctantius; ſi plenus, altus & magnus, audacius venam tunde: nec imbecillitate pulſus terreri oportet; ſi ea ab *op-*

preſſione

preſſione: ſæpe enim tanta eſt *oppreſſio* & ob plenitudinem conculcatio, ut ſeſe pulſus non explicet, niſi poſt V. S. 6. Valde conferre ſudoris provocationem, ut malignæ qualitati via pateat. *Ex peritiſſ. Pariſ. Medicis.* v. Morbilli, Variolæ.

INFLAMMATIO

Diff. Eſt vel *exquiſita* aut *non exquiſita*. *Exquiſita* eſt, quando purus ſanguis extra ſua vaſa in aliquod membrum effuſus aut impactus putreſcit, unde Ophthalmia, Parotis, Angina, &c. *Non exquiſita fit* ex permiſtione ſanguinis cum aliis humoribus, unde Phlegmone, Eryſipelatodes, Œdematodes, Scirrhodes.

Cauſa. Vel purus eſt ſanguis extra ſua vaſa collectus, vel permiſtione alterius humoris inquinatus.

Signa ſunt, membri inflatio, calor, rubor, dolor pulſans & renitens cum duritie.

Progn. Cum dolore magno in membro mobili, aut exquiſiti ſenſus in emunctoriis cordi aut cerebro vicinis, in Eſtiomenum aut gangrænam deſinens, periculoſa eſt.

Curatio. Aër ſit ſincerus, clarus atque frigidus: victus itidem refrigerans & paululum exſiccans & non multum nutriens. Alvus ſemper mollis eſto; ſi conſtipata, clyſteribus cienda. Uſus veneris & coitus, tanquam

hoſtis infenſiſſimus vitandus: nec non ira, clamor & contentio. Tumor ſi, aut repellentium aut diſcutientium uſu immoderato, ſcirrhoſam in duritiem degenerat, rad. cucum. agreſt. aut bryon. aut aſari coquito, caricas, adipem anſerin. addito pro cataplaſmate, vel ℞. rad. lil. & alth. ana unc. j ſem. rad. bryoniæ, cyclam. cucum. agreſt. ana unc. ij. in vini albi ſ. q. coquantur & tundantur, adde ſtercor. columbini & caprini ana unc. j ſem. ammoniaci, in aceto ſcill. diſſoluti, bdellii & opopon. in oleo ſeſamino diſſol. ana unc. j. laudani, ſtyrac. liquidæ ana ʒ j. picis naval. q. ſ. fiat ſ. a. emplaſtrum, quod plurimum emollit & diſcutit. Denique ſi extinctionis caloris nativi putredinis & gangrænæ periculum imminet, locum ſcarificato, aq. ſalsâ abluito, farin. fab. & orobi ane ʒ ij. cum oxymelite coquito.

INFLAMMATIO *cerebri ſeu Phrenitis.*

Diſtinguitur phrenitis à *paraphrenitide*, quod *phrenitis* ſit primarium & continuum delirium, à phlegmone aut eryſipelate cerebri, cui idcircò continua febris ſemper juncta eſt. *Paraphrenitis* verò delirium epigenematicum & temporarium, ſuperveniens alteri morbo, ut febribus continuis, aliquando intermitt. in vigore paroxyſmi, quo exacto ſponte diſparet.

Curatio.

Curatio. Si ex menſium vel lochiorum & hæmorrhoid. ſuppreſſione malum oriatur, ſaphena in pede aperienda, poſtea cephalica; ut quod in capite receptum eſt, vel proximè ad id movetur, educatur. *For.* per cucurb. ſcarif. primò partibus inferioribus, poſtea ſuperioribus, ut collo & humeris applicandas: capiti admoveantur columbæ, gallinæ, catelli per medium diſſecti vivi: pedibus ſupplantaria repellentia, pediluvia refrigerantia, atque humectantia conveniunt. Julapia ſint refrigerantia, humectantia, adſtringentia modicè ex ſyr. granator. & ſuccor. ribeſiorum aut berberorum. Epithemata applicantur ejuſdem intentionis. Alternis diebus, ſi alvus tardior, dentur clyſteres mollientes cum looch de caſſia, cathol. vitatis calidioribus, ut benedict. laxativ. diaprun. laxat. quia hæc febrem augent & humores exagitant. Victus ratio ſit humectans, refrig. & adſtringens: vino prorſus abſtineat, ſed ejus loco utatur ptiſana, &c. Nocet & abſtinentia cibi, quia jejunio bilis magis excandeſcit. Ad promptiorem coalitum utile erit linimentum ex aloë, albumine ovi & pilis leporinis paratum applicare. Topica in principio ſint repellentia, e.g. ℞. ol. roſac. unc. iij. aceti roſac. unc. j. aqua roſar. & plantagin. ana unc. ij. admoveantur ſincipiti raſo & temporibus cum

pannnis quadruplicatis. Hujuſmodi refrig. non niſi ad dies tres continuentur, ne diuturniori frig. & humid. uſu æger in affectum comatoſum præcipitetur, cum cerebrum ſuapte naturâ frigidum ſit. Monendi ſunt, ut mejant. Veſicæ regio fovenda decoct. malvæ, biſmalv. parietar. chamæmel. melil. anethi, dein manu preſſâ urina propellenda. Naſturtium aquaticum frictum cum vino albo & ſuper linteum ad veſicæ regionem appoſitum prodeſt, vel ſi levioribus non provocetur urina. ℞ fol. parietar. m. ij. petroſel. cum rad. m. j. fiat decoctio, & in colatura diſſolve ol. ſcorpion. unc. ij. fiat fotus ſupra pectinem: decocti hujus reſidentia fricta in ſartagine cum ol. ſcorpionum poſt fotum applicetur: ejus loco poſt fotum hoc ung. efficax admodum ℞. ping. cuniculi. ol. ſcorpion. ana unc. ij. ſem. apii, petroſelini, aſari & ſeſeleos [quæ ſemina etiam addi poterunt decocto, ſi forſan deſiderentur] ſubtiliſſimè pulveratorum ana ʒſem. fiat ſ. a. unguentum.

INFLAMMATIO *Gurgulionis.*

* *Curatio.* Præmiſſis univerſalibus, in humoris revulſione conſiſtit: quæ fit V. ſectione in media cubiti vena, poſtea ſub lingua, cucurbitulis origini ſpinalis medullæ appoſitis, frictionibus, fotibus & ligaturis dolorificis extremorum. In corpore cacochymo

chymo medicamenta humorem noxium præparantia & purgantia propinentur. Clyſt. acres in hunc finem injiciantur hac formâ: ℞. herb. mollientium ana M. j. beton. meliſſæ ana M. ſem. fl. chamæmel ſtœchad. ſamb. ana pug. j. prunorum & caricarum ping. ſing. par. v j. ſem. aniſi & fœniculi ana unc. ij. ſem. carthami unc. j. agar. trochiſc. ʒ iij. ſem. lini & fœnugr. ana unc. ſem. colocynth. [ſi vehementius vis ut operetur] ʒ j ſem. fiat decoctio in ℔. j. ſem. colat. diſſolve caſſiæ & cathol. ana unc. ſem. electuar. indi major. vel bened. laxat. ʒ vj. olei de lil. unc. iij. mellis violacei unc. ij. vitell. ovor. n. ij ſalis prunellæ ʒ j. M. fiat clyſter. Nonnulli revellunt ſetonibus ſuperiori ſcapularum regioni admotis.

INFLAMMATIO *faucium*. Dividitur in *exactam* & *nonexactam*, Illa eſt inflammatio ſanguinea & ordinaria. Hæc autem inflammatio ſeroſa. De qua *Aphoriſm*. 16 *lib*. 3.

Cauſa eſt ſanguis nimiâ ſæpe ſua copiâ peccans, quâ tamen non tantopere noceret, niſi pituita viſcida præcedente calore vitiaretur; hinc *Div. Hippoc. de vict. acut. t.*39. *p*. 300. *ex edit. Lindani ap. Gaasbeekios Lug. Bat.* a fluxione glutinoſa viſcida eam oriri fuſius probat.

Signa in genere ſunt febris τριταιοφυὴς, aut Synochus acuta valde; dolor faucium acerbus & lancinans; æſtus earundem & rubor coccineus; anguſtia itidem à tumore tantâ vi perforans, nihilque tranſmittens, ita ut potius regerant per nares; vox clangoſa. *In ſpecie* dolor, rubor, tumor & calor ſiccus urens cum duritie & reniſu, ratione partis affectæ. Difficultas deglutiendi: in majori difficultas in reſpirando, febris: in ſeroſâ ſynochus: in ſanguinea tertiana continua duplex: in bilioſa ardens, hæc ultima lethalis plerumque.

Progn. peſſima eſt cynanche, ubi muſculi laryngis inflammati omni carere videntur tumore, quia interna, ut ex *Aphor.* 10. *ſectionis* 5. *& Aphor.* 25. *&* 37. *ſect.* 6. videre eſt. *Angina nulla tuta*, quanto minus tumoris, tanto magis periculi, *aphor. prædicto* 37. *&* 49. *ſect*, 7. *Securiſſima* eſt, ſi rubor maximè foras vertatur.

Curatio. Præmiſſis revellentibus, derivantibus, ut V. S. in cubito, quantocius inſtituendâ & reiterandâ: præſertim in corpore plethorico; ſub lingua, venæ raninæ apertione cucurbitulis in ſecunda colli vertebra, frictionibus & ligaturis extremorum. Exhibeatur catharticum ex decoctione communi cum unc. j. tamarindor. in qua diſſolve caſſiæ unc. vj. elect. de ſucco roſar. ʒ ij.

ſyr.

ſyr. viol. unc. j. Injiciatur clyſter ex decoctione communi, in qua diſſolve caſſiæ recenter extr. & ſacch. rubri ana unc. j. elect. è ſucco roſar. unc. ſem. mell. viol. unc. ij. ſalis prunellæ, ℥ ß. vide egregium remedium intern. apud *Hartm. in prax. chym.* §. 4. *de Angina.* vel ℞. aq. prunellæ, acetoſ. ſalis prunellæ ana unc. ſem. M. fiat gargar. ſi gargariſare nequeat ſiphunculo injicere aliquid gargariſmatis oportet. Poſt ſingulas gargariſationes corium laridi duos digitos latum linguæ impone eâ parte, quâ lardo hæſit, detineatur aliquandiu ac ſubinde renovetur. Ultimum eſt refugium, cum malum valde urget, Laryngotomia ſub larynge inter tertium & quartum annulum, de qua operatione conſule *M. A. Severinum de effic. med. & Th. Fienum lib. Chirurg.* 12. *pag. m.* 35. *& ſeq.* Toto morbi decurſu ad dolorem leniendum juvat gargariſma ex lacte mulier. vel aſinæ, vel capræ cum ſyrup. viol. & exiguâ ſacchar. quantitate. Ita autem urgente angenteque hoc affectu, ut immineat ſuffocationis periculum, frequentes cucurbitulæ ſunt ſecundæ colli vertebræ affigendæ, vel ſanguiſugæ.

INFLAMMATIO *pulmonis, Peripneumonia*, quæ Latinis *Pulmonia* appellari poteſt, ut hoc affectu correpti à *Columellâ Pulmonarii* nuncupantur. *V. comp. m. Theor.*

Signa. Febris ardentiſſima, ſi Eryſipelatodes eſt, dolor vel nullus vel obtuſus, reſpiratio difficilis, calida, erecta, rubor genarum, pulſus inæqualis, magnus, languidus, mollis & undoſus, ac dycrotus.

Progn. Succedit quandoque pleuritidi, vel anginæ; ſi dubito finita eſt: *Celſ.* 2. 7. Quæ citius humectantur; celerius judicantur. *Hippocr. lib. de rat. vict. in morbis acut.* loquens de *pulmone*. Si feb. tuſſis, aliaque ſymptomata exaſperentur 5. die, quo major exaſperatio, eo mors certior 7. die. *Breviſſima* judicatur 7. die aut 14. *Longa* 20. die, Interdum 4. die certa mors eſt, aut 7. Nulli hoc morbo affecti pereunt poſt 7. ſi ſatis commode illa die habeant, niſi interdum valde ſenes. Quibus ſputum in gutture fervet: ſi plenum, omnes pereunt; paucum aut non plenum, ſervantur plurimi. Fluxus ventris in *peripneumonia* 5. die mortem inducit; infra enim humore ſecedente, partes ſupernæ reſiccantur, & ſputi purgatio ſurſum impeditur. *Hipp. l.* 3. *de morb.* Quandoque tamen magna evacuatione superveniente liberantur ægroti, præcipue ex multis bilioſis & ſpumoſis, *ut me experientia Lut. Pariſ. docuit.* Una ſalus robur virium, quamvis etiam robuſti intereant: In principio probe ſpuere, deinde ſpuere deſiiſſe rebus in melius non euntibus, peſſimum. Pedes

des calidi inferne abſceſſum fieri ſignificant frigidi ſupernè. *Hipp. lib. de hum. V. eund. Hipp. l.2.c.16. l.3. Coac. l.1. Progn. c.6. l.2. c.10 12. & in Coac. 31, aphor. 10. ſect. 5. 11. & 12. ſect. 7.* Signa collectionis puris & dum fit petenda ſunt ex *eod. Hipp. l. 2. Progn. c. 10,* ſicuti boni vel mali *cap.* 8. Propter magnitudinem febris aliorumque ſymptomatum vires labefactantur, ſi præter hæc incidat diarrhœa, deſperatio major.

Curatio. Præmiſſis revellentibus ſi ab angina fiat, V. S. repeti poteſt: maximè ad derivandum convenient cucurbitulæ lateribus cum ſcarificationibus applicatæ poſtea præ cunctis procuranda facilis excretio per liquores abſterſivos; decocto glycyrrhizæ cium hyſſopo, addito oxymelite. Omni etiam ingenio ſputum promovendum. Conferunt quoque fomenta & emplaſtra ex flor. chamæmeli, verbaſci, anethi, ſem. lini, fœnugræci, malvæ, hyſſopo, pulmonariâ & ſimilibus.

INFLAMMATIO *pleura*, unde nomen *Pleuritidis* obtinuit, licet *Hipp.* hunc affectum dolorem coſtarum appellaverit. 1. *Progn. Idem* tamen *l.2. de vict. acut.* pleuritidem à dolore coſtarum ſeparavit. *V. pl. in comp. m. med. Theoret. Species* ſunt *dextra, ſiniſtra; interna, externa; aſcendens, deſcendens.* In *externâ* facilior decubitus in latus affectum, in *interna* contra. In *aſcendente*

dolor & tenſio ad jugulum, in *deſcendente* ad hypochondria pertingit.

Progn. Si abſceſſus fiat & rumpatur, tranſitus in empyema difficile malum & ferè lethale. V. Inflammatio pulmonum.

INFLAMMATIO *Mammarum* eſt tam *calida*, quam *frigida* : *Prima fit* 1. A ſanguine craſſo & impuro putreſcente. 2. A menſtr. retentione in mammas redundante. 3. A lactis corrupti & malignam qualitatem induentis coagulatione. *Secunda ſpecies* fit à deſtillatione capitis in eas partes decumbente.

Signor. diſtinctio eadem, quæ in apoſtemat.

Progn. In *mammillarum* inflammationibus periculum eſt maniæ : eæque propter cordis vicinitatem & partis naturam periculoſæ : in cancrum degenerantes peſſimæ.

INFLAMMATIO *Ventriculi.*

Progn. Dolorem parit acerbiſſimum, ſæpè cum febre lipyria, ſyncope, aliiſque ſymptomatis: plerumque lethalis eſt.

Curatio. Revulſione per V. S. pluries repetitam in utroque brachio pro virium tolerantia, quarum infirmitas ab oppreſſione, quæ vacuationem poſtulat, minimè V. S. prohibet: per cucurbitulas ſcapulis, dorſo, natibus admotas: Purgantia hic improbantur

tur, cum humores conturbant & in partem affectam attrahant, niſi ſeptimo elapſa & apparentibus concoctionis & declinationis indiciis.

INFLAMMATIO *penis fit* ex nimio membri labore, & fatigatione, ut equitatione, coïtu, &c. ſanguineâ illic materiâ collectâ & putreſcente.

Signa ſunt, tumor, rubor, durities.

Progn. Inflammata ea pars non caret periculo propter ſenſus ſubtilitatem, quo exquiſitè pollet, & propter membri naturam, quod maximè putrefactioni obnoxium eſt.

Curatio. Eadem proſunt, quæ infrà pro *teſtium & ſcroti inflammatione* præſcripta reperiuntur. *Penis* tamen magis adſtringentia recipit, quam *ſcrotum & teſticuli.*

INFLAMMATIO *teſtium & ſcroti.* fit ab humoribus calidis in eam partem decumbentibus: Nonnullis dicitur *hernia humoralis,* quod eæ partes intumeſcant ex humoribus eas incendentibus.

Signa habent communia cum aliis ſuperius deſcriptis inflammationibus.

Progn. Ea apoſtemata difficilioris ſunt curationis, propter partium illarum exquiſitum ſenſum: quia ſunt emunctoria aliarum partium, facileque corrumpuntur & putreſcunt.

Curatur more ſolito, ut in tumoribus

calidis. Ad revulſionem etiam proderit vomitus, niſi ſit ægrotus ad tabem propenſus, Alvus glandibus & clyſteribus ſubducenda potius quam medicamentis valentibus. Diuretica urinamque cientia non conveniunt; ne corporis recrementa in partem affectam attrahantur. In principio ad repellendum conferunt ol. roſ. vel myrtill. vel cydon. cum aceto atque ovi albumine in formâ linimenti; aut ſuccus plantag. vel ſolani cum ol. roſar. & ovo integro: tum ad repellendum, tum ad dolorem leniendum. Si tumor non diſcutitur, ſuppuretur ut tumor mammarum.

INFLATIO & intumeſcentia teſtium. *Teſtium inflatio.*

INTEMPERIES *cerebri naturalis* vix unquam ſaneſcit. Quia natura fixa & mutari neſcia, & inſanabilis affectus, non ſit ſuſcipienda curatio. *Accidentaria*, ſi *nuda*, alteranda ſuo contrario: ſi ex longiore inſolatu, aliaque causâ calidâ, convenient oxyrrhodina, litus & embrocationes totius capitis. Olfaciat linteum aq. roſar. aut nenupharis caphuratâ intinctum. Applicetur frontale refriger. Nares perfricentur oleo nenuphar. papaveris. Si *cum materiâ*, alterantibus præmittantur purgatio & V. Sectio: perſeverante malo iterentur: eoque audentius phlebotomia repetatur, ſi adſit febris, inſignis plenitudo, rubor faciei,

tumor

tumor venarum circa oculos. Hoc autem caſu venæ particulares, ut frontis, temporum & ſublingualis incidantur. Si ab *hepate calidiore* cæteriſque inferis partibus fumi bilioſi aſcendentes anſam præbeant, aut ſanguinis maſſa plus juſto incaluerit: balneum aq. repentis & refrigeratio totius corporis ex uſu erit: ut meatus reſerentur. Viris hæmorrhoïdes, mulieribus menſes provocentur, ſi ſuppreſſæ, inciſâ nim, ſaphenâ. Clyſteres emoll. & refrig. ſint frequentes. Abſtineat à vino & calidis. Utatur juſculis refrig. Interdicatur ſalſis, acribus, piperatis & omnibus iis, quæ jecur & ſanguinem calefaciunt. Veſcatur elixis potius, quam aſſis, vitulinâ, pullaſtris: non omittenda julapia & apozemata, ex ſyrupo violato, nenupharino cum aq. endiviæ, cichorei, &c.

INTEMPERIES *frigida cerebri* rarò *nuda* eſt, quia cruditas mox congenerem materiam acceerſit. Feliciter *curatur*, ſi corpus pilulis cocciis, aut de agarico ſemel iterumque repurgetur. Capiat ℈j. pro doſi Lunâ decreſcente. V. S. locum non habet, niſi adſint febris aut plethora. Errhina & maſticatoria ad deplendum cerebrum conducunt. Cucurbitulis parcendum, ne privatione ſanguinis magis magiſque refrigeſcat & malum augeſcat. *Topica* ſint litus capitis ex oleis calefacientibus, à levioribus ad fortiora, ut ol. de euphorbio vel de caſto-

reo

reo, paulatim progrediendo. *Intemperiei longæ contumaci, frigidæ* potius quam *calidæ* utiliter cauteria præſcribuntur; veſicatorium quoque & dropax. V. S. ratione pituitæ non convenit, niſi plethora adſit, aut hepar calidus, ætas florens aut conſiſtens: tum enim vaporum ad caput effumatio V. S. impedietur, & ſuperfluum alimentum demetur, ut natura poſtmodum, quicquid crudum & pituitoſum in ſanguine eſt, facilius concoquat: niſi plethora vehementer urgeat, melius erit venæ ſectioni præmittere potionem phlegmagogam, bolum, pilulas aut pulverem, quæ convenire judicabuntur. Poſt purgationem, ad alterandum & roborandum cerebrum, purgantiumque noxam corrigend. ſequens bolus ex re ægri erit: ℞. Theriacæ veteris ʒj. conſerv. anthoſ. & roſarum ana ℈j. cum ſacchrr. fiat bol. capiat duabus horis matut. tempore ante paſtum, ſuperhauſtâ vini diluti modica quantit. In *pertinaci malo* generoſiora requiruntur remedia: & conveniet corpore repurgato diætæ ſudorificæ inſtitutio, quæ cerebrum univerſumque corpus calefaciat & exſiccet, crudos humores concoquat, craſſos attenuet, viſcidos incidat, lentos abſtergat, & quicquid aquoſum eſt, per urinam educat ac per ſudores, aut per inſenſibilem tranſpirationem diſcutiat. Inſtituenda & varianda illa diæta, pro

variis

variis corporum temperamentis & diſpoſitionibus, & eorum reſpectu longiorem aut breviorem ejus uſum imperabit prudens Medicus, v. g. ad xv. xx. vel xxx. dies Decocti formula hæc eſſe poteſt: ℞. Raſuræ ligni guajaci & rad. ſalſæ perillæ ana ℥ij. infundantur per 24. horas in ℔. iv. aq. fontis idque calidè: bulliant poſtmodum lento igne ad mediæ partis conſumptionem. Colatura per manicam *Hippocr.* fact. ſervetur uſui in vaſe vitreo. De hac capiat ℔ ſem. calidè manè, corpus regendo plus ſolito, ut eliciantur ſudores. Addi poteſt aliquid coriandri, & liquiritiæ, vel ſacch. & cinnamomi. *Nota* Durante uſu decocti ſudorif. neceſſario ſemel in ſeptimana purgandum, omiſſo eâ die decocto: cum per ſudores tenuior humorum portio tantum educatur, remanente craſſiore, quæ per alvum educenda. Præterea quia ut plurimum in uſu diætæ alvus conſtringitur, clyſter tertio aut quarto quoque die injiciendus. Deterſo ſudore emplaſtrum caput roborans, eique parti admotum mali pertinaciæ maximè conducet. e. g. ℞. ſuccini pellucidi, maſtiches, ana ʒ i ſem. galbani, opoponacis ana ℈j. viſci quercini ʒij. ſem. pœoniæ maris. ʒ ſem. olei nucis moſchatæ q. ſ. fiat ſ. a. maſſ. empl. quæ extendatur ſuper alutam, in formam ovalem applicand. capiti raſo: deterſo ſudore univerſalibus particularia evacuantia ſuccedant

dant; errhina, ſternutatoria, & apophlegmatiſmi. *Nota* errhinorum uſum eſſe ſuſpectum, dum oculi laborant, vel nares ulcer. obnoxiæ; vel æger in hæmorrhag. facilè incidat, ut & vertiginem. Apophlegmatiſmi cautè uſurpandi ſunt in illis, qui fluxioni ad pectus tabique ſunt obnoxii. Ad particularem capitis evacuationem maximè conducunt veſicatoria poſteriori cervicis parti admota, ut & cucuphæ exterius capiti applic. *Intemperiei contumaciſſimæ* novumque prorſus pituitæ proventum minanti uſualia inſuper remedia maximè convenient, ut ſyrupus magiſtral. ex materia apozematis ſuprà deſcripti triplicatâ purgant. doſi: quo utetur bis aut ter in menſe ad unc. ij vel unc. iij. cum decoct. betonicæ & majoranæ, vel etiam ſeq. pill. uſuales: ℞. Aloës opt. unc. ſem. turb. gummoſi, hermodact. & agarici recenter trochiſc. ana ℨ ij. diagridii ℨ j. Zinzib. & gariophyll. ana ſcrup. ſem. croci & ſal. gemm. ana gran. vij. f. ſ. a. maſſa pill. de qua capiat ℨ ſem. vel ſcrup. ij. ſemel in ſeptimanâ duabus horis ante prandium. Poſtridie ſyrupi vel pilularum, bis aut ter in ſeptimanâ utetur ſeq. opiatâ: ℞. Conſ. rad. acori, corticis citri cond. ana unc. j. conſ. fl. ſalviæ & roriſmar. ana unc. vj. nucis moſchat. condit. unc. ſem. myrob. condit. n. I. theriacæ veteris & confect. alkerm. ana ℨ iij. pulv. elect. diambr. &

dia-

diamoſchi dulcis ana ʒ j. f. ſ. a. opiat. de qua capiat magnit. caſtaneæ, manè duabus horis ante paſtum, ſuperbibendo parum vini generoſi mediocriter diluti: utiliſſ. etiam erit hoc caſu cauſticum inurere poſteriori cervicis parti. His omnibus adjungenda optima victus ratio: de qua conſule *Practicos*.

INTEMPERIES *teſtium*. Teſtium intemperies.

INTEMPERIES *ventriculi calida & ſicca* vid. Cruditas acida & nidoroſa. *Reliqua intemp. frig. hum. uteri, inteſt. curantur* generalibus, topicis; ut in hydrope, anaſarca; imprimis decoct. guajac. chinæ, &c.

INTERTRIGO eſt partium *ano* vicinarum excoriatio, vel pelliculæ abraſio à motu vehementiore, præcipue equitatione, orta *Aëtius tetrab.* 4. *ſerm.* 2. *c.* 14. chalcitide aqua ſubactâ illinit. Plumbago cum aceto & vino uſurpetur, vel ℞. plumbag. gallar. ana unc. ſem. alumin. ʒ j. myrrhæ ʒ ij. M. F. pulvis, qui inſpergatur.

ISCHIAS, quæ barbaris *ſchiatica* dicitur, omnium vehementiſſima eſt; Ejus ſedes non in eo articulo, ubi femur in coxa vertitur, quem acetabulum vocant, ſed altius ad ſummam natem, qua nervi à lumbis & ab oſſe ſacro emergentes feruntur in crura. *V. Compend. m. Theor. Cauſæ* recenſentur

tur ſupra in Arthritide & à *Seneca Ep.* 24. Epulæ cruditates afferunt, ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines, pedum, manuum, articulorum omnium depravationes; hinc ad rem appoſite ille cecinit:

E Baccho marcente, atque è marcente Dione
Naſcitur & marcens progenies podagra.

Differt in eo ab *arthritide*, 1. quod multi *Arthritici* non infeſtentur Iſchiade. 2. quod multi ſemel tantum aut bis toto vitæ decurſu laborent *Iſchiade*, nullis aliis doloribus *arthrit.* obnoxii. 3. quod *arthritis* nunquam vertatur in abſceſſum; Iſchias vero aliquando. 4. quod in *Iſchiade*, ſicuti in plerisque juncturarum doloribus, tumor & rubor oculis perſpicui non appareant, in *arthritide* contra.

Progn V. Hippocr. Aphor. 59. 60. *ſect.* 6. Accidit interdum poſt longum morbum, propulsâ illuc materiâ, longus eſt affectus, ſi torpor adſit & frigus ſentiatur in parte affecta & vicinis. In *Iſchiade* doloris mutatio ad partes inferiores, bonum, degenerat interdum in hydropem. Ex *Iſchiade* fit aliquando abſceſſus.

Curatur Jalapii infuſione ad ʒj. in vino albo per tres vices, eaſque ſingulis menſibus reiterandas. Confert etiam veſicans regioni

gioni Iſchii admotum remedium. *Petr. Borellus Obſerv.* 55. *cent.* 4. *Alex. Trallian.* liberavit quendam à magnis cruciatibus à cauſa frigida ſinapi cum ficubus. Commendantur etiam ol. ſalv. chymice paratum; cura aperta Paracelſi, quam dilucide ſatis deſcribit *Hartman* tit. *Arthritis.* Idem pulv. Cornachin. Abſceſſum factum agnoſces 1. ex diuturnitate morbi. 2. ex calore partis. 3. ex corrugatione epidermidis. V. Arthritis. Podagra.

ISCHURIA vel *ſuppreſſio Vrinæ* V. Dyſuria. *Tulp. in ſuis obſerv.* meminit *Iſchuriæ* lunaticæ, & teſtatur *Ioan. Riolan.* ſe vidiſſe & expertum eſſe, in plenilunio deteriorem fieri *Iſchuriam* & *Dyſuriam*, dolores etiam in *calculoſis* hoc tempore acerbius ſævire quod notandum.

LABRA *leporina*, quibus imperfecta ſunt & fiſſa ob ortu, *Gall. roſtra leporis: bec de lievre*; noſtratibus *haeſemond.*

LACTIS *Redundantia.* Hic faciunt Cucurbitulæ pectini admotæ ad finem muſculorum rectorum epigaſtrii, vel utrique inguini. ℞. Aq. lil. & menthæ ana unc. iij aq. chelidon. unc. j. aq. roſar. & nymph. ana unc. vi. miſce ac frequenter hac mixturâ mammas lava, pannoſque illâ immerſos applica. Intus ſumat ſeq. pulv. ℞. ſem. fœnic. unciam j. apii, petroſel. & agni caſti ana ʒ j.

LAC-

LACTIS *Partes* ſunt: coloſtrum; caſeus; butyrum; ſerum. de harum & lactis qualitatibus: *V. Comp. m. Theoret.*

LASSITUDO alia eſt *non ſpontanea* ſeu exſiccativa, quæ labores ſequitur; vel *ſpontanea*: hæc vel eſt *ulceroſa*, quæ ſenſum punctionis facit in ambitu corporis, à vapore vel humore acri, ut bilioſo, atra bile; vel *tenſiva* à plethorâ vel quovis humore non acri: vel *phlegmonodes*, quam qui patiuntur, contuſa & quaſi confracta ſibi eſſe membra queruntur, & fit à plethorâ ſimul & cacochymia; vel *gracilitatis*, cum difficilis eſt motus à conſumptione carnis & adipis muſculorum poſt morbos magnos.

Lepido ſarcoma. Eſt tumor ſquamoſus carneus in ore repertus, de quo conſule M. A. Severinum, lib. de recond. abſceſſ. natura.

LETHARGUS Latinis *Veternus*, *Vid. Comp. m. Theor.*

Progn. *Fit* ut plurimum nullo præcedente morbo, aliquando poſt phrenitidem, calidiori & ſubtiliori materiâ reſolutâ. Parotide exorta quandoque ſanatur. Peripneumonia periculoſior. *Gal. l. 4. de cauſ. pulſ.* Cum moriturus eſt *lethargicus*, multum atque id liquidum infra egerit. *Hipp. lib. 3. de morb.* Minus periculi habet *catalepſis*.

Curatio. Poſt V. S. purgandum: eſt enim morbus acutus. Principio mitior ſit purgatio,

tio propter febrem continuam conjunctam, ex agarico, cui aliquid rhabarb. addi poſſit, vel ſcammonii: pilulis de hierâ cum agarico; cum bilis plerumque humorum ad caput vehiculum ſit. *Vide remedia in Apoplexia.* Scammonium ad ſcrup. j. cum caſtor. ſcrup. ij. valde efficax & utile medicam. eſt, ad purgandam pituitam, quam bilis admixta in caput rapuit. *Riverius* contra complurium doctiſſ. practicorum opinionem, in præcipiti hoc morbo magno ſucceſſu utitur vomitoriis: inquit ſe experientiâ edoctum quotidianâ, pueros *lethargicos* ſale vitrioli vomitivo promptius & tutius, quam ullo alio remedio liberari. Commendat etiam tincturam Nicotianæ in aq. extractæ & ad ʒ ij. cum melle exceptam & in os infuſam. Inter errhina ſeq. probatur: ℞. turbith. mineral. ſcrup. ſem. glycyrrhiz. pulv. ʒ ſem. M. F. pulvis ſubtilis, cujus tantillo naribus inflato excitantur ut plurimum cum levi ſternutatione. Vide *Pet. Borelli obſervat. cent.* 1. *obſ.* 57.

LEUCOPHLEGMATIA. Hydrops.

LIENIS *obſtructio.* Obſtructio lienis.

LIENTERIA.

Cauſa eſt humor crudus, pituitoſus & glutinoſus: vel humor acris & mordax; vel gravis & lethalis morbus præcedens.

Differt

Differt à *cœliacâ* ſecundum magis & minus tantum; iiſdemque remediis *curatur.* Si omnino chyloſæ dejectiones, non à vitio ventriculi, ſed ab obſtructione venarum meſeraïcarum oritur, quæ ſatis frequens, infantibus imprimis. Cui affectui convenient deobſtruentia & hepar roborantia, minimè adſtringentia, niſi alia alvi fluxus ſpecies ſubſequatur vel conjungatur.

S. diagn. Si à retentrice ventric. & inteſtin. læsâ, *cœliaca* præcedit, nullus dolor ſentitur.

LITHIASIS. Calculus veſicæ. Illius.

Curatio vix aliter, quam ſectione tentatur. *Augenius* meminit felicis ex pulvere aſellorum ſucceſſus; hunc & feliciter alii experti fuere. Vide arcanum ad lithiaſim & podagram in *obſerv.* 73. *cent.* 4. *Petr. Borelli.*

LUPIA eſt tumor mollis & rotundus in juncturis & locis ſiccis ſæpè ſedem figens, à *ganglio* parum & mollitie ſolâ diſcrepans. Idcircò eandem cum hoc affectu & *glandulâ* recipit *curationem* obſervata ſolummodo ſicciorum aut humidiorum partium conditione & naturâ. Vide Ganglion. Glandula.

Lycanthropia. Species eſt inſaniæ, quâ affecti ſe in lupos converſos credunt. Vid. Melancholia.

MACULÆ: *Lentigines* & *Vari* in facie potiſſimum & in manibus, nonnunquam in pectore emergunt, lentium magnitudine, unde φάκ☉- id eſt *lenticula* quoque dicitur. *V. Comp. m. Theor.* Pæne ineptiæ ſunt *curare Varos* & *Lenticulas*: ſed eripi tamen fœminis cura cultus ſui non poteſt, inquit *Celſ* 6. 5. Tolluntur impoſitâ reſinâ, cui aluminis ſciſſilis & mellis paullum adjectum eſt. Galbanum & nitrum ana contritaque ex aceto ad mellis conſiſtentiam.

MALACIA. Pica.

MALEFICIATI à *Maleficis* infecti. notatu dignum exemplum refert *Marian.* 6. *rer. Hiſp.* 2. de Witterici Hiſpaniæ Regis filiâ Theodorico Burgundiæ Regi deſponſatâ magno apparatu in Galliam miſsâ, ſed brevi ad Patrem integrâ redeunte. V. Tit. *Malefica & Magia* in *Compend. m. Theor.*

MANIA & *melancholia*, licet paſſim apud Græcos confundantur, & *aphor.* 21. *ſect.* 6. *maniam* pro *melancholiâ* ponat *Hipp.* attamen tam *Hippoc.* quam *Galen.* voces has diſtinguunt, & μαίνῆναι tantum in furioſo delirio uſurpant. *V. pl. in Compend. meo Theor. tit.* Mania. *Fit* plerumque à bile per uſtionis gradus paulatim in atram degenerante. Quando magis exuritur *humor melanchol.* producitur atra bilis, indeque *Mania.*

Cauſa

Cauſa antecedens eſt vel ſemen corruptum vel aduſtus ſanguis, & ægri cantillant, nec non aliquando cibi pravitas, potuſque intemperantia.

Differt à *melancholia*, quod *Maniaci* ſint interriti, ruant in medios enſes, igneos habeant ſpiritus. Tales perhibentur Tragœdis *Ajax* poſt Achillis arma *Vlyſſi* adjudicata: & furiis agitatus *Oreſtes* propter interfectam matrem.

Progn. In furoris morbo riſus Sardonius, lethalis. *V. pl. in Melancholiâ.*

Curatio. Purgentur cholagogis, ut diapruno, potius quam melanagogis. Committendi ſunt balneo.

Quæritur, an Maniaci ſemper febricitent? ℞. Febricitant dum humor uritur; poſtquam verò uſtus eſt, atque ut *Joan. Riol.* inquit, incineratus, non amplius febriunt.

MEDICUS I. Ne ſit in Praxi nec præcipitanter *timidus*, nec temere *ſecurus.* II. Non ſit *oſtentator*, ut evitet ſuſpicionem inanis gloriolæ, vel fortaſſis ignorantiæ, aut avaritiæ. III. Caveat ſedulo, ne illum decipiant & fallant *ſimilitudines*, quas bonis & eruditis fraudem facere ſcribit *Hippocr.* hinc *Ars Medica* conjecturalis dicitur, & difficillima & immenſa plane præ cæteris judicatur; cum variæ ſint humorum ideæ, variæ ſpirituum, variæ corporum, variæ morborum, ita ut aliter contingere neceſſe

ſit

ſit in Socrate, atque Sophroniſco. IV. Sit audax cum ratione, quia ſedes & idea morborum ſenſum fugit, & verum eſſe comperimur illud *Hipp. lib. de lege*, quod *Timiditas in medendo* impotentiam; *audacia* vero ignorantiam Artis indicat. V. Ad experientiam nonnunquam confugiat etiam repugnante ratione; cum ſæpe axiomatum noſtrorum prætextus ſpecioſus, ac mordicus facta obſervatio in præcipitia quædam pericula ægros magno damno conjiciat; dum multa audere & tentare religioni ſit, quæ alioquin eſſent profutura. VI. In morbis incognitis vel non probe perſpectis ægros ne deſerat, nec à medicamentorum præſcriptione abſtineat; eaque, ſi allevetur æger, ſæpius communiaque ſint, donec res patuerit, quod maxime in longis obſervandum, quia in acutis res urget. *Hippoc. lib. de loc. in homine.* VII. Morbi incogniti committantur ſæpenumero naturæ; hæc etenim, legitimæ vitæ ratione adhibitâ, patefaciet id, de quo dubitatur, dum incerta medicatio non niſi diſpendio decernatur, quod maxime in inconſtantibus morbis locum habet. VIII. Attendat probe ad morbos complicatos. IX. Morbos familiæ ægrotantium proprios cognoſcat & inquirat, hoc qui neglexerint, facile lapſuri ſunt. X. Evitet, quod *Hipp.* in *Cnidiis* medendi magiſtris reprehendit, & omnia ad Praxin re-

ſerat, cum admirari morbos, non autem curare *Medici* ſit ſua arte & ingenio abutentis; dumque divina animi vis voluptuaria illecebriſque plena admiratione retinetur, melior pars artis medicæ inculta jacet, hinc pro ubere fructu, nil inde redit, niſi caſſum quid & inani vocis ſono decoratum. XI. Ægro ne nimis credat, ſed morbi ideam propriis notis inveſtiget ſedulo. XII. Morborum cauſas accuratiſſime rimetur: cum in iis, non ſolum in acutis, ſed etiam in longis multa contingant, quorum obſcura ac implicita eſt adeo cognitio, ut acutiſſimorum *Medicorum* aciem eludat. XIII. Ut prudens & cautus videat & provideat, ne quid inſidiarum ſtruat morbus latens; cum humores præſentiſſimo cuique veneno adæquandi adeo in corpore latitent, ut cum omnia ſecura credimus, ægri noſtri repente morte præripiantur: huc ſpectant illæ hiſtoriæ à *Galen. Com in part.* 17. *ſect.* 1. *lib.* 1. *Prorrh.* citatæ, de quibuſdam, qui minime opinantibus *Medicis*, cum morbus mitis & ægro necando non ſatis videretur, è medio derepente ſublati ſunt. XIV. Morborum autumnalium naturam probe perpendeat, & potius ſpectator, quam actor ſit, cum in illis morbis *Medentium* oleum & opera ut plurimum perdatur, & idem ingenium habeant, quod & carcinomata, quæ medendo ægreſcere ſolent. XV. Cautus ſit in affectibus

fectibus partium principum, etiam inchoantibus, notante id *Hippoc. lib. de præcept.* cum parva etiamnum cauſa in parte principe magnum quid afferat, & terrificas tragœdias cieat, & nimia ſecuritas frequens ſit initium calamitatis. XVI. In *Prognoſi* inſtituenda ne ſit nimis præceps, nec in eadem nimis ſecurus ac tardus, cum è medio ægrum tolli, non prædicto morbi exitu, hiſtoriâ morbi probe perſpectâ, *Medico* dedecori vertatur; ut & calumniæ, metu ægros terrere, & omnia periculi plena aſſeverare; ſed propter ægrorum noſtrorum intemperantiam perverſamque fere probæ diætæ obſervantiam, vereri potius debemus, quam imprudenter eſſe ſecuri. XVII. Suſpendat in *prognoſi* præſtituenda judicium, niſi certo conſtet, ne, ut primariis medicis evenire vidi, decipiantur circa morborum eventus magna cum nominis ſui calumnia. XVIII. Multa tribuat Urinarum inſpectioni & judicio, ſed multa quoque detrahat, cum hac in re maxime prudentia ac interior quædam judicandi lex Medico inſita requiratur; ut omnium morb. cognitionem ex iis peti poſſe ſummæ eſt arrogantiæ ita multorum ſummæ ignorantiæ. XIX. Pulſus, ad diagnoſim & prognoſin) multum habeat momenti, diligenter & ſedulo examinet, & ne fallatur, qualis in ſanitate pulſus ſit, ſcire imprimis o-

portet; nec non utriuſque manus pulſuum tenorem, cum diverſus ſæpe ſit. V. *Pulſus.* XX. Sollicitus ſit, non tam ut proſit, quam ut non obſit, cum turpius ſit videri nocuiſſe, quam non poſuiſſe. XXI. Empiricos quandoque imitetur, ut vincat morbos, qui ordinariis remediis vinci non poſſunt. XXII. In generalibus ne ſubſiſtat, ſed ad Tecmarſin vel inferiora deſcendat; Hinc *Hipp.* Cnidios medendi magiſtros erroris jure merito inſimulat, quod putarent ſatis eſſe ad medicinam faciendam in generali rerum contemplatione verſari, nec infra deſcendentes, quid in quavis re proprium ſit, conſiderare; non enim ſufficere putat *Hipp.* confuſam animo tenere medendi effigiem, niſi qua ratione huic vel illi ſit medicina facienda, intelligatur, cum non homini, ſed Calliæ & Socrati Medicina fieri debeat. XXIII. Conſultationes ſectetur, cum multorum conventus rectius decernat, quid faciendum, quam vir unus. XXIV. Evitet in ſua arte generales propoſitiones, ne in magnos errores promptus fiat lapſus. XXV. Cum magna vis aſtrorum ſit in hæc inferiora corpora, aſtrologiæ ſit peritus; hinc *Hippoc.* magnas temporum mutationes diligenter obſervandas putavit *lib. de aëre, aq. & loc.* Obſervatur, non ſatis feliciter mitti ſanguinem ſilente deficienteque Lunâ; contigit aliquando, ut in defectione Solis ægri in ipſo defectio-

ctionis momento animam fere egerint, ſed illa ſolis defectione finita, illos vires reſumpſiſſe; hæc & ſimilia medicos latere non debent. *Ex peritiſſimis Practicis.*

MEDICORUM *Secta.* Olim fuiſſe tres teſtatur *Seneca ep.* 95. Alia eſt *Hippocratis* ſecta, alia *Aſclepiadis*, alia *Themiſonis. Vid. Compend. m. Theoret.*

MEDICINÆ nomen à medendo impoſitum, proprie medicatricem artis partem ſolum notat, ſub quâ & reliquas comprehendit *Galen. Vid. pl. in Compend. m. Theoretico.*

MELANCHOLIA *Definitur* intemperies cordis frigida & ſicca & [â cauſa efficiente, atro ac fæculento humore in cerebrum irrepente dicta] *Fernelio* eſt mentis alienatio cum metu & mœſtitiâ. Conſule etiam *Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis Pathologicis.*

Signa ſunt metus & mœſtitia præter rationem: hinc fuliginibus retentis fœdatur ſanguis & obſcuratur ſpiritus, qui præ aliis affligitur gravius. Eadem fuliginum retentio *cauſa* eſt ructuum & flatuum in ventriculo ac ventre; æſtus in hypochondriis; ardoris in capite; vertiginis; viſionis ac inſomniorum horrendorum; & crebrarum in corpore punctionum.

Obſervantur in hac dyſcraſiæ ſive contrariæ intemperies, quæ morbum hunc longum & difficilem reddunt. Phlogoſis ſeu

incendium magnum in liene, in meſenterio, aliquando in pyloro: perfrigeratio verò in ſtomacho. Quamobrem *crux & opprobrium Medicorum*, vocatur: quia uni parti conſulendo; alteri nocemus.

Progn. Melancholia decreto *Hippocr.* ex ſe & abſque funeſto ε᾽πιγλυομένῳ ad mortem fatalis non eſt; etſi longum in ævum perduret: quæ diuturnitas tum ægrotantis, tum ipſiuſmet affectionis culpâ provenit. *Incipiens* morbus difficilè, *inveteratus* vix ac ne vix quidem curatur. *Ingenitus* nunquam eximitur. *Sympathicus* ut minus vehementer ſævit, ſic minus operosè ſolvitur. Vide *Ant. Menjotium in eruditiſſ. ſuis diſſertat. pathol.*

Curatio. Mundificetur imprimis ſanguis amotione partim cruditatum in primis viis ſtabulantium, à quibus inquinatur, partim inquinamentorum, quæ in ſe concepit. Clyſteres frequentes injiciantur. Aperiatur lienaris ſeu baſilica ſiniſtra, quia illic præſertim hæret focus mali. Vehementiora cathartica vitentur, quia impensè nocent inflammatis viſceribus. Minorativa & blanda cathartica ſufficient, ut catholicon, Syr. Regis Sapor, utriuſque ℥j. diſſolut. in aq. bugl. fiat potio: ut ignis paleam urit intacto ligno, ita diacryd. colocynth. elleb. cum ſint ignea, humores tantum tenues trahunt, relictis craſſioribus. Utilis etiam erit omnibus balnei

balnei uſus, uti etiam opiata ex conſerv. viol. bugloſſ. borrag. ana ℥j. cum pulv. lætif. Gal. & paucâ confectione alkermes. Errhinum ex pulv. ellebori nigri. *Melancholicorum* panici terrores ſanantur arte conciliato ſomno. *Aretæus* vertici admovendas cucurbitulas ſuadet. Præſtant veſicatoria ad vacuationem humoris frigidi.

Quæritur 1. *Cur melancholici omnia tuta timent?* ℞. Quia naturâ frigidi & ſicci ſunt meticuloſi, quemadmodum bilioſi, audaces & interriti. 2. Quia melancholici vivunt in perpetuis tenebris, propterea quod habent ſpiritus atros: nam ſpiritus animalis fit ex vitali, vitalis ex naturali; id eſt ex vaporibus ſanguinis: atqui ſanguinis nigri vapores ſunt atri & caliginoſi: hinc ſpiritus animales, quorum miniſterio anima ſuas principes obit functiones, non poſſunt *Melancholicis* eſſe lucidi.

Quær. 2. *Cur propoſiti tenaces?* ℞. Quia impreſſio facta in re duriore eſt firmior & conſtantior.

Quær. 3. *Cur hæreditaria?* ℞. Quia intemperies genitrix in partibus principibus altè radices agit.

Quær. 4. *An inedia melancholicis noxia? Affirm.* Quia abſtinentia cibi humores in multis acriores redduntur, hinc ferocitas major, unde bilioſis & ſudor & ſaliva acrior redditur, imo venenatam quandam vim adi-

piſcitur; obſervatum enim, quod morſus hominis bilioſi jejuni venenum ſuæ qualitatis ratione æquat; cibus vero euchymus ſua benignitate ſuccos acres temperat. *Ex peritiſſimis Practicis.*

Quær. 5. Cuinam melancholico balneum conveniat? ℞. Univerſale balneum convenit, cum ſit per aduſtionem humoris, ſive affectum ſit cerebrum, ſive in meſenterio malum hæreat, tum enim valet ad contemperandos humores, & ad corporis perſpiratum, nec non ad reſtinguendum incendium; Quibus autem [maximè per aduſtionem & ſuppreſſionem] fuliginoſum eſt excrementum, multorum malorum cauſa eſt; ideo reſeratio cutis & temperatio prodeſt. *Hipp 6. Epidem.*

Meliceria. Idem quod Hydarthrus, quem Hydropem articulorum vocat Fabr. Hildanus; Paralcelſus Synoviam. Eſt Ichor ille qui ex ulceribus in articulis ſatis abunde effluit; à nervis ejus origo communiter petebatur; jam verò Neoterici quidam credunt à lymphaticis vaſis potiùs manare. Vid. Ulcus.

MELICERIS. Abſceſſus phlegmaticus.

MENSIUM *profluvium immodicum* Fit eodem modo ac hæmorrhagia narium: plerumque ab acribus, ſive bilioſis ſive ſalſis, humoribus ſanguini permiſtis.

Quær.

Quær. An eruptione menſium inſtante aliquid in morbidis ſit moliendum? Neg. Quia menſium eruptionem orgaſmus quidam præcedit, & multa ſymptomata, quæ perturbationem à motu naturæ, aut potius conatum in menſibus ciendis ſignificant. *Vid. Hipp. part. 50. ſect. 3. l. 3. prorrhet.*

MENSIUM *ſuppreſſio, Menſtruorum oppreſſio*, ſive *Vteri obſtructio* accidit paulatim aut ſubito. *Subita* eſt quæ menſtruis fluentibus contingit ex omni causâ, quæ fermentationem ſanguinis comprimit, quale frigus eſt & metus & id genus alia. *Paulatina* eſt, ubi parcius parciuſque primo colore ſæpius & prius mutato, tandem in toto emanent menſes. Hujus

Cauſa ferè ſemper eſt cacochymia pituitoſa ex depravata chylificatione: quandoque accidit ex imminutione ſanguinis euſque, ut corpus nutriendo non ſufficiat, nedum profluendo. In hoc caſu non opus curatione.

Signa ex relatione patientis ſumuntur: non temerè tamen credendum non maritatis, namque compreſſæ gravidæ plerumque abuti ſalutari arte ad perniciem fœtus ſtudent.

Sign. Progn. A *ſuppreſſis menſibus* eadem accedere ſolent, quæ à ſuppreſſis hæmorrhoidibus: *Eam* gravius ferunt ſteriles, quam quæ jam pepererunt; rationem red-

dit *Hippoc. l.* 1. *de morb. mul.* Sex menſium *ſuppreſſio* incurabilis *Hippocr. ibid.* A *ſuppr. menſibus* inſania, melancholia, hydrops, phthiſis, vomitus ſanguinis, *V. Hipp. aph.* 57. *Sect.* 5. ſanguis è naribus fluens bonum. *Idem. aph.* 33. *Sect.* 5. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſupervenientе, cibique faſtidia accïdant, prægnantem eſſe putato. *Id. ead. Sect. aphor.* 61. Si mulier nec prægnans, nec puerpera lac habeat, ei menſtrua defecerunt. *Id. ead Sect. aph.* 39. Muliebribus cohibitis veniunt epilepſiæ, ventris profluvia longa, nonnullis hæmorrhoïdes. *Idem Coac.* 10. *lib.* 3. *tract.* 9. *de morb. mulier.*

Curatio conſtat in ablatione cruditatis, correctione cacochymiæ & reſeratione uteri. Præſcripto interim victu aperiente. A minorativo incipiendum, niſi plethora ab injecto enemate V. S. poſtulet; dein ad purg. ſpecifica tranſeatur, ut eſt vinum ſpecificum *Hartmanni cap. de clyſt. paſſ.* deſcriptum, It. pulvis Cornach. in form. pill. vel in juſculo carn. in quo arthemiſia coxerit. Apozemata ex herbis, rad. & ſyr. aperientibus, vel ex ſyr. appropriato chalybis vitriolo imprægnato, cum troch. de myrrh. fiat opiata, de qua capiat mane per aliquot dies ad parv. caſtan. magnit. ſuperbibendo parum vini albi oligophori: modus imprægnationis ſucci limonum à chalybis vitriolo talis eſt: ℞.

Cha-

Chalyb. præp. cum dupl. ſulphuris, calcinando ſ. a. in crucibulo, pone in vaſe vitreo, ſuperinjice ſucc. limon. recentem, ut digito ſupereminεat, ſtent in ſole aut loc. calid. per 24. horas, movendo per intervalla, & coletur ad uſum.

MENSTRUORUM *oppreſſio.* Vid. Menſium ſuppreſſio.

Mentagra. Idem quod Impetigo.

MICTIO *Cruenta fit* à ruptis vaſis vel renum vel veſicæ vel penis. Ordinario fit à renibus, tumque ſanguis in majori copia fluere ſolet. Datur aliquando, ſed rarius critica, quæ ultra 3. vel 4. dies non durat: ſi à veſicâ, parum ſanguinis fluit. *Curatio* conſiſtit in abſterſione ſanguinis ibi hærentis & conſolidatione loci abſterſi.

MOLA. Ejus nomen ab informi carnis ſpecie deſumitur. *V. Comp. in Theoret.* ubi etiam refutatur opinio *Scalig.* & *Fernel.* ſubeam in virgine abſque coitu, ſicut ova ſubventanea in gallinâ generari. *Fit* ſecundum Medicinæ & philoſophiæ principes, ex viri ſemine corrupto, aut quovis modo invalido, quod alimentum quidem trahere, nihil vero conformare poteſt; hinc *Defin.* quod ſit conceptus vitioſus. *Signa* ſunt ad inſtar gravidarum, mammæ tument ſine lacte, tumet abdomen more hydropico, ſed neque tactui cedit neque ſonat: pondus eſt ad pubem maximè cum inclinat in latus. Menſes

ſæpè inordinatè fluunt: quo ulterius itur, eo ingraveſcunt ſymptomata magis.

Curatur expellendo. Huic ſcopo inſerviunt, quæcunque menſes potenter cient, in primis borax & trochiſci de myrrha. *Hartmannus* ſcribit felicius experimentum non dari, quam ex pulv. ſecundinæ ad ℈j. cum decocto gentian. artemis, rubiæ tinctor. rad. urticæ, pulegii: ſed oportet illud remed. ſæpius repetere & addere aliquid aq. cinnamomi.

MORBUS eſt affectio corporis contra naturam actionem lædens, v. pl. *in Compend. m. Theoret. h. tit.*

MORBI *Autumnales.* In hiſce non eſt exacte cibandum, & obſervanda ea lex & *victus ratio*, quæ in aliorum temporum morbis tenetur; Eorum enim *κακία* vel malitia adjectione ſucci alibilis tollitur, & cum humorum & ſpirituum ſit quædam exuſtio & ſqualor, id mitigandum eſt & contemperandum bonitate alimenti; quod *Hippocr.* & poſt illum *Galen.* animadvertit: *Morbis* ex corruptione generatis *Autumnus* aſſimilatur, ideo qui tum temporis febricitant, continua optimi alimenti indigent adjectione, ut ſi vires validæ fuerint ſæpe & multa; ſi imbecilles pauca & ſæpius offerantur. *V. Tit. Medicus Art.* 14. *hiſce.*

MORBI *Complicati* multum faceſſunt negotii, & valde impeditum reddunt medicum

dicum, cui non ſolum cura eſt habenda *meſenterii*; ſed pulmonum, capitis: etenim quod alvo contingit, idem & cæteris partibus: Alvus ſæpenumero, quia commune eſt receptaculum potulentorum & eſculentorum, habet & evacuationes catarrhoſas; idem aliis partibus evenire ſolet; poſtquam enim diu congeſſerunt excrementa, tandem minimâ occaſione externâ, laxatis veluti fibris, exonerare ſe volunt, hinc tuſſiendi diuturnæ moleſtiæ, defluxiones diarrhœæ, & in febr. longis rheumatiſmi, *V. tit. Medicus art.* 8.

MORBI *incogniti*: ad hos multa remedia adhibentur analogiſmo quodam & epilogiſmo quæſita periculi faciundi cauſſa, & ita infra modum conſideretur, ut ſi non prodeſſe poſſimus, ſaltem non obſimus; Et interea, ſi ſecundum rationem omnia fiant, nec tam ex agentium voto res ſuccedat, perſeverandum in remediis, quoad aut certum magis ſit ac conſtituatur, aut nova occaſio novumque conſilium quæratur. *V. tit. Medicus art.* 6.

MORBI *Gentilitii*, unicuique familiæ & genti familiares. Plurimi eſt in *arte Medicâ* ponderis ſcire, qua quis ſit familia, ut inde in propriorum & vernaculorum morb. cognitionem penetret; alioquin fallentur Medici, qui aliter fecerint. *Vid. tit. Medicus Art.* 9.

MOR-

MORBI *Ruforum.* Quicunque rufi ſunt, morbis vix liberantur, humor enim, qui in iis abundat, habet aliquid virulenti, hincque morbos experiuntur formidoloſiores, quod Medicos prudentiores cautioresque reddere debet. *Ex peritiſſimis Medicis Pariſienſibus.*

MORBI *Hungarici* originem & ſympt. *V. in compend. m, Theoret.* V. Febr. Ungarica hiſce.

MORBI *Vervecini, Coqueluca* dicti, origo & eſſentia *V. ap. Thuanum hiſt.* 72. *& in Comp. m. Theoret.* Ex eo Anna Philippi Reg. uxor obiit, & Gregorius XIII. periculosè ægrotavit.

MORBI *Mulierum.* Mulierum morbi.

MORBILLI & VARIOLÆ ſunt affectus haud parvi momenti, tanquam peſtis inter infantes graſſantes & per certa quædam annorum intervalla recurrentes, imprimis *Variolæ*, quæ *morbillis* multo periculoſiores, & magis moleſtæ ſunt: communi habent puſtularum eruptionem criticam 3. 4. & ad ſummum in *Variolis* 5. die.

Differ. Graviora cæteris partibus ſunt *variolarum* ſymptomata.

Sign. Progn. *In ſpecie*: morbi ſunt epidemici gravius aut levius graſſantes, pro cœleſtis influxus conditione cauſam moventis. Sunt morbi acuti. Signa habent æquivoca & incerta valde, niſi cum populariter graſ-

ſan-

ſantur. Quo citius erumpunt *Variolæ*, cum acumine ſplendente, eo melius. Eædem faſtigiatæ, rotundæ, albicantes, molles, disjunctæ, *bonæ*: depreſſæ vero, foveam in medio habentes, *malæ*: *pejores* vero, ſi in fovea aliquid nigri appareat: Omnino nigræ lethales; deinde lividæ, virides. Febris, quæ tendentibus ad ſtatum *variolis*, pedetentim non minuitur, *mala*: *pejor* autem, quo ulterius proceſſerit. Fluxus ventris in principio eruptionis, *bonum*: ſi vero perſeveraverit, *malum*: *pejor* autem, qui in ſtatu aut declinatione ſupervenerit. Delirium, lethargus, carus, extremitates frigidæ; frequens vomitus malignum quid indicat. Vermes ſæpiſſime ſubeſſe cum *Variolis* animadvertuntur, ex quibus interdum mors, quæ à *variolis* accidiſſe putatur. Quæ vomitorio modo procedunt, febre non apparente, malignas protendunt. Qui magna *Variolarum* abundantiâ ante *Morbillos* expurgantur, rariſſime aut nunquam morbillis tentantur. *Experitiſſ. Practic.*

Morphæa. Eſt ſpecies Lepræ, quæ idem quod Alphus, volunt differre à Lepra quod ſit in cute tantùm non verò etiam in carne.

Morpiones. Vocantur pediculi illi lati & multi pedes, quos quidam culices rotundos dicunt. Naſcuntur in genitalibus, ſub axillis, imò in mento & ſuperciliis. Vid. Vermes.

MULIE-

MULIERUM *affectus & morbi.* Viros acutiores morbi affligunt; *Mulieres* diuturniores; huc enim facit proventus excrementorum & temperamentum frigidius, excrementa facile ſuperfluunt ac congeruntur, tum ob ſedentariam deſidemque vitam, tum difflatus prohibitionem, unde exuviæ facile retardantur ac reſiſtunt; Eſt enim *Mulieribus* denſa cutis & internum corpus obſtructionibus inteſtinis facile patens, quod morbis fovendis & producendis occaſionem porrigit; ſed non ita facile etiam fato defunguntur ac Viri, cum corpus virile facilius inaniatur & liqueſcat, quam muliebre; occaſionis autem celeritas in arte medendi ex perenni illo effluvio & diſſolutione pendet. Huic accedit, quod diutius foveantur ob vernaculam *Earum* infirmitatem, & ſæpius advocentur ob nativam ingenii imbecillitatem, quæ illas ad arcendas morborum tempeſtates minus tutas reddere conſuevit. *Experitiſſ. Practicis.*

MULIERUM *chloroſis*, ſeu *fœdus color*; Conſilium *Galeni Meth. l.* 12. *cap.* 3. & *lib. de ſang. miſſ. c.* 7. quod in ſuccorum crudorum abundantia proponit, non abs re erit hoc in affectu ſequi; ut nimirum in frictionibus conſiſtamus & in unctionibus mediocriter calefacientibus, & potibus craſſitudinem humorum incidentibus, ſed, obſerva,

va, ne valde calefacientia, nec impenſe attenuantia uſurpes.

MULIERUM *Columella in ſinu pudoris*; hoc de affectu loquitur *Hippocr. l. 2. de morb. mul. art. 92. edit. Lind. p. 615.* Eſtque idem affectus, quem Lut. Pariſ. obſervari vidi in recens nuptâ, cui dolor ad ſinum pudoris, ulceratio aliqua, & caruncula increverat, unde falſo accuſabatur maritus à ſuſpicantibus virulenti aliquid ſubeſſe; ſed curabatur brevi & felici ſucceſſu, ut *Columella Hippocratis. Ex peritiſſ. Practic.*

MULIERUM *Vterus.* Corpus totum *utero* omnino ſimile eſt, ait *Galen. Aph. 62. lib. 2.* Hæc ſimilitudo in duobus intelligenda, in vaſorum conſtructione & excrementorum proventu. Alii & non male ipſam intellexere de conſenſu cum aliis partibus; *V. Comp. m. Theoret.*

Quæritur: An Vterus omnium morborum muliebrium auctor? Neg. contra Hipp lib. de loc. in homine: Eſt, inquit, *fœmineo generi pars una uterus, omnium morborum virgineorum ac muliebrium ſeminarium ac radix*; quod fortaſſis indiſtinctè & minus plauſibiliter, præſertim apud eruditos, pronunciatum eſt. *Vterum* quippe ſuas affectiones proprias & vernaculas habere in confeſſo eſt, cum nulla in corpore ſit pars à morborum ideas *Vtero* uni affingere, hoc phantaſticum & portento ſimile eſt.

MU-

MUTITAS eſt integrum linguæ impedimentum. Eſtque vel naturaſis vel præter naturam. Illa infantibus convenit. Hæc oboritur vel per ſe, vel per accidens. Per ſe à nervorum ſeptimi conjugii linguæ motui dicatorum ſeu ſpaſmo ſeu paralyſi. Hæcque linguæ reſolutio interdum apoplexiæ prævia exiſtit, interdum ei ſuccedit. Accidentaria, quæ organis dialecticis, ex ſe illibatis, evenire ſolet, Aphoniæ conſectaria eſt: omnis enim aphonos neceſſariò fit *mutus*. Non vice verſâ. Vid. *Ant. Menjotium in doctiſſ. ſuis diſſertat. Pathologicis.*

NASI *tumor* oritur ex cauſis extrinſecis. Vide Polypus, Sarcoma.

Nata, Natta. Eſt excreſcentia carnoſa magna indolens &c. Vid. Tumores &c.

NEPHRITIS eſt obſtructio renum aut ureterum à calculo. *Signa* ſive *ſymptomata* ſunt illa quidem multa & dira. Sed communia cum vicinis partibus, & adeo fallacia, inquit *Hoffmannus*, ut nemo pronunciare auſit calculum eſſe, antequam viderit, exeuntem. *Signa* tamen, quæ dantur, vide in titulo de calculo renum. *Notandum* autem nulla dari Pathognomonica, imo ne è ſignorum συνδρομῆ vix quidpiam certi decerni poſſe. Sed dubium ſemper relinquitur an arena, an lapis, an phlegma vitioſum, an grumus ſanguinis, an pus craſſum, dolorem nephriticum provocet: imo à flatibus quoque

que ureteris ductum ſubeuntibus ac diſtendentibus *dolores nephriticos* quandoque concitari, experientiâ ſum edoctus. V. Calculus renum.

NUMERUS *vitioſus Teſtium.* Teſtium numerus vitioſus.

Nymphomania. Idem quod furor uterinus.

OBAUDITUS: *Obauditio, harycoia.* V. Auditus læſio.

OBESITAS *corporis.* Craſſities.

Obſtipitas eſt incurvatio. Obſtipi capitis Vide curationem chirurgicam in Obſerv. Jobi Van Meckeren.

OBSTRUCTIO *alvi*, ut & facilè cognoſcitur, ſic & curatur ſolo clyſtere emolliente, liquefaciente & ſtimulante periſtolen inteſtinorum. Vide Alvus ſuppreſſa.

OBSTRUCTIO *cerebri fit* vel à flatu, unde ſternutatio immoderata: vel ab humore pauco, tenui & diſſipabili, qui acceſſiones epilepticas breves reddit: vel à multo craſſo viſcido, à quo epilepſiæ longiores paroxyſmi: ab eodem carus, lethargus & apoplexia.

Cauſa obſtruens oritur etiam ab inferis partibus, ut à liene, utero, ventriculo, unde epilepſia per conſenſum: vel in ipſomet cerebro generatur interveniente ut plurimum intemperie frigidâ: quia cerebrum frigidius alimentum malè coquit, & carnis reliquias pejus

pejus excernit, inde pituitæ congeſtio: quæ retenta frigidos morbos producit, tandemque anteriores, medios, poſteriores vel omnes ſimul ventriculos obſtruit.

Curatio. Pro magnitudine *cauſæ* ſuccurrendum eſt: cum magno pedi non quadret parvus calceus. Si vapores craſſos aut humores ſurſum efferri ſuſpicaveris, & fiat morbus per conſenſum; revellantur clyſteribus frequentibus & purgatione conveniente, ut lienari, ſi lien: uterina, ſi uterus in cauſa eſſe videtur. Ad *obſtructionem* anticipandam materia vacuetur primum generali, ut catapotiis: deinde particulari, ut errhinis, maſticatoriis, gargariſmis. Intemperies verò contrariis alterantibus corrigatur. Vid. Intemperies cerebri.

OBSTRUCTIO *hæmorrhoïdum.* V. Hæmorrhoides *hocce*, *&* *Compend. m. Theor.*

OBSTRUCTIO *hepatis.* *Cauſæ* ſunt humores craſſi ac immobiles, qui ſunt vel morâ tales. *Signa* ſunt dolor gravativus in hypochondrio, & ſi flatus ſimul moleſtat acutus cum intenſione: reſpiratio difficilis, imprimis moto corpore: febris nulla.

Curatio. Convenient apozemata purgantia & aperientia: pro delicatioribus ſeqjuſculum ex uſu ſit: ℞. Rad. apii, petroſel. aſparagi ana ℥ ß. fol. agrim. hyſſopi. capill. Ven. ana M. j. cryſtalli tartari ʒ j. bulliant

cum

cum pullo gallinaceo & cum fruſtulo colli vervecini. Fiat juſculum, quod capiat mane per ix. dies. In alternis juſculis infunde & leviter decoque ſennæ mund. ℥ ij. ſem. aniſi. ʒ j. durante horum remediorum uſu, vel etiam poſt foveatur regio hepatis mane horâ unâ ante hauſtum juſculi, & veſperi horâ unâ ante cœnam fotu ſequenti: ℞. Rad. alth. & bryoniæ ana ℥ i ß. rad. ebuli, cyperi, eryngii, cortic. rad. capparis mediani & tamariſci ana ℥ j. fol. malvæ, alth. viol. agrim. chamædr. menth. & abſynthii, ana, M. j. ſem. lini, fœnugræci, bacc. juniperi ana ℥ ß. ſem. coriandri & ſantal. citrin: ana ʒ iij. fl. geniſtæ, ſambuci, chamæm. melilot. ana: p. j. fiat omnium decoctio in duabus partibus aq. chalybeatæ & unâ vini alb. ſub fin. additâ. Colaturæ adde aceti ℔ ß. Miſce pro fotu. Poſt fotum inungatur regio hepatica ung. ſequenti: ℞. ol. lil. & de capparibus ana ℥ ij. ſucci rad. bryoniæ, & apii, ana ℥ iij. bulliant ad ſuccor. conſumptionem, addendo ung. de alth. & gummi ammoniaci in aceto ſoluti & trajecti ana ℥ j. ſem. dauci & ſpicæ nardi ana ℥ i ß. ceræ ſ. q. ſ fiat ung.

OBSTRUCTIO *lienis ſimplex* aut *ſcorbutica* eſt. Simplex iterum vel merè talis eſt, vel inveterata & ſcirrhodes.

Cauſa. Mera obſtructio eſt à pituitoſo ſanguine, ſub hac mollis tumor eſt, quantumvis

tumvis magnus, unde ſolet tumor vulgo dici & inflatio lienis.

Signa ſunt inter initia gravitas tantum in eo hypochondrio ſeſe oſtendens: poſtea accedit dolor, obtuſus tamen, niſi quando currunt, aut diutius aut concitatius corpus movent. cum iſta invaleſcunt, fit diſpnœa, & frequens cordis palpitatio.

Curatur attenuantibus atque incidentibus, tum & purgantibus: in illis potiora ſunt: rad. filicis & polipodii, herb. cuſcutæ & ſcolopend. epithymi cort. cappar. tamariſci. Laudatur inter purgantia à Chymicis Mercurius dulcis præſertim exacuatus cum mercurio vitæ, v. g. ℞. tartari dulcis gr. xvi. mercurii vitæ gr. ij. miſceantur longâ triturâ, tum adde extracti ellebori gr. iv. ſyr. epithymo q. ſ. M. f. pilulæ. V. obſtructio hepatis.

OBSTRUCTIO *meſenterii* habet ſedem, aut in pancreate *Aſelli*, aut in vaſis propriis. Si in illo, eſt res deſperata: eſſe cognoſcitur ex atrophiâ & alvo liquidâ ac chylum ferè egerente. Vaſorum obſtructio fit ab excrementis ſanguinis huc demiſſis & hærentibus in iis, ſive ob lentorem ſuum ſive ob craſſitiem ſive quod exitum non inveniant.

Signa ſunt ponderis ſenſus in eis interdum ſubdolens: tumor aliquando, ſed in profundo, ideoque non facilè palpabilis, niſi admodum

modum depreſſa manu: reſpirandi difficultas inter motum corporis.

Progn. Si colluvies invaleſcit & accenditur, ſuperveniunt melancholia hypochondriaca, murmura & tormina ventris: color faciei ſubicterus, pallidus, inquam, & fuſcus: corporis gravitas, pedum tumor, urinæ crudæ, tenues, modicè turbatæ, divulſæ: pulſus inæquales, debiles, tandem vel hydrops vel continuum alvi & fœtidum ac ſæpè dyſentericum profluvium, vel inflammatio & abſceſſus superveniunt. Illius obſtructio conjicitur ex deject. bilioſis. *Benivenius* obſervavit obſtructionem ab inſigni callo.

Curatur frequenti uſu pilularum de hierâ aut ſyrupi ſolennis ex rad. aperient. capillaribus omnibus. Vide plura remedia huic curationi inſervientia in jecoris & lienis obſtructione.

OBSTRUCTIO *ſcirrhodes lienis* eſt à melancholico tartaro. *Signa* ſunt tumor & durities obvii in ſiniſtris, tactui dolor nullus; gravitas major atque difficilior; color faciei lividus; corporis ſquallor; pedum tumor. *Curatur* facillime remediis iiſdem quibus curamus aut hepar obſtructum aut ſcorbutum. Foris vel imprimis emplaſtrum de cuſcutâ convenit.

OBSTRUCTIO *ſcorbutica* ab eadem cauſa eſt; ſed fervente & fermentante mireque corrupta. Vide Scorbutum.

OB-

OBSTRUCTIO *vaſorum cerebri*. V. Apoplexiam.

OBSTRUCTIO *viarum urinæ* accidit aut renibus, aut ureteribus, aut veſicæ, aut urethræ. *Cauſa* non rarò calculus eſt, rarò pituita, ſi à pituitâ, patet ex mixtione ejus. V. Nephritis. Calculus.

OBSTRUCTIO *uteri*. Menſium ſuppreſſio.

OPHTHALMIA, quæ eſt inflammatio oculi. Accuratius *definitur*, Phlegmone, membranæ oculi conjunctivæ à ſanguine in vaſis in ejus ſubſtantiam effuſo, ibique computreſcente: ſemperque oritur per viam fluxionis, nunquam per modum congeſtionis. *Cauſa interna* & mediata eſt ſanguinis in capite copia atque fervor, partiſque excipientis debilitas. *Cauſa adjuvans* eſt viarum laxitas ſive ingenita ſive aſcititia. Vide *Hippocrat. lib. de videndi acie. Progn. Ophthalmia* ab uno oculo ad alterum citiſſimè tranſvolat. Judicatur ut plurimum per reſolutionem. Si autem in ſuppurationem deſinat, peſſimum, ob ulcera conſectaria. In regione ac tempeſtate frigidâ, ut rarior eſt ſic rebellior. Pueros etiam & ſenes ob capitis plenitudinem, oculorumque imbecillitatem, contumacius infeſtat. Viro lippienti febris ſuperveniens ſolutio: niſi verò ſolvatur, metus eſt ne vel cœcus fiat vel moriatur, vel utrumque accidat. *Hippocr. in Coacis,* ſecu-

ſecurior alvi fluxus, arg. *Aphor* 17. *lib.* 6. *Populares ophthalmiæ*, peſtes alioſque morbos malignos protendunt. *Curatur* generalibus revellentibus, ſublatâ causâ procatarcticâ. Victus ſit tenuis: abſtineat carnibus, ovorum vitellis, cæteriſque cibis multum ſanguinis gignentibus: evitet vaporoſa: utatur in poſtrema menſa flatus diſcutientibus, oſque ventriculi conſtringentibus: oculos pannis viridibus cooperiat aut cœruleis.

OPHTHALMIA *ſicca*; generalia in *curatione* erunt communia cum Anginâ & Phrenitide: quoad particularia & admovenda oculis inflammatis, bonæ ſunt cautiones propoſitæ à *Sennerto*.

Pupillæ dilatatio, *Mydriaſis* dicta. *Progn.* Senes ratione ſiccitatis minus obnoxii: pueri verò, eunuchi & mulieres proniores ſunt ad hunc morbum, propter madorem. *Mydriaſis* à ſiccitate tendente ægrius eliditur, quam ſi ab humiditate repentè ortum traxerit: quia in genere ſiccitatis curatio, teſte *Galeno*, difficilior exiſtit, quam humiditatis, nec ita arduum ſit detrahere, quam addere. Vide *Ant. Menjotium de hoc affectu*.

Pupillæ Anguſtia, *Diminutio* vel *Conſtrictio*: Græcis μείωσις & *Galen.* 10. *de uſ. part.* φθίσις, *Atrophia* (quæ toti oculo tribuitur.) eſt anguſtia præter nat. foraminis uveæ, quâ viſio læditur. Quomodo heic viſus lædatur, non conveniunt auctores,

quos conſule. *Fit* à contractione uveæ tunicæ; contrahitur autem vel cum luxatur à nimiâ humiditate, quâ ab ambitu verſus centrum contrahitur; ſicut in cribrorum & coriorum madefactorum foraminibus accidit, vel à defectu humoris aquei. *Sign. Diagn.* Malum per ſe patet, ſi ad ſanum oculum fiat collatio. *Progn.* Naturalis, bona eſt; morbi vitio facta, mala; eſt inſanabilis, ſi ex inſigni & irreparabili defectu hum. aq. fiat; minoris momenti, ſi ex uveâ humectatâ. Difficulter ſanatur quæ ex ſiccitate & inanitione oritur. *Curatio*: Si ab Uveæ humiditate ex re erunt ſiccantia. Si à defectu hum. aq. humectantia, ut lac & aqua dulcis actu calida fronti & capiti admota: medicamentum rarefaciens & acre, quale *Paulus* commendat] oculis applicare, ut ejus rarefactione alimentum ab oculo ſuſcipiatur, acrimonia vero attrahatur; morſu careat & ne ſit nimis calidum; ne quod attractum ſit, diſſipetur.

Cataracta cum Barbaris appellatur *Suffuſio*, tanquam aquæ ad pupillam decubitus. *S. Diagn.* 1. *Vera* alterum tantum oculorum occupat, aut ſi utrumque, non tamen ſimul, nec ſimiliter. 2. Symptomata ſunt continua; in *ſpuriâ* remittunt in aëre puro, parciore & ſalubriore diætâ. 3. *Vera* brevi tempore duobus, vel tribus aut ſex menſibus ut plurimum, aliquando paucis

diebus

diebus incrementum ſuſcipit; imo *Fern.* refert *lib.5. pathol. c.5.* conſummatam *ſuffuſionem* unâ die ſubortam. Spuria vero multos annos durat, abſque viſionis inſigni noxâ, quod confirmat *Guil. Fabr. Cent. 5. obſervat.* 14. *S. Progn. Spuria* non ſolum periculo vacat, ſed facile etiam curatur: Vera autem difficulter. *V. Galen. l. 3. de ſympt. cauſ. c. 2. ſuffuſio* in centro pupillæ conſiſtens, acu tentanda non eſt. quia verendum, ne materiâ diffusâ tota pupilla impleatur & viſio plane amittatur. Si à febr. acutâ, peripneumoniâ, phrenitide, aut dolore capitis acerbiſſimo *ſuffuſio* exſtiterit, aut ſi illa ad hanc acceſſerit, malum periculoſius redditur. Senilis ætas, utpote quæ ſuo vitio viſum hebetem habet, ad curationem apta non eſt; nec etiam pueriliſ, in quâ humor nondum maturus; aptiſſima ætas conſiſtens.

Ἵππος, propriè eſt inſita & naturalis affectio oculorum, per quam illi non quieſcunt: nam potius ἵππος ad perpetuam oculorum mobilitatem refertur, quam ad alium ocul. affectum. *Gal.* ſtridori dentium naturali comparat. vid. *Vegam in progn. 6. l. 2. Fit* 1. Ob calorem nimium agitantem, ſic iraſcentes mobiles oculos habent. 2. Ob infirmitatem nervoſi generis. Aliquando etiam affecta eſt nervorum origo: aliquando peculiaris eſt affectio ipſius muſculi. *Curatio*

Victus ſit tenuis, cœna parcior, purgetur bis in menſe ex ſennâ & ſyr. roſ. utatur aquâ, in quâ coquantur paſſulæ, ſem. fœniculi addito cinnamomo. utatur blandis maſticatoriis, additâ nuce moſchatâ: mandat ſalviam: exerceat ſe ante paſtus: non dormiat illicò à paſtu: exſiccetur cerebrum ſacculis convenientibus; horâ ſomni convenient conſervæ cum pauco pulvere ſeminis pœoniæ. Pyroticum nuchæ colli.

OCULORUM *hydrops*. Ejus hiſtoriam habes apud *P. Borellum obſerv.* 51. *cent.* 4. *Curatur* cauterio potentiali ad occiput collyrioque aſtringente ex vitriolo albo.

ODORATUS. V. *Compend. m. Theor.*

Odontalgia. Vid. Dolor dentium.

Odontagra. Vid. Dentagra.

ŒDEMA *Deſin.* Tumor pituitoſus, frigidus, laxus ac mollis, doloris expers, albidique coloris. *Cauſæ* ſunt *internæ* antecedentes humoris videlicet pituitoſi copia; & conjunctæ, ejuſdem nim. humoris in membro œdematoſo collectio: aut *externæ*; ut caſus, percuſſio, vitioſa vivendi ratio.

Sign. Diagn. Laxius eſt & tarde revertitur, non tamen tam durum eſt ac *ſtruma*, nec tam inæquale. Et è quo lapides, cornu & ungues extrahuntur, durius eſt & ad tactum renititur. *Meliceris* celeriter cedit & revertitur: materia melli ſimilis eſt. *Teſtitudo* eſt meliceris in capite cranio adhærens.

Talpa

Talpa ſola duritie à teſtudine differt & ad atheroma refertur. *Natta* plerumque in dorſo, ſcapulis, oritur: ad *Steatoma* pertinet *Lupia.*

Progn. In duritiem deſinens & tandem in abſceſſum, periculoſus eſt, quia diſcuti & reſolvi vix poteſt. *Oedema* ex hydrope, phthiſi, aut cachexia ortum, malum. Oedemata hyeme præſertim generari ſolent, eaque ſenibus imprimis & crapuloſis accidunt.

Curatio. Perficitur vel reſolventibus vel ſuppurantibus vel ſectione, ut & *atheroma,* in cujus cyſti materiâ polentæ ſimilis continetur. Oedematis *curatio* victum præſertim ſiccum, paululum calidum & attenuantem poſtulat: Omnia quæ humectant & ſanguinem pituitoſum gignunt, prohibenda; parum cibi minuſque potus propinandum; alvus libera & laxa ſemper ſervanda.

Omagra. Eſt Humeri arthritis. Vid. Arthritis.

Opiſthotonos. Eſt ſpecies convulſionis de qua Vid. Convulſio.

ORTHOPNOEA non diſtinguitur ab Aſthmate; nec *Dyſpnoea,* niſi ſecundum magis minus. Vid. Aſthma & *Compend. m. Theoret.*

Otalgia. Vid. Aurium dolor.

Padarthrocace. Idem quod Spina ven-

toſa. De qua vide Van Horne in ſuo Microtechn. Iob. à Mecheren in ſuis obſerv. Chirurg. &c.

PALPITATIO *cordis* immoderata eſt concuſſio, vehementi diaſtole atque ſyſtole moleſta. *Marcello* Cordis ſaltatio vocatur. *V. pl. in Comp. m. Theor. Palpitationis* ex vulnere ortæ meminit *For. l.2. obſerv.* 214. tam violentæ, ut etiam extra ægri ædes tranſeunte feneſtræ aures admoventer exaudiretur.

Sign. Diagn. Fit ſæpe à Chloroſi ſeu pallidis virginum morbis.

S. Progn. In genere periculoſum & non contemnendum malum ob læſum cordis motum, quo vita conſervari debet, & quæ frequenter ad ſyncopen deducit, tandemque patientem è medio tollit. Notatu dignum, quod *Galen. l 2. aphor.* 41. *& l. 5. de loc. aff. c.* 2. ſcribit: Omnes juvenes aut in declinante ætate ſanos, ſubito, ſine ullo manifeſto ſymptomate, *palpitat. cordis* correptos ante 60. æt. annum & ſenectutem mortuos eſſe; alios per febres acutas, alios, cum ſani degerent, ſubita ſyncope correptos, alios etiam citra ſyncopen apoplectico more: frequens enim palpitatio ſignum erat, cor & partes vicinas debiles fuiſſe. Per idiopathiam cordis periculoſior, quam quæ fit per ſympathiam. Sæpius recurrens tandem jugulat, & quidem ſi à pericardio affecto

fecto originem ducat, hominem lente eneçat & ad tabem deducit. Si oriatur à ſolutâ unitate, vel à tumore cordis, deſperata & inſanabilis eſt. Periculoſum quoque eſt, ſi à cauſâ venenatâ & malignâ proveniat, rarò evadunt, ſed citò moriuntur.

Curatio. Seq. liquor valdè commendatur. ℞. corda vervecis n. iij. cinnam. & garyophyll. ana ʒ j. ſem. acetoſæ & lactucæ, ana ʒ i ß. confect. alkermes. ʒ j. bulliant omnia inter duo vaſa. doſ. cochl. ij. mane & veſperi. vel ℞. roſ. rubr. & fl. roriſmar. ana ʒ ij. fl. lavendulæ ʒ j. ſem. angelicæ, cort. citri, caryophyllor. cinnamomi, macis ana ʒ j. ex ſyndone rubr. f. ſacculus, qui irroratus vino albo & aq. roſ. tepidè applicetur, regioni cordis, vel ſeq. linim. ℞. Ung. roſacei ℥ ß. ol. cinnamomi & caryoph. ana gutt. vj. moſchi, ambræ ana gr. iv. M. fiat linimentum pro regione cordis illinend. Si à flatuoſâ materiâ, clyſteres purg. & carmin. frequenter injecti eam potenter evacuabunt & diſcutient. Urgente paroxyſmo V. S. omnibus remediis præferenda, teſte *Galeno 5. de loc. affect. cap. 2. Nonnulli Practicorum* cucurbitulis thoraci admotis ſine ſcarificatione multum tribuunt ad diſcutiendos & digerendos flatuoſos ſpiritus in interioribus partibus incluſos. *Alii* hypochondriis cum ægri levamine admovent mali mineâ in iis locis latitante. *Zacutus Luſitanus*

cucurbitulam ſcarificatam regioni cordis admovet magno cum ſucceſſu. Vide *ejus praxin Med. admir. obſerv.* 133. *lib.* 1. *Alii* mirè commendant rhaponticum verum ad ℈ ij. cum vino exhibitum, aut vinum, cui immacerata fuerit eadem radix.

PARALYSIS *defin.* Obſtructio nervorum. *Deſcrib.* Motus & ſenſus privatio alicujus partis vel aliquarum partium interceptis viis, per quas animal. ſpiritus ad ipſam feruntur, medullâ ſcilicet ſpinali interceptâ aut nervis verius ab eâ exortis; de ejus etymo & eſſentiâ V. *Galen. l.* 3. *cap. ult. de loc. aff. & Comp. m. Theoret.* Eſtque vel univerſalis vel particularis. Univerſalis eſt vel utriuſque lateris, excepto capite; vel hemiplegia ſeu unius lateris integri. Particularis multiplex eſt. Oritur ut plurimum à pituitâ.

S. *Diagn.* Cum hic morbus ejuſque ſymptomata ſenſibus expoſita ſint, facile agnoſcetur: Abolentur vel ſenſus & motus, vel alterutrer tantum. Duo imprimis inquirenda; 1. locus primario affectus. 2. cauſæ, ſecundum quas curatio maxime variat; longe alia *Paralyſis* eſt, quoad curam, quæ ab intemperie oritur, quam quæ à compreſſione, luxatione, fracturâ, vel ſimili causâ evidenti; hinc parti affectæ non ſemper medicamenta applicanda. Notatu dignum hujus veritatis exemplum. V. apud *Galen lib.* 1 *de loc. affect.*

affect. cap. 5. de quodam Pauſania Syro.

Progn. Omnis *paralyſis* fortis à cauſâ internâ difficulter curatur; præcipue quæ ex ſolutâ apoplexiâ provenit. In omnibus nervoſi generis affectibus, qui à pituitoſis & frigidis humoribus fiunt, ut ſunt *apoplexia* & *paraplegia* febris valida ſuperveniens non parum momenti & ſolaminis affert. *Galen. Comment.* 2. *in* 1. *Prorrh. Aph.* 50. Morbi enim cauſſam febris illa abſumit, nervoſq; calefacit & ipſa verò alios morbos exſiccat. Raro degenerat in alios morbos ſequitur, Apoplexiam, Epilepſiam, Colicam, Febres chronicas, Suffocat. uteri. Repentina ab ictu aut vulnere fere ſemper deſperata. Quo proximior cerebro, eo curatu difficilior: Si membrum reſolutum actu calidum ſit, ſpes ſalutis. Æſtate & in juvenibus faci lius curatur, quam hyeme & in ſenibus. Ex vaporoſa materiâ, aut à calidis humoribus, ut à crapulâ, brevi quandoque finitur: Tremor ſuperveniens bonum, *paralyſis* particularis, quamvis longa, fere ſanabilis. Cum membri atrophia difficillime ſanatur. Paraplegia, quæ paralyſis eſt ſuccedens apoplexiæ, difficilis curationis, & iterum in ipſam ut plurimum recurrit.

Curatio. V. S. vix confert, cum ſanguis non peccet ſed pituita, & plerumque hoc malum ſenibus, pituitoſis & natura frigidis accidat. Locum habere poteſt, ſi humor

pituitoſus à crudo ſanguine producatur, eoque foveatur: tum è brachio partis ſanæ eliciatur ſanguis, ſed parcâ manu, ne languidus calor extinguatur. Reliqua curatio conſiſtit in ablatione cauſæ antecedentis, frig. nempe cerebri intemperiei. Peculiaris etiam efficaciæ eſt balſam. *Guidonis* : quo vel ſolo utendum, vel cum aliis permixto. Apud *Chymicos* præ cæteris commendantur elixir proprietatts, ſpiritus tartari & balſamum galbani. Durante affectu partes reſolutæ, probè muniendæ pellibus vulpinis, leporinis, agninis & ſimilibus.

Paraphymoſis eſt affectus Phimoſi oppoſitus, de quo vide in Lue Venerea, & Gonorrhœa.

PARAPHRENITIS ſive *paraphroſine* aliquando accipitur univerſim, pro quacunque deſipientiâ: ſtrictè verò ac propriè eſt *delirium ſympathicum* à ferventiſſimâ præcordiorum totiuſque corporis ad cerebrum expiratione progenitum. A mero calore oboriri vix credibile eſt, cum ſæpè per febrem tepidiorem ſacra rationis prophanentur; in flagrantiori verò febri nulla ſtipata ſit delirio: quod nempè in illa nocuis exhalationibus caput petatur, in hâc non item. Vid. *Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis pathologicis*, & *hiſce* Inflammatio cerebri. Phrenitis.

PARACENTESIS eſt apertio abdominis

minis ferro facta ad educendas aquas hydropicorum. Ejus meminit *Hippocr.* V. pl. Hydrops hiſce & *Compend. m. Theor.*

Paraſynanche. Vid. Angina.

PARONYCHIA Græcis ita dicta, quod in vicinâ, vel lateribus unguium in digitis generatur. Latinis *Panaritium*, Germ. *der Wurm.*

Parodontis eſt tuberculum circa dentes in gingivis, ſeu potius ipſa maxilla oriri ſolitum de quo Celſus lib. 6. cap. 13. & præcipuè M. A. Severinus de recondita Abſceſſuum natura lib. 4. cap. 16. ſub nomine Scliroſarcomatis gingivarum.

PAROTIDES ſunt glandium, quæ pone aures ſunt, affectus & inflammationes. Oriuntur aliquando ſine, aliquando cum febre acuta. *Fiunt* 1. A ſanguinea. 2. A biliosâ. 3. A pituitoſa. 4. A melancholica aut venenata materia, ut in morbis Epidemicis.

Signa. Si à *primâ & ſecundâ*, adſunt rubor loci, calor, dolor, gravitas, febris præſertim, ſi bilis permixta. Si à *tertiâ*, adſunt color albus, vel rubor ad albedinem vergens, dolor minus excrucians, nullaque febris, niſi cum pus conficitur. Si à *quartâ causâ*, durities, nullus dolor, color lividus.

S. Progn. Parotis propter anguſtiam loci & cerebri vicinam non admodum tuta; ſi

febri acutæ ſuperveniat, licet διοσκȣρος dicatur, tanquam fauſti ominis, qualis eſſe ſolet, quando fit criticè, robore naturæ cum levatione. Sub origine auris ex criſi ſalutari & cum concoctionis ſignis exort. vacant periculo. Si non præceſſerint ſigna pepſeos & ſalutaris criſis, malum. ſæpiſſime in pueris emergit ex nimia cerebri humiditate, quæ itidem mala nec periculoſa non eſt. In febr. malignis & purpuratis in augment. & ſtatu lethales; ſed ſi vel tantillum inclinante morbo appareant, & ad ſuppurationem veniant, ſalutares.

Curatio conſiſtit in convenienti & accommodata victus ratione, clyſter. injectione, phlebotomia: quandoque medicamentis humorem præparantibus & purgantibus, habita, in hiſce omnibus humoris peccantis ratione: ut ſi ſanguis abundet ad phlegmonem confugiendum; ſi pituita, ad œdema & topica repellentia. Natura adjuvanda attrahentibus, imprimis ſi ad expellendum tardior videtur. In tumore critico vena vix ſecanda. Inter mitiora diſcutientia initio applicanda hordei farina in hydrelæol cocta: cui mucag. ſem. pſyllii & cydon. adjungi poſſunt. Fortiora ſunt cataplaſmata ex decoctione herbarum diſcutientium, flor. chamæm. mel. ſtœch. anthos, farin. lentium, orobi, ſem. lini & fœnugr. pingued. gallin. anatis, ol. anethin.

th:n. irinò vel laurino compoſita. Si tumor induреſcat, emplaſtr. applicand., ex ammoni. bdell. galb. opop. ſtyrace, axungiâ cervinâ, caricis, ol. lilior. ut in curatione ſcirrhi. Si in ſuppurationem tendat, admovendum hoc cataplaſma: ℞. cæp. inter prunas coctar. ℔ ß. radic. lilior. ſimiliter coctar. ℥ iij. vitell. ovor. n. iij. axung. ſuillæ & ung. dialthææ ℥ ij. fiat cataplaſma.

PESTIS, Peſtilitas *Lucretio*, communiter *Peſtilentia*: Eſtque corruptela ſtrageſque hominum contagioſa. *Thucyd. 2. hiſt. V. pl. in Compend. m. Theor.*

Cauſa eſt vel ſupernaturalis vel naturalis; Ex multis colligitur peſtis cauſam ferè ſemper naturalem eſſe. *P. Borellus Obſerv. rarior. 21. pag. 22.* Ubi exempla notatu digna.

S. Diagn. In genere. Plurimos corripit, contagioſa eſt, ſubito vires proſternit, pulſus mortalis, febris, exanthemata. Si aër naturalem conſtitutionem diu non obſervaverit, inde corrupt. hum. orta colligitur, de quo *Galen. lib. 1. de diff febr. c. 4.* ſcribit; Peſtilentes, *inquit*, morbos oriri neceſſarium, cum aëris temperamentum à naturali habitu ad caliditatem & humiditatem immoderatam fuerit converſum. Talem aëris conſtitutionem accuratius deſcribit *Hippocr. l. 3. Epid. Comm. 3.* quæ legi & notari merentur.

Progn.

Progn. Quo diutius in corpore humores detinentur, & fermentantur; eo magis noxii & pejores evadunt: unde Variolæ, morbilli, dyſenteriæ & aliæ febres malignæ epidemiæ, ſi diu durent, tandem in *peſtilentes* & *ipſam peſtilentiam* degenerant. An æger moriturus vel convaliturus ſit, ex collatione virium cum morbo apparebit. Mente conſtare, appetitu s non proſtratus bonum: ſi vomitus abſit: reliqua fallunt. Scabioſi & lue Ven. laborantes minus tentantur *peſte*. Bubonem febrem præcedere bonum, ſequi malum.

Curatio. Commendatur cornu Monocerotis, ejus infuſio in aquâ communi pro potu ordinario, nec non præcautionis gratiâ exhibita. It. prunella herba contuſa & bubonibus admota; vide plura contra peſtem apud *P. Borrellum Obſerv.* 22. *pag.* 28. *& Diemerbroeckium in tract. de peſte.*

PHTHIRIASIS, morbus pediculari s, quando in fœdis impuriſque ulceribus pediculi generântur: Naſcuntur in ſanguine hominis animalia exeſura corpus, *Plin.* 27. 13. Platonem illo morbo obiiſſe refert *Laërt. l.*3. & multos alios recenſet *Plutarch. in Sylla &c.*

PHTHISIS à verbo Græco φθίω aut φθίνω, deficio, conſumor, contabeſco, unde dicitur etiam Conſumtio, Tabes. Deficientia. Eſtque ulcus pulmonum: *Deſcrib.*

Totius

Totius corporis extenuatio & macies à febre putridâ & lentâ, ab ulcere pulmonis productâ, ortum habens.

Sign. Incipientis ſunt tuſſis diuturna & vehemens, circa veſperam potiſſimum ingraveſcens, fiunt nares acutæ, tempora & oculi cavi, ſcapulæ inſtar alarum, genæ lividæ, ungues curvi, ſputa mirè graveolentia, præſertim prunis ſi injiciantur : quod in lethalibus habetur. *aphor.* 11. *ſ.* 5.

Progn. Difficillimè & vix ac ne vix quidem curatur, ſi multum inveteratum, ſi hæreditarium, ſi contagio acceptum. Si recens, tamen difficile ſanatur, quia pulmo non quieſcit & medicamenta eo non pertingunt: ut nihil dicam de ſanguinis corruptelâ & curationis inſcitia: tamen ægri ſine auxilio non relinquendi. Mulieres facilius corripiuntur, quam viri. Tuſſis cum febre pertinax, non cedens remediis, tabem adfert, etiamſi non ſequatur ſanguis. A ſanguinis ſputo, ſi puris ſputum ſequatur, ulceratus eſt pulmo & *tabes* ſequitur. Curato ſanguinis ſputo non fidendum, levi enim de cauſſa iterum ſpuitur. Profluvium alvi ſuperveniens, lethale. *Hippocr. Aphor.* 14. *ſect.* 5. imprimis virginibus & mulieribus, quibus ex ſuppreſſis menſibus obortum eſt. *Hipp. l.* 2. *prædict.* Quibus capilli de capite defluunt, ii fluxu ventris ſuperveniente moriuntur. *Aphor.* 12. *ſect.* 5. Autumnus tabidis malus.

Aphor.

Aphor. 10. *ſect.* 3.

Curatio tota verſatur in ulceris abſterſione & conglutinatione, cauſarum illud producentium vel foventium ablatione: febris lentæ & hecticæ oppugnatione, ac conſumptionis reſtauratione. In ipſo principio convenit maxime V. S. ad febrem temperandam & humoris acrimoniam demulcendam. Poſtea cauſa eſt evacuanda per rhabarb. &c. Lac præſtantiſſimum hoc in affectu remedium: abſtergit ſerosâ ſuâ parte conglutinat caſeosâ, corpus nutrit & reficit butyrosâ. Uſitatius eſt aſininum, imprimis ſi aſina nutriatur fol. plantag. rubi, vitis, poligoni, gramin. hord. & ſecali. hauriatur recentiſſimè mulctum & calidum, principio in parvâ quantitate ad ℥ iv. vel ℥ iij. ut ventriculus illi ſenſim aſſueſcat, augendo per vices quantit. uſque ad ℥ viij. xij. & ℔ j. Ne verò coaguletur aut aceſcat in vent. & ut pulmoni magis fiat amicum, permiſceatur ei ſacch. roſac. eâ proportione, ut ad lactis ℥ viij. ſit ſacch. ℥ j. ut autem cum fructu exhibeatur, non adſit magna febris, aut capitis dolor, aut hypochondriorum tumor, aut bilioſus alvi fluxus. *Aphor.* 64. *ſect.* 5. *Nota.* ne ſis nimis timidus in lactis uſu præſcribendo hoc *Hippocr.* textu territus. *Sapè enim præceptionum artis noſtræ nimis religioſa obſervatio magno & nobis & ægris vertitur damno, quod multa audere & tentare*

tare

tare ſit religio, quæ alioqui eſſent profutura: in quo ſæpè circumforaneis & humanæ vitæ periclitatoribus victoriæ palma cedit, nobis verò eripitur. V. *Guil. Ballonium Conſil. Med.* 50. *de Lactis præſtantiâ & dotibus.*

PHTHISIS *pupillæ.* Pupillæ anguſtia & phthiſis inter Oculi vitia.

PICA. Pravitas appetitus, aut eſt in quanto, aut in quali. Illa *Fames canina* appellatur: hæc verò *Pica*: de ejus etymo & eſſentiâ V. *Compend m. Theoret.*

Cauſa proxima eſt humor teter à membranis ventriculi, ac præſertim ejus orificio imbibitus. Variegatæ illæ appetituum differentiæ ex aliâ atque aliâ excrementorum corruptelâ progignuntur. Sed non liquet, an ſingulares ac determinatæ illæ appetitiones contingant ratione cognationis inter materiam morbificam & rem optatam, ut voluit *Aphrodiſæus?* an ratione contrarietatis, ut placuit *Avicennæ? vid. Ant. Menjotium in diſſertationibus ſuis pathol.*

Progn. Pueri ob ingluviem impuritatis feracem appetendi vehementiam, ac judicii imbecillitatem adultis crebrius huic affectui ſunt obnoxii: Item fœminæ viris, præſertim ſi muliebria reſtiterint. In virginibus chloroſis *picam*, viciſſimque *pica* chloroſin fovet. Gravidæ mulieres naturâ ſuâ cacochymæ facilè in hunc affectum incidunt, nem-

nempè à quadrageſimo poſt conceptum die uſque ad finem tertii menſis. Poſtremò *picæ* affectio eſt chronica, nec infrequenter hydropem, cachexiam, vel maraſmum invehit. Nam ſi ægrotantes fruantur optatis malè nutriuntur, ſi iis fraudentur angi ſolent ac inquietari, ſicque quodammodo ruunt ad maciem.

Differ. Recentiores *malaciam* à *picâ* diſtinguunt, quod prior utero gerentium propria ſit: poſterior tamen mares ac fœminas promiſcuè infeſtet.

Curatio. Cum ſymptoma plerumque ſit gravidarum & virginum chloroſi laborantium, vide uteri affectus. In gravidis vix medicæ conſiderationis ob ſubjecti ineptitudinem & quod ſponte evaneſcat, grandiori fœtu reddito. Si in viris contingit, quod rarò evenire ſolet, obſtructiones hepatis & lienis erunt accuſandæ, quarum curationes ſuis locis videndæ. Si ſpeciatim à ventriculo oriatur, de quo ſuo loco dictum.

PLICA à plicando dicta, orta in Poloniâ: ubi anno 1599. primò graſſari cœpit. *Vid. Thuan. Hiſt.* 125. *& Comp. m. Theor.* ibique notatu digna.

POLLUTIO *nocturna.* Gonorrhœa *V. Comp. m. Theor.*

POLYPUS eſt tumor præter naturam in naribus ortus, cum carunculâ protuberante polypi carni ſimili.

Cauſa

Cauſa. *Polypus* & *Sarcoma* cauſam ſui ortus interiorem habent. *Fiunt* ex humoribus craſſis & viſcoſis è cerebro ad nares influentibus: vel ex ipſarum narium nutrimento à virtute naturali in carnem mutato, vel ex recentibus neglectis ejuſmodi carunculam producentibus.

Differentia. *Sarcoma* differt à *polypo*, quod ſit præternaturale carnis in naribus incrementum, quæ caro, ſi eò excreverit, ut à nare foras propendeat, aut in fauces relabatur, *polypus* dicitur.

Progn. Qui fit in naribus durus, niger & non tractabilis: aut mollis putridus & fœtidus, ægrè ſanatur. Qui propendet in longitudinem, radicem habens gracilem, nec nimis profundam: inciſione facilè & feliciter curatur.

Curatio fit victu tenui, attenuante, venæ ſectione, ſi adſit plethora: humorum præparatione atque purgatione, quemadmodum monuimus de œdemate, ſcirrho & cancro: humorem alias in partes avertendo: caput roborando. In topicis quotidie oleo calenti inungatur: deinde incidatur, ſi formatus, convenienti ferro: vel cauterio abſumatur. Si in ulcus cancroſum degeneravit, nec ferrum admovendum, nec curatio tentanda, niſi ficta & fucata. In hoc caſu ſequens præſtantiſſ. ℞. Ung. de plumbo & ſucci ſolani, ana unc. j. aq. roſac. unc. ß.

diutiſſimè agitentur in mortario plumbeo, & linatur affectus: temperat humoris acrimoniam ac corroſionem maximè prohibet & ſiccat.

PROCIDENTIA eſt viſceris è ſede dimotio. Ejus ſpecies ſunt *Hernia & Procidentia* ani & uteri. *Hernia* Græc. *κήλη* à *κλάω*, qs. *rupturam* dicas, ut Italis *rottura*, nobis *Breuck*, *Schcurſel*. Latinis *ramex*, teſte *C. Celſ.* lib. 7. Vid. Hernia, ſupra *hiſce & Comp. m. Theor.*

PROCIDENTIA *ani S. Progn.* Frequens malum pueris eſt. Si ob conatum ſolum vehementem podex prolabatur, interdum ſponte in locum ſuum redit, vel manus opera facile reducitur. Si cum fluxu ventris & dyſenteriæ ac teneſmo vix curatur, niſi causâ ſublatâ. Si ab imbecillitate aut reſolutione muſculorum, & quotieſcunque alvus excernitur, procedit, vix curatur. Omnium periculoſiſſima & curatu difficillima, quæ oboritur ob avulſionem inteſtini recti à membranis, quibus retinetur.

Curatio. Vid. Amat. Luſit, Cent 1. *cur.* 39. *& G. Fabr. cent.* 3. *obſerv.* 76.

PROCIDENTIA vel *Prolapſus uteri fit* ab eadem cauſa. Vid. *Aët. tetrab.* 4. *Serm.* 4. *cap.* 77. *& Hipp. l.* 2. *de morb, mul.* Si verſus inguina deſcendat *uterus*, nec extra abdomen prolabatur, *Deſcenſus*; ſi in

alte-

alterum latus volvatur, *Inclinatio uteri* dicitur. *S. Progn.* Facile curatur, niſi ſit major & diutius duraverit. Malum raró per ſe lethale, valde tamen moleſtum ac turpe. Periculoſum & lethale eſſe poteſt, ſi dolor, convulſio, febris & alia ſymptomata gravia accedant, imprimis puerperis. Quæ *fit* à ruptione vel eroſione ligamentorum ejus, difficilior curatu, quam quæ à laxatione eorundem. Quando *prolapſus* ab ambiente aëris alteratione aut violenta repulſione corrumpitur & gangrænâ corripitur, præſcindendus eſt ad majus evitandum periculum, quod ſuperſtite ægrâ fieri poteſt.

PRIAPISMUS *Satyriaſis* de horum affectuum etymo & eſſentiâ *Vid. Còmp. in Theor.*

Cauſa utriuſque flatulentus eſt ſpiritus, ex craſſis humoribus excitatus, qui nervum fiſtuloſum penis erectorem implet ac diſtendit. F*it* etiam ab arteriis calefactis atque oſculis patentibus, Id autem accidere ſolet acrium alimentorum uſu, ſanguinis & ſeminis abundantiâ, lumborum calore, ſupino decubitu & veneris imaginat. vid. *Aëtium cap.* 32. *lib.* 11.

S. Diagn. Ex ægrorum relatione cognoſcuntur. Ubi craſſus flatus adeſt, palpitatio quædam in *pene* percipitur. Si à dilatatione arteriarum, vel ſeminis copioſi & calidi, adſunt indicia, vel calidiorum renum, vel ve-

nus

nus nimia præceſſit.

Progn. Salacitas non ſolum totum corpus enervat & debilitat; ſed etiam, *teſte Senecâ de brevitat. vit. In venerem & libidinem projectorum inhoneſta labes eſt, & nulli turpius occupati ſunt, quam qui nulli rei niſi vino & libidini vacant.* Hi duo affectus ſæpe dolorem inferunt; qualem patiuntur, qui *tetano* corripiuntur, aut aliis membris convelluntur. Unde perſeverans aut apoſtema, aut ſpaſmum, aut mortem ſupervenientem indicat. Quidam convulſi celeriter intereunt, ac morituris venter inflatur, & frigid. ſudorem emittunt.

Curatur ſectâ primum medianâ ſiniſtrâ, deinde ſaphænâ, injectis malacticis & refrigerant. enematis, blandis catharticis, ut caſſia cum ſemine agni caſti. abſtinendum à vehementioribus & diureticis, ne ad partem affectam humorum fiat attractio. cæterum ut furor uterinus, imprimis refrigerantibus & caloris acrimon. temperantibus, lactucâ, portulaca, acetosâ, nenuphare & papav. applicantur lumbis ol. ung. refrig. epithem. ex aq. refriger. cum pulv. ſantal. & camph. vel decocto rutæ & viticis in aceto, rad. nymphææ. exercitio, labore.

PROCREANDI *neceſſitas.* Communis animantium omnium eſt conjunctionis appetitus procreandi cauſſa, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt. Nam primum

primum alia mares, alia fœminæ ſunt: Deinde partes corporis & ad procreandum & concipiendum aptiſſimæ & in mare & in fœmina commiſcendorum corporum mira libido. *Cic. 1. offic. & 2. de nat. Deor.* hinc *Lucr. l. 2.*

Ipſaque deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris blanditum ſecla propagent,
Ne genus occidat humanum.

Vid. Compend. m. Theor.

Pſora. Eſt ſcabies ſummæ cutis cum aſperitate & magno pruritu Vid. Scabies.

PTILLOSIS & *Madaroſis*: In hâc ſimplex tantum in palpebris defluvium eſt: in illâ ſimul adeſt craſſities, calloſitas & rubor palpebrarum. Familiare iis, qui morb. Gall patiuntur, aut paſſi ſunt. *Curatio* peragitur poſt tot. corp. evacuationem, admovendo parti affectæ humectantia & emollientia: poſtea applicando ea, quæ ad pilorum defluvium ſupra propoſita.

PTYALISMUS vox Græca, Latinis *crebra ſputatio*, vel *ſalivatio* appellatur; Eſtque crebra & involuntaria ſine tuſſi & ſcreatu exſpuitio à nimiâ ſalivæ copiâ proveniens.

Cauſa Interdum infantibus ob humor. vitioſ. in utero cumulatos familiaris eſt; de quo

quo *Holler. comm. ad aph. 24. ſect. 3. Noſtris* inquit, *infantibus raro accidunt aphthæ, quia Gallicanarum matrum & nutricum frigidius eſt lac & humidius : ſed aphtharum loco puſtulas, habent & ulcera ſerpentia per totam faciem, per caput, poſt aures, & multam præterea ſalivationem.*

S. Progn. Malum, prout morbus, à quo ſaliva ortum ducit, ſe habet, nunc gravius, nunc levius eſt, & facilius aut difficilius curatur. Interdum à magnis morbis præſervat, imo magnos morbos tollit, & acutâ febre laborantes, tandem ptyaliſmo & copioſâ ſalivæ rejectione ſanatos fuiſſe, obſervatum eſt, & ejus rei reperitur hiſtoria ap. *Foreſt. l. 14. obſerv. 23.* Sic etiam à pertinaciori nulliſque remediis cedente capitis dolore, nonnullos ptyaliſmo cum mercurio provocato feliciter liberatos vidi Lutet. Pariſiorum.

Curatur, ſi tollatur cauſa, ut catarrhus, ſiccantibus, vacuantibus. Hiſce expeditis & præmiſſis pro varietate cauſſarum, ad tonſillas roborantia & exſiccantia, decocta & fol. myrti, plantag. roſ. rubr. ſalv. nuc. cupreſſ. balauſt. acacia, hypocyſt. maſtich. lign. aloës, alum. in ore tantum detinenda, nequaquam gargariſando, ne plus pituitæ ad os attrahatur. Spongiæ particula in ore detenta expedire poteſt : ſi critica ſit evacuatio, fluxus ille minimè impediendus. Si ab hydrar-

hydrargyri inunctione, ei ſuccurrendum, uti in lue Ven. dicetur. Exempl. talis ptyaliſmi curati V. ap. *Foreſt. l.* 14. *obſ.* 23.

Pudendagra. Idem quod Lues Venerea.

PULMONUM *vomica.* Vomica pulmonum.

PUPILLÆ *diminutio* vel *conſtrictio* Græc. μείωσις & *Galen. l.* 10. *de uſ. part. c.* 5. *Phthiſis pupillæ*, eſt anguſtia præter naturam foraminis uveæ, quâ viſio læditur. Vide Oculi vitia & *Ant. Menjotium in diſſertat. ſuis patholog.*

PUSTULA: *Furunculus.*

Curatur ſuppurantibus, poſt ſarcoticis: repellentibus minimè utendum, quia humor peccans craſſius. Convenit emplaſtr. diachylon adipe anſerino malaxat. vel macedonicum ex *Aëtio.* Quod egregios præſtat effectus; dolorem lenit, diſcutit, ac pus conficit. Ita autem componitur: ℞. pic. naval. unc. j. adip. ſuill. expurg. unc. v. adip. taurin. & œſypi. ana unc. ij. reſin. pini unc. v. liquefiant & addantur ceræ unc. iij. Si dolor urgeat, aut materia ſuppurationi ſit rebellis, utendum cataplaſmate confecto ex rad. lil. unc. iv. fol. malv. & viol. ana M. j. coctis & ſubactis: quibus addes farinæ triticeæ & hord. ana unc. j. pingued. ſuillæ unc. iv. butyr. recent. unc. ij. vitell. ovor. n. ij. Apertâ vomicâ deterſorium conficies ex

ſarcocol. ʒ iij. cort. thuris. ʒ j. cum mell. roſ. col. vel ex tereb. mell. roſ. ſucco apii, cum hord. farina & ovi vitello.

Rachitis. Eſt morbus Anglis familiaris in quo ſpina incurvatur, extrema artuum oſſa craſſeſcunt, venter intumeſcit &c. De eo vide tractatus à Gliſſonio, & Mayovv conſcriptos.

RAUCITAS ſive *Raucedo* Latinis & *Celſo*: 4. 2. Fit quando arteriæ tunica humectutione relaxatur, & relaxata corrugatur.

Cauſæ externæ ſunt 1, Pulvis, fumus, oratio prolixior, vociferatio, inferentes pulmonum canaliculis aſperitatem phlegmonoſam. 2. Inſpiratus aër crudior atque algidior. 3. Oleum oleoſaque omnia frictione aut vetuſtate rancida. 4. Ingluvies omnis. 5. Eſculenta inſuper acriora & acria.

Progn. Hippocr. Aphor. 27. *lib.* 3. *& Aph.* 49. *lib.* 2. In febribus chronicis minus periculoſa eſt; in acutis verò & æſtuoſis convulſionem, hypochondrii intus revulſionem, mortemque intentat. *Raucitas cum tuſſi & alvo liquidâ pus educit. Hipp.* in *Coacis*, hoc eſt, tabem affert. Factis porro jam phthiſicis atque empyicis vocis aſperitas exitium prænunciat, quia puris acredinem & copiam teſtatur, alioquin raucedo importuna quidem eſt, ſed ex ſe parum nocua, imprimis ſi ab exteris cauſis oriatur. Vid.

Ant.

Ant. Menjotium, in diſſert. ſuis Pathol.

Curatio. Si à diſtillatione in fauces, purgandum caſſiâ cum Rheo: atqui ſi fluxio calida videatur, V. S. conveniet. *Notand. cum Valeſio in Commentar.* Si raucedo à deſtillatione, V. ſecetur eo tempore, quo catarrhus commovetur, auctâ deſtillatione amiſſurum facilè vocem. Conſulendum capiti ut parti mittenti. Gargariſmo utendum repellente ex ſyr. & aq. adſtringentibus. Vel ℞. diacodii unc. ij. capiat horâ ſomni duo cochlearia ad ſiſtend. catarrhum. Vel ℞. Gum. Arabici, tragacanth. raſæ, amygd. d. penidior. ſem. cucurbitæ, cucum. & portul. ana ℨ iij. croci ℈ j. fiant s. a. trochiſci ſublinguales. Seq. vocem claram effi it: ℞. croci, myrrh. & thur. ana ℨ j. coquantur cum paſſo, ſive muſto decocto ad conſiſtentiam mellis, ſumat mane & ſerò, inſtar caſtaneæ, Si ab arteriâ exaſperatâ, ut vulgò, ſyr. & eclegmatis lenientibus lævigetur; ut ſyr. violat. jujub. de glycirrh. de tuſſil. tabellis diatragacanth. pill. alb. bechicæ: Si à nervis vocalibus reſolutis, obſtruct. perfrigeratis, non tantum collum linatur ol. de caſtor. coſti, cinnamomi, ung. nervali, ſed etiam quartæ vertebræ, unde exoriuntur, ejuſmodi topica applicentur. Si vitium ſit in pulmone, tractentur ut *phthiſici & aſthmatici*.

Reduvia. Vid. Paronychia.

Reduvia. Vid. Paronychia.

RHEUMATISMUS *ſpecialiter* pro catarrho aliquando ſumitur, ſive humoris è capite decubitu: quandoque *generatim* pro materiæ undecunque ad quamvis partem appulſu. Vulgari uſu ejus nomine intelliguntur dolores erratici externum corporis habitum occupantes.

Cauſa 1. Bilioſa vel ſeroſa colluvies ex alto corporis in tertiam ejus regionem ablegata; cujus ἐρεθιζόμενον cum ſingulæ partes ægrè tolerant, eam illicò à ſe amandant, unde humor horſum vorſum variè impellitur, nec ullibi locorum deſidet, ita ut non pauciora ſint ſupplicia, quam membra. Ille humor non ſolum qualitate acerrimus eſt; ſed etiam ſubſtantiâ tenuiſſimus & temperamento vel corruptione calidiſſimus. 2. Pungentes vapores flatuſque diſtendentes, hinc mobiles & circumvagi illi dolores.

Materia duplex: 1. Bilis flava eaque ſubtiliſſima, ardens atque mordax. 2. Serum quod non eſt pura puta aqua, ſed phlegma ſale impraegnatum. Generatur in hepate & liene, ſi præcalidâ æſtuent intemperie. *Ant. Menjotius in diſſertat. ſuis pathologicis.*

Differt ab humorum orgaſmo ab *Hippoc.* celebrato: quod hic acutiſſimarum ac malignarum febrium comes ſit & rapidiore celeritate ſuum conficiat curſum. Orgaſmus furit quidem per initia febrium: ſed iiſdem jam

jam provectis conquieſcit: ſecus in *Rheumat.* In orgaſmo impacati humores ac procelloſi penetralia corporis potius, quam ejus atria perambulant, ideoque juxta *Hipp.* præceptum *Aphor.* 50. *lib.* 4 meteriæ inclinatio præcipitem ante pepaſmum purgationem extorquet, ne impetuosè ruat in partem aliquam internam & principem: ſecus in *Rheumatiſmo.*

Signa per ſe innoteſcunt: dolores pro materiæ qualitate modò mitiores modò acutiores, ſæpè ſæpius ſublimes, raro profundi: crebri quandoque ac leviuſculi horrores adſunt, ſed ἀπυρεκτοῦς febris, ſi quæ adeſt, tepida eſt, à ſimplici efferveſcentia ſeroſæ plenitudinis, noctu plerumque recrudeſcens.

S. Progn. Rheumatici dolores ut ſede & nocturnâ exacerbatione, ita etiam contumaciâ luis venereæ cruciamenta æmulantur. Lubricus eſt *Rheumatiſmi* in Arthritin tranſitus, imprimis ſi æger peccet in vitæ genere, & articulari tormento alias obnoxius vixerit, nam communis utriuſque morbi materia, hinc univerſalis arthritis nonnullis dicitur. Cutaneæ turpitudines, ſcabies, phlyctænæ hunc morbum ſæpè ſequuntur. Utiliter urinis ſed commodius ſudoribus ſolvitur.

Curatio. V. S. in hoc affectu remedium eſt ἡγεμονικὸν: ſublatâ phlegmaſiâ inſtituenda purgatio: vid. *Galen. com.* 2. *in* 6.

Epid. Partium mittentium & materiæ fluentis ratio habenda, Mandantium intemperies corrigatur. Excipientes partes roborentur. Materia contemperetur: ejuſdem fluxus revellatur, exhauriatur, coërceatur: malè enim retrahes, ſi non detrahas in jugi *Rheumatiſmo* iteratâ V. S. Venæ reſerentur, ut crebra illa flabellatione ſanguis exæſtuans temperetur, & impurus fiat ſincerior: tantum enim malum niſi magnâ ſanguinis jacturâ & virium ruinâ domari non poteſt. Cucurbitulæ cum ſcarificatione humeris aut lumbis affigantur, ad cauſæ conjunctæ extirpationem. Hirudines pariter ani margini admotæ auxiliantur melancholicis & quibus ſuppreſſa eſt ſolemnis vacuatio: maximè etiam juvant dropaces & ſinapiſmi, quibus educitur ſeroſa multa colluvies: celebratâ unâ alterave V. S. cum humor efferus huc illuc feratur in perniciem & crudus ſit, ſurſumque purgandi indicationes adſint, vireſque ægri ferant, emeticum propinandum, ut potenter revellatur materia, & revellendo exhauriatur; *authoritate divini Senis* 5. *Epidem.* dum inquit: *materia dum eſt adhuc cruda & tenuis per ſuperiora eſt educenda*: moras nectere hoc in caſu periculoſum admodum, cum celerius opinione ſtatim diſſeminetur hoc malum, neque facile, cum inveteraverit, ſuperetur ideo prudenti & maturo conſilio celeriter vindican-

dicandum & feſtinanter agendum, cum hoc in caſu, ut & in aliis multis, *potior medicina ſit, quæ maturius liberet.* His rationibus inducti multi egregii practici ad ſtibii uſum confugiunt: quod cum validiſſimum medicamentum eſſe fateantur, non niſi à prudenti Medico præſcribendum, alioquin conturbans, ut mochlica omnia & diſſolvendo purgantia, iter ruinâ quærere ſolent: ſi verò ſub *Hippocratis* cautionibus exhibeatur, innoxie & maximo cum ægrorum bono præſcribi experientiâ edocentur. In nimio tamen æſtu, ſatius eſt abſtinere, ſecurius autem tum eſt humoris vim lenire: non exagitare emeticis, & *tutiſſima propinare remedia, non extrema ſollicitare.* Concitato humore tandem deſæviente & æſtu deferveſcente, blandis catharticis pro ſeri conditione & ægri idioſyncraſiâ erit repurgandus, ad inutilem evocandam materiam: mannâ itaque calabrinâ, ſyr. diarrhodin. è flor. perſicæ arboris educenda ſeroſa colluvies: devictâ jam materiâ, declinante morbo ſyrup. de rhamno cathart. rad. jalap. gutta gummi, & ſimilibus eliminandum. Convenient etiam cornacinus pulvis, ut decet, præparatus & exhibitus lapis medicamentoſus *Crollii* liquefactus in aq. pluviali, eaque tepidâ cum ſpongiâ partes affectæ foveantur. Imponantur quoque idonea partibus afflictis malagmata ex reprimentibus, paregoricis,

diſcutientibus, iiſque per ſe aut mixtis pro morbi tempore, humoris qualitate, partis uſu, actione, præſtantia, ſitu; ac denique prout morbus incipiat, augeatur, conſiſtat, inclinet.

RUBEOLÆ. V. Morbilli.

RUCTATIO, *Ructus* eſt motus depravatus ventriculi, quo vapores & fumi à cibo non rectè cocto, per os confertim expelluntur. Soli homini accidit, non brutis, docente *Ariſtot. l. 10. problem. c. 43.* quia hæc in cibo & potu ſumendo ſunt temperantiora. *V. Comp. m. Theoret.*

Differ. Aliquando ructus inſipidus, aliquando acidus, vel nidoroſus vel fœtidus, vel cibi aſſumpti qualitatem referens.

Cauſæ 1. Ventriculi intemperies. 2. vitioſi humor. in ventriculo aliiſque partibus cumulati. 3. cibi corruptioni facile obnoxii, & cruditati vel acidæ vel nidoroſæ materiam ſuppeditantes. 4. Ingluvies, voracitas. 5. balnea, exercitium nimium & intempeſtivum, Venus immodica.

S. Progn. Multæ & frequentes malæ, quia coctionem turbant. Acidæ ſi diu perſeverent, hydropem vel lienteriam minantur. Aſthmati ſupervenire, bonum. Qui ſupra modum *ructant* ante cibum, iis diſpoſitio ad colicam; qui vero poſt cibum, ad hydropem imprimis tympanitidem. Acidum *ructantes* non facile pleuritici fiunt. *Hippo-*

crat.

Hippocr. 33. & 1. *Sect.* 6.

Curatio. Moderati non cohibendi, immoderati frequentes & moleſti *curatur* cauſis, à quibus pendent, ſublatis. *Vid. Intemperiem Ventriculi.* Humores vitioſi evacuandi; flatus diſcutiendi; Cruditati ſubvenitur parcâ diætâ & cibis boni ſucci. Cibi corrupti vel vomitu vel aliâ viâ evacuandi. Si lien vel aliud membrum vicinum flatus ſuppeditat, ei ſuccurrendum.

RUCTUOSUS *morbus* deſcribitur ab *Hipp. lib.* 2. *de morb.* Vid. Affectio hypochondriaca.

SAHAFATI: vel *Sahafatum*, *Avicen.* & *Plin.* ſunt manantia capitis ulcera, Græc. ἀχῶρες & κήρια.

SALACITAS eſt nimia in Venerem propenſio, & eo uſque ſæpe intenſa & vehemens, ut in furorem quaſi abeat. V. Furor uterinus Priapiſmus.

SANGUIS eſt animalibus ſanguineis ultimum alimentum, quamobrem, quoties cibus non ingeritur, ſanguis deficit; & è contrario; & ſi alimenta bona aſſumuntur, ſanguis integer eſt; ſi prava vitioſus; quale nutrimentum, tale nutritum. *Vid. pl. Aph. Ariſtot. l.* 2. *de part. anim. c.* 1. & Compend. *m. Theoret.*

SANGUINIS *miſſio.* Venæ ſectio.

SCABIES Græc. ψώρα, eſt duritiquiſicutis rubicunda, ex quâ puſtulæ oriun-

quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit in quibuſdam ſanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens, ſerpitque in quibuſdam citò: atque in aliis quidem ex toto deſinit, in aliis vero certo anni tempore revertitur. *Celſ. l* 5. *c.* 28. *V. Comp. m. Theoret.*

Cauſa. 1. Salſus & acris humor. 2. Victus incontinentia & pravitas, hincque pueri & pauperes frequentius infeſtantur. 3. Contagium, præſertim in *ſcabie* humidâ. 4. Natura, quæ nonnunquam poſt criſin, morb. acutos, humor. pravos ad cutim propellit.

Differ. Alia eſt ſicca ex humore atro & melancholico orta, ulcera & veſtigia ulcerum livida & nigra habens. Alia humida, in quâ abundat pituita ſalſa.

S. Progn. In juvenili ætate ſæpe ab aliis morbis præſervat, vel eos ſanat. non ſemper tuta; diuturnior in lepram migrare poteſt. In ſenibus contumax & curatu difficilis. Sicca difficilior curatu, quam humida. Quæ ex interno humorum vel viſcerum vitio oritur, & plerumque criticè erumpit, minime impedienda, nec intus repellenda. Idem de *achoribus infantum* etiam intelligendum. De iis notatu digna, quæ *Hippoc. lib. de morb. ſacr.* ſcribit: *Quibus*, inquit, *erumpunt ulcera in caput, & in aures, & in reliquum corpus, & qui ſalivoſi ſunt & mucoſi,*

coſi, hi ipſi proceſſu ætatis facillimè degunt. Huc enim abit & purgatur pituita, quam in utero purgari oportebat, & qui ſic purgati ſunt, *Comitiali morbo non prehenduntur.* Hinc ſedulò abſtinendum hoc in caſu ab adſtringent. & repell. medicamentis in *achoribus* & *ſcabie* ſanandis, ne infantes recurrente ad interna vitioſo humore in febr. epilepſ. convulſ. imo ſæpe in præmaturam mortem præcipitentur.

Curatio. Proba victus ratio obſervetur, abſtinendo à ſalſis, acribus, amaris, oleaginoſis. Cibi ſint potius elixi, quam frixi vel aſſati. Humor. acrimonia temperanda, præcipuè hepatis intemperies corrigenda, humoreſque ſalſi & acres evacuandi; ſi plethora humorumque caliditas adſint, V. S. ex re ægri erit in cubito adminiſtranda. Conducunt etiam præparantia ex cich. agrim. lupul. capil. Ven. Purgantia ex agarico, rhab. fol. ſen. *Petr. Borellus cent. 2. obſ. 2.* ſequens unguentum extollit: ℞. ol. glandis unguentariæ ℥ iij. ſpiritus ſalis ʒ ß. moſci vel zybethæ gr. ij. ceræ q. ſ. f. ung. Pro pauperibus & militibus commendat ſolam ſaponis nigri lotionem; ſed citò abluendus, ne cutem excoriet. Decoctio malvarum cum alumine multum præſtat, ſi eâ decoct. ter corpus calidè abluatur.

SCIRRHUS.

Diff. Eſt vel exquiſitus, vel non exquiſi-

tus; ille aliis tumoribus malè curatis ſuccedit; hic ex variis humoribus ſimul permixtis intumeſcit & obdureſcit.

Progn. Si magnus & durus corporis colorem retineat, difficillimè curatur. De *ſcirrhi*, cui pili accreverint, curatione deſperandum. *Scirrhus* in cancrum degenerans, malum.

Curatio. Vena ſecanda, maximè ſi totus corporis habitus fuerit melancholicus. Humor melanch. cum craſſus & terreſtris ſit, præparandus ad expulſionem humectantibus, moderatè calidis & nonnihil attenuantibus & incidentibus. Ad expurgat. conferunt thymus, epithymus, ſenna orientalis, polyp. querc. lapis lazuli, cathol. diaſenna, triphera Perſica, confect. hamech. Topica ſint mollientia, diſcutientia, & incidentia. A nimis mollientibus abſtinendum, ne tumor abeat in ulcus cancroſum. Immoderatè etiam diſcutientia nocent, quia craſſiore tantum humoris ſubſtantiâ remanente & tenui diſcuſsâ, tumorem efficiunt incurabilem. Utatur victu tenui & quodammodo attenuante, humido & paululum calido. *Alimentis* euchymis & ſanguinem laudabilem gignentibus: ex oleribus braſſicam, legumina præſertim lentes fugito: ut & ſalſa, acria, ut piper, ſinapi, allia, cæpas & acida aut ſanguinem urentia. Iram, mœſtitiam, vehementem ſollicitudinem, exercitatio-

nem

nem immodicam & vigilias vitato; alvus quotidie liberè fluat.

SCIRRHUS *exquiſitus* fit, quando quicquid eſt tenue, reſolvitur; quod vero remanet, per congelationem induratur. *Curatur* iiſdem catharticis & vict. ratione, quæ ſupra præſcripta. Topica vero maxime molliant & incidant, ſed moderatè diſcutiant ac reſolvant. ſeq. empl. miræ efficaciæ: ℞. *ſtercor. aſinin.* ℔ ß. *gumm. Ammoni. in acet. diſſol.* ℥ iv. *ladan. puri, maſtich. ana* ℥ iij. *axung. anat. & gallin. ana* ℥ ij. *ol. de maſtich. & ceirini ana* ℥ ij ß. *ceræ q. ſ. F. emplaſtrum.*

SCIRRHUS *hepatis.*

Curatio. Victus ratio ſit attenuans, molliens & incidens: proſunt ficus, paſſulæ, & eorum decoctum, cappares quoque juvant & hordeatum.

SCIRRHUS *Lienis. Lien* cum craſſiorem ſang. conficiat & eo nutriatur, tumore duro corripitur, & qui eo laborant *ſplenetici* & *lienoſi* nominantur.

S. Progn. Ex hujuſmodi obſtructionibus & *ſcirrhis* naſcuntur cachexiæ icteritiæ, hydropes & atrophiæ. Omnis *ſcirrhus* confirmatus in quocunque viſcere, incurabilis; nondum inveteratus curatu difficilis. *Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperveniens, bonum. Hipp. aphor.* 48. & 43. *ſect.* 6. *Melancholicum morbum incipientem hæmorrhois* ple-

plerumque prohibet, & jam effectum removet, induratum etiam lienem ſanat. Galen. 6. *Epid. com.* 6. *aph.* 8. In inveterato, ſi hepar non trahatur in conſenſum, æger diutius ſupereſſe poteſt. Sic *For.* meminit matronæ, quæ per 30. annos *ſcirrho Lienis* laboraverat, & ſolitas functiones obire non impedita fuerat.

Curatio. Toto morbi decurſu *victus* ſit attenuans, in quo frequens capparum uſus, ſummitatum aſparagi & lupul. probatur, Eadem ſit curandi methodus cum ſuperiori. Hoc obſervato quod *lien* valentiora, quam *hepar*, medicamenta ſuſtineat & expoſcat.

Sclerophthalmia. Eſt lippitudo dura, in qua oculus ad motum pigrior, dolens, & rubicundus redditur, ut & ipſæ papillæ [illegible] oculorum vitia.

SCORBUTUS.

Progn. Inveteratus multa curatione indiget, & vix unquam radicitus tollitur. Reſpiratio difficilis & pect. anguſt. periculoſum admodum. Crurum maculæ, quo magis ad lividum & atrum colorem vergunt, eo pejores. Hæreditarius & qui à pueris quaſi adolevit, vix ac ne vix quidem exſtirpatur. Quibus tormina ventris & circa umbilicum contorſiones continuæ, rarò evadunt. In magnis lienibus ſanguinis è dextrâ nare fluens, malum. Febres cum

ſcorbuto

ſcorbuto non curantur integrè, ſi hujus curatio negligatur, aut illius ſc. febris indicationes ſolum attendantur, maximâ cum ægri læſiont; hinc febres hodiernæ ſæpe tam diuturnæ eſſe ſolent, quia latens ſub iis *ſcorbutus* non ſemper attenditur & cognoſcitur; taleſque febres diuturniores vires ſæpe dejiciunt, ægrumque interficiunt, aut ad minimum in alium graviorem morbum præcipitant.

SCROFULA à porcis deſumptâ appellatione, qui frequentius hoc malo corripiuntur: dicitur & *Struma*.

Progn. Pueri propter gulæ intemperantiam, humorum exuperantiam, corporiſque mollitiem & raritatem præ cæteris & quidem *ſcrofulas* pituitoſas incurrunt. Molles & recentes ſtrumæ facilioris ſunt reſolutionis: at duræ & antiquæ difficilioris. Oſſibus adhærentes fere incurabiles; ut etiam illæ, quæ in cancrum vergunt; quo mobiliores, eo curatu faciliores, licet ſemper difficillimæ.

Curatio. Si reſolvi nolit, ſuppurandum. Juvant diachylon magnum & commune cum pulvere ireos. Emplaſtrum *Guidonis* de limacibus in vino aut lixivio coctis; farina lupinorum amarorum in oxymelite confecta & illita. Stercus quoque bubulum in aceto coctum & appoſitum. Ulcus poſtmodum tergebitur mundificativo de a

aut ung. apoſtolorum, ægyptiaco, pulvere mercurii, diachylo: deinde carnem gignentibus & cicatricem inducentibus utendum, oleum bufonum cum ejuſdem ſale mixtum mira præſtat. Ejus præparationem & utendi modum vide *apud P. Borellum obſerv. 38. cent. 4.* Galliæ Reges contactu eas curant, ut experientia docet. *Vid. Laz. Riverium obſ. 76. cent. 1. & obſ. comm. 9. nec non P. Poterium obſerv. 28. cent. 2.* ubi etiam reperies unguentum magnæ efficaciæ.

SIDERATIO, *Sphacelus.* V. Gangræna *hiſce & Comp. m. Theoret.*

SINGULTUS convulſivus eſt ventriculi motus, quo quæ in proprium corpus impacta ſunt, excutere conatur.

Differ. Eſt vel *idiopathicus*, ab inanitione, repletione, aut irritatione; vel *ſympathicus*, ad hepatis inflammatione, inteſtini prolapſi in ſcrotum, aliarum partium affectibus.

S. Progn. Idiopathicus ab inanitione lethalis, ut etiam plerumque omnis *ſympathicus* ſingultus. Sternutatio ſuperveniens *ſingultum* ſolvit. *Hippocrat. aph. 73. ſect. 6.* de leviori loquitur. Vid. *Aphoriſm.* 3. 10. 17. 41. *ſect. 7. & aph. 58. ſect. 5.* Aphoniæ, ſeu vocis interceptiones cum ſingultu peſſimæ. *Hippocr. prorrh. ſect. 1. t. 23.* In omni febre periculoſus eſt, niſi ob criſin inſtantem fiat,

&

& ſigna coctionis appareant, tum enim indicat criſin vomitu futuram. *Singultus* in ſomno profundo, aut animi deliquio, aut tetano obortus mortem inſtare indicat, eoque in caſu præclara remedia & ars non proſtituenda. *Aëtius tetrab.*3. *Serm.*1.c.5.

Curatio. A quâcunque causâ oriatur ſingultus, ſequentia proderunt. Humoris peccantis evacuatio per vomitum, qui reiterandus, ſi præcedens imminuit affectum: ſi vomitoriis non eſt locus, expurgetur per inferiora, præparato ante evacuationem humore peccante, incidentibus & abſtergentibus: dein cucurbitula admoveatur dorſo in regione ventriculi, vel etiam parti anteriori ejuſdem, qui itidem per faſciam conſtringatur, quo minus dilatari queat. Extremorum ligaturæ adhibeantur. Clyſter. freq. ad revellend. humores noxios à ventriculo. Animalia juniora ventriculo admota. Acetum ſcilliticum ex cochleari exhibitum. ſem. aniſi aſſumptum peculiari virtute ſingultum ſedare dicitur. Sternutatio maximè conveniet, cum materiam tunicis ventriculi impactam excutiat. *Claudinus* commendat diaphœnicum cum Philonio Romano, cum cauſa & ſymptoma valdè urgent.

Siagonagra eſt arthritidis peculiaris ſpecies maxillæ articulum infeſtans. Vid. Arthritis.

Sideratio, Vid. Gangræna.

SITIS

SITIS *in genere* eſt concupiſcentia repletionis potus, vacuus enim exhauſtuſque contraria eorum, quæ patitur, appetit. *Plato, Philebo.* Ut fames eſt cupiditas calidi & ſicci; ita *ſitis* frigidi & humidi. *Sitim* producunt omnia calida, ſalſa, acria & guttur gulamve exſiccantia, nec non exercitia violenta, vociferatio. &c. V. pl. in *Comp. m. Theor.*

SITIS *deficiens*, extra delirium facultateque ſitiendi ſalvâ, oritur ex humiditate & frigiditate ventriculi, vel totius; & conſuetudine itidem nonnunquam; hinc poculis aſſueti continuò ſitiunt, è contra alii rarò; quidam per diem unum alterumque non ſitiunt, ut ille Marchio cujus *Plater.* in *obſerv.* meminit, Regis *Chriſtianiſſ.* Legatus in Italiam miſſus, nihil penitus bibere, idque à teneris ſibi aſſueviſſe ipſe faſſus, & ita ſe habere compertum eſt. Fit etiam ex delirio. V. *Hipp.* 3. *Epid. Comm.* 3. *aph.* 44.

S. Progn. Infauſtus morbi exitus timendus, ubi vel deficit *ſitis*, quando maximè adeſſe debebat; vel intenſa, quæ aderat, evaneſcit præter rationem, ut in febri, præſertim ardente. *Galen.* 3. *Epidem. Comm.* 3. *aph.* 14.

Curationem per ſe ferè non deſiderat, modo cibi appetitus conſtet, qui in nutriendo animali primatum obtinet; ſi oriatur ab humidâ & frig. intemperie, humorumque in

cor-

corpore abundantiâ, eodem *curetur* modo, quo appetitus à ſimili cauſsâ dejectus. Si à delirio, omnimodo perſuadeatur, ut bibat, ne parcius bibendo, alvi obſtructio oboriatur, ciborumque diſtributio impediatur.

SITIS *immoderata fit* vel vitio univerſi corporis: vel culpâ partis cujuſdam privatæ; vel proprio malo ventriculi.

S. Progn. Affectus hic non contemnendus, obeſt enim corporis nutritioni, vireſque valde dejicit; *ſitientes* inſuper dum ſæpe appetitui indulgendo nimiam potus copiam aſſumunt, ſæpe in cachexiam alioſque graviſſimos morbos incidunt, imo nonnunquam mortem ſibi accelerant. *Sitis* indicat completam purgationem: nam qui epoto pharmacō non ſitiunt, ipſorum purgationi finis non datur priuſquam ſitierint. *Aphor.* 19. *lib.* 4. ob inductam nempè ab evacuatione ſiccitatem. Lac ſiticuloſis noxium, *ex Hipp. Aphor.* 64. *lib.* 5. quòd ratione pinguedinis ac dulcedinis in corporibus calidioribus commutetur in bilem, quâ ſitis perennat. Quibus noctu eſt bibendi cupiditas, iis valdè ſitientibus obdormiſcere, bonum. *Aphor.* 27. *lib.* 5. Nam per ſomnum retracto ſanguine viſcera humectantur, cauſaque ſitifera concoquitur & ſubdeſcendit: ſecus enim ſitim magnæ evacuationis conſectariam ſomnus exacuit, quia

quia corpus exhauſtum calore per ſomnum concentrato, magis magiſque exinanitur. Siti quoque à præcordiorum inflammatione, ſomnus nocivus eſt; quo ſenſu ſitim, tuſſim & linguæ aſperitatem à ſomno exacerbari notavit in *Prorrheticor. Hippocrat. lib.* 2.

Curatio. Hippocrates generalia ſitis præſidia proponit, non modo bibere, ſpiritumque frigidum captare, ſed etiam os continere ac tacere. Sitis à toto corpore oriunda vino lymphato promptius, quam aquâ ſimplici lenitur. Vide *Ant. Menjotium de ſitis vacuitate.*

SOPOROSI *affectus*: Coma, Lethargus, Carus, & Apoplexia fiunt ut plurimum ab unâ eademqne causâ, nim. pituitâ in cerebro collectâ; & ideo iiſdem remediis debellantur.

Different. In *comate* ſeu cataphorâ, ſomnus quidem profundus à quo tamen æger excitatur, oculis apertis reſpondet, iterumque mox profundè obdormit. In *lethargo* ſomnus comati ſimilis eſt, ſed cum febre & delirio. In *caro* nulla adeſt febris, oculos excitatus vix aperit nec reſpondet, attamen vellicatus ſentit, integrâ manente reſpiratione. In *apoplexia* neque ægri oculos aperiunt, neque reſpondent; neque ſentiunt, cum reſpiratione difficili.

Progn. Hi affectus præcipites ſunt & periculo

riculo pleni; unde requiritur Medicus multum celer atque fidelis. *Vide plura de hiſce affectibus in ſpecie ſuis locis.*

Curatio. Confeſtim à gravi illo ſomno excitandi ægri; omnibus ſenſibus objecta vehementiora offerendo. Clyſter. acres injiciantur duo vel tres in die. e. g. ℞. fol. parietar. hyſſopi, calamenthi, origani, ſalviæ, rutæ & cent. nim. ana M. j. ſem. carth. ℥ ß. fœniculi & cumini ana ʒ iij. agarici in nodulo incluſi ʒ ij. pulpæ colocynth. eodem nodulo incloſæ ℥ i ß. Coq. ad ℔ j. colatur. diſſolv. hieræ picræ ℥ ß. diaphænic. ℥ j. olei rutacei unc. ij. ſal. ʒ j. M. fiat clyſter. Chymici clyſt. admiſcent aq. bened. unc. ij. vel iij. glande itidem alvus proritetur. Accidit aliquando ut ſphincter ani reſolvatur, clyſtereſque inutiliter injiciantur, qui caſus plerumque deſperatus eſt. Naribus admoveantur caſtor. cum aceto, quæ ſpecificâ proprietate agunt. Succini uſus ad apoplecticos excitandos præſtantiſſ. eſt, cùm illius oleo tempora & nares ſæpè illinantur: fiant etiam frictiones in plantis pedum cum ſale & aceto: manuſque inungatur oleo rutaceo, & de caſtor. ſinapi in vino forti coct. inungatur palatum: pyrethri rad. in oxymel. coctæ idem præſtant: omnibus autem hiſce caſtoreum utiliter admiſcetur: oculi radiis ſolis & luci ſplendidæ objiciendi: aures clamoribus, ſtrepitu & ſonitu concutiendæ

tiendæ: æger imprimis proprio nomine altâ voce ſæpè appellandus: naribus acria, ut ruta. caſtor. acet. indenda. Item frictiones, vellicationes, pilorum evulſiones, ligaturæ, digitorum complicationes & ſimilia adhibenda. Requiritur venæ ſectio, ſi ſanguis cauſæ principalis vel adjuvantis, vel ſine quâ non, rationem habeat, vireſque ferant. Vide *apoplexiam* & *lethargum*. Declinante demum morbo ſommoque illo profundo diſcuſſo, cerebri corroborationi ſolum incumbendum: idque uſu quotidiano opiatæ cephal. in frigidâ cerebri intemperie deſcriptæ, vel ſi potentiori remedio opus, aqua apoplectica in apoplexia ſupra deſcriptâ conveniet: imprimis verò caſtorei uſus continuetur, ſi malum protrahatur, mane per aliquot dies ejus grana iij. vel IV. cum oxymelite ſimplici vel ſcillitico exhibendo: qno ſolo remedio, teſte *Trall.* innumeri fuerunt curati. *Nota.* in generali horum affectuum curatione in iis, quæ fiunt à ſanguine; minus calefacientia medicamenta adhibenda eſſe, & phlebotomiæ magis indulgendum venam frontis poſtea aperiendam: tum etiam purgantibus phlegmagogis cholagoga eſſe admiſcenda.

SPASMUS. V. Convulſio. Paralyſia, *hiſce & Comp. m. Theoret.*

SPASMUS *Cynicus* eſt diſtorſio utrumque oris latus obſidens. A rictûs canum irâ perci-

percitorum & ad mordendum ſeſe comparantium ſimilitudine *rictus caninus* appellatur. Hæc convulſio ſymptoma eſt læſi motus animalis. *Oritur* vel à convulſione partis contortæ, vel à paralyſi partis oppoſitæ. V. *Hipp.* 5. *Epid. ægr.* 94.

S. *Progn.* Ex ſe turpis eſt, nunquam periculoſus; ſed exitialium paſſionum interdum comes aut præcurſor, ut apoplexiæ, ſi ſit paralyticus: epilepſiæ, ſi convulſivus: aliquando lethali ægritudini ſociatur, ut phrenitidi & continuis febribus, increſcente circa cerebrum morbi malitiâ. Vid. *Hippocrat. Aphor.* 49. *lib.* 4. aliquando in criſes utiliter cadit materiâ ſurſum migrante. V. *Hippoc. initio lib.* 3. *Epid.* & *Ant. Menjotium in diſſertat. ſ. Pathol.*

Curatio perficitur V. S. primo cubiti, ſi ſanguis in toto abundet; poſtea & quæ ſub linguâ; vel admotis cucurbitulis cum ſcarif. primis vertebris, vel quod tutius eſt, ſcapulis; ligaturâ, quâ tanquam capiſtro facies ad fig. naturalem reducatur; *Aëtius*. Frictionibus extremorum ad divertendum, factis manu ſicca vel in aq. lavend. intinctâ; iis medicamentis, quæ ad paralyſin & convulſionem præſcripta; inter quæ præ cæteris commendant aquas illas duas à *Langio l.* 3. *ep.*1. *cap.*1. propoſitas. In inveterato cauteria applicantur inter 1. & 2. vertebram. Sinapiſm. dropac. Gargariſmi ex ruta, lavend. ſalv.

ſalv. prim. veris: locus affectus inungatur Ung. Martiato ol. lumbr. de caſtor. terebinth. Diæta ſit qualis in paralyſi & convulſione.

SPIRANDI *Difficultas* dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat, *dyſpnota* appeljatur; vehementer vero, ut ſpirare ſine ſono & anhelatione æger non poſſit, Aſthma, anhelatio, & ſuſpirium. Vid. Aſthma & *Compend. m, Theoret.*

STEATOMA eſt abſceſſus ſaniem ſevo ſimilem exhibens. Eandem cum *Atheromate & Meliceride* requirit curationem. Vid. Atheroma & Abſceſſus phlegmaticus.

STERILITAS *Cauſæ*. Quibus ſemen nimis tenue, aquoſum, languidumque, veluti impuberes & ſenes, infœcundi & ſteriler ſunt, ut & quibus nimis craſſum. Intemperies uteri, de quâ Vid. *Hippocr. aphor.* 62. *Sect.* 5. Defectus ſang, menſtrui, venarumque uteri anguſtia; ſi fœminæ antea macilentæ pingues & obeſæ evadant. *Hippocrat. aphor.* 46. *ſect.* 5. quod intelligendum, ſi menſes ipſis vel parum vel non fluant, & vir pariter obeſus non accedat. Sang. quantitate nimiâ peccans, nimis confertim ad uterum confluens, ſemen quaſi obruit & ſuffocat; Quædam privatim & inter ſe ſteriles, teſte *Plin.* 7. 13. ubi cum aliis ſe junxere gignunt; ſicut *Auguſtus & Livia.*

S. *Progn.*

5. *Progn.* *Steriles* fœminæ morboſiores, cum humor. excrementitii, qui cum prole poſt partum evacuantur, in iis retineantur; tardius tamen ſeneſcunt, dum à moleſtiis graviditatis, partus & puerperii immunes ſint: hinc Medea ap. *Euripid.* non ſine cauſâ dixit, ſe malle ter ſub clypeo in acie dimicare, quam ſemel parere. Si uteri intemperies & quicunque affectus incurabilis, *Sterilitas* non corrigetur. *Quæritur* an *Ariſtot.* *l.* 7. *de gen. anim. cap.* 4. dictum, omnem ſterilitatem ab ortu incurabilem eſſe, ſemper & ubique verum comperiatur? *Neg.* Quia vitium illud vel ætatis progreſſu, temperam. mutato, vel medicament. adhibit. nonnunquam evaneſcit, & quæ antea ſteriles, fiunt fœcundæ.

Curatur ſublatis, à quibus ea pendet, cauſis, quæ cum variæ ſint, varias quoque ſuppeditant indicationes per ſe manifeſtas, maximè conveniunt, quæ occultâ qualitate ſterilitati, univerſalibus præmiſſis, medentur: medicamenta talia plurima paſſim exſtant.

STERNUTATIO eſt motus quaſi epilepticus, ut in coitu, quo natura per nares, quod cerebro moleſtum excutere conatur; quod tuſſis reſpectu pulmonis, id *Sternutatio* reſpectu cerebri & narium.

Cauſa interna eſt vapor acris & exaſperans ſenſibilem membranam ſtimulando,

E cerebro delabens & ſenſibilem narium tunicam vel membranam ſtimulans; vel *externa*: acria, ut pulv. pyrethri, helleb. alb. euphorb. & alia ptarmica; vapores itidem è cæpis &c. ventus & aër frigidus radii itidem ſolis & lux magna.

S. Progn. In ſanis pro bono ſigno & omine habetur, necnon in morborum declinationibus. Immoderatior & diuturna cap. dol. parit & ſpiritus diſſipat. quandoque inſtantis catarrhi indicium eſt, eſt in diſpoſitis nonnunquam epileptici paroxyſmi & aliorum capitis morborum præſagium eſt. Mulieri Uteri ſtrangul. patienti, aut difficulter parienti, ſternutatio ſuperveniens, bonum. *Hippocr. aph. 35. ſ. 5.* In morbis ubi provocanda, ſi non ſequatur, lethale, indicat enim natnram ſuccumbere. In corpore plethorico & in principio morbi cum deſtillatione, mala eſt.

Curatio. Si à capitis excrementis, caput evacuandum; ſi à cauſis externis, illæ amovendæ.

Stomachace. Idem eſt quod Scorbutus.

STRANGULARIA. Latinis *Vrinæ Stillicidium*; calculos fere ſemper comitari ſolet.

Strabiſmus. Eſt unius aut duorum oculi muſculorũ reſolutio unde oculi in hanc vel illam partem inclinant. V. oculorum vitia.

S. Progn. Per ſe non periculoſa, ſed maxime moleſta & dolorifica in calculo præſertim. Quæ ab urinæ vitio, facilius curatur, quam

quam quæ à veſicæ morbo, imprimis in ſenibus. A partium vicinarum conſenſu orta, non diu perſeverat; ſed quæ ab ulcere partis alicujus vicinæ, raro curatur. Quibus ex *Stranguriâ* Ileos ſupervenit; hi ſeptem diebus moriuntur, niſi febre ſuperveniente urina ſatis fluxerit. *Hippocr. Aphor.* ſ. 6. qui intelligendus de Ileo non ab inflammatione orto. *V. Comm. in illum Aphor.*

Curatio. V. Dyſuria *hiſce* & *Compend. m. Theoret.*

SUFFOCATIO *uteri* eſt obſtructio uteri maligna. *Fit* à menſium corruptis & ſtagnantibus in corpore uteri, à quibus vapor ſurgens ad cor, cauſa eſt ſyncopes & ſuffocationis, unde nomen habet.

Signa ante paroxyſmum pleraque eadem ſunt, quæ in ſyncope & melancholiâ, neque certa: præcedit quidem laſſitudo, aſpectus triſtis, &c. In paroxyſmo faucium quaſi compreſſio, conſtrictio cordis, reſpiratio intercepta, abolitio pulſus, refrigeratio totius corporis, jacentes immobiles vel more epileptico convelluntur. Quædam ſub initio aut fine paroxyſmi delirant, quædam ſoporoſæ ſunt.

Curatio. Præmiſſis generalibus perficitur expurgatione corruptorum à ſanguine & utero, unde aſcendunt. *Ioh. Anton. van der Linden*, laudatiſſimum in hoc caſu erat, infuſum antihyſtericum *Hartmanni*, uteba-

tur etiam felici cum ſucceſſu ſpiritu vini ex infuſione baccarum ſambuci, ut & fæculâ bryoniæ.

SUFFOCATIO Seu *Strangulatio, Fit* cum aër ventilando cordi neceſſarius non trahitur, ſed impeditur, fuliginesque calidæ exſpiratione non emittuntur.

Cauſæ 1. Occluſio viarum aëri attrahendo dicatarum; ut fit ore obſtructo naribusquemuco obturatis. Item 2. Faucium circa laryng. glandul. columel. & in luxat. vertebr. cervicis. 3. Obſtructio rimulæ aſperæ arteriæ à re quacunque; ſic Hadrianus Pontifex à muſca ſuffocatus, alii uvæ acinis. 4. Vis externa collum conſtringens, omnemque viam ſpiritui intercipiens, ut in ſtrangulatione. 5. Catarrhus ſubito ad pulmones ruens & ſuffocans, qui idcirco *ſuffocativus* dicitur. 6. Aër, qui attrahitur, ventilando calori ineptus & ſuffocans, ut ille, qui è carbonibus accenſis. de hoc vid. exempla ap. *Chriſtoph. à Vega Art. Med. l. 3. ſect. 5. c. 8. & Marc. Donat. de hiſt. Med. mirabil. l. 2. cap. 6.*

S. Progn. Suffocati aut *ſtrangulati*, non tamen mortui, ad vitam non revocantur, quibus ſpuma circa os collecta apparet. *Hippoc. Aphor.* 34. *ſect.* 2. quod ſemper verum non eſt, ut *Galen. in Comm.* monet, hujuſmodi reſtitutorum duo exempla habet

bet præd. *à Vega loco alleg.* licet id rarò accidat.

Curatio. Suffocati fere in aquâ ad vitam revocantur, ſi ſuper dolio fortiter moveantur; capite deorſum inclinato, vomitus provocetur, admotis cordi panis aſſi micis aq. vitæ imbutis; idque ſæpe renovando, reliquis vero corporis partibus frictionibus calefactis, idque in cubili & lecto calido. *P. Borellus obſerv.* 3. *cent.* 2. *Laqueo pene ſtrangulatis* acetum cum pipere vel puleg. tritum cum vino exhibenda & collum lanâ oleo irino calente madidâ involvendum; Exhibeantur etiam aq. epilept. vit. cinnamom. & reliqua. Eadem etiam *ex fumo carbonum ſuffocatis* exhibenda Imminenti *ſuffocationi à fungis venenat.* vomitus ſtatim inſtituendus maximè conducit exhibito ſalis vitriol. ʒ ß. cum oxymel. ℥ iij. hujus exempl. in *Pauſania puellâ* V. ap. *Hippocr. l.* 7. *Epidem. A muſti aut vini vaporibus fere ſuffocandi* eâdem reſtituentur ratione: Aquâ frigidâ inſpergendi. V. *Ebrietas.* diu inſepulti ſervandi juſſu *Hippocratis.*

SUPERFOETATIO. Ut nonnunquam ex uno coitu plures infantes; ita aliquando, ſed rarò, ex diverſis congreſſibus plures fœtus concipiuntur, & *ſuperfœtatio* oritur. Ejus exempla notatu digna V. ap. Auctores, præſertim *Herc. Saxoniam Pract. Med. l.* 4. *c.* 27. de nobilis uxore, quæ filium

peperit nono menſe vivum & perfectum; octavo die à primo partu alium itidem, ſed non omnino abſolutum, poſt 15. dies iterum alios duos. Et cum reconvaluiſſet anno ſequenti, cum iterum gravida eſſet, habuit eoſdem omnino partus, & ſinguli eorum in propriâ tunicâ erant involuti; cum tertiò concepiſſet, & filium edidiſſet primò, & adhuc uterus eſſet filiis plenus, amplius parere non potuit, ſed obiit. hinc de hujus rei veritate dubitare non licet; quamvis ei contrarietur *Hippocrates aph.* 51. *Sect.* 5. V. Abortus. Partus.

SUPPRESSIO *menſium*. Menſium ſuppreſſio.

SUPPRESSIO *urinæ*. V. Dyſuria.

SURDITAS eſt auditus abolitio; *gravis auditus* & *ſurditas* ſolâ magnitudine differunt.

S. Progn. Quæ ab ortu, immedicabilis, ſi per accidens, ſanabilis eſſe poteſt.

SYMPTOMATA *febrium*. Febrium ſymptomata.

SYNCOPE *cardiaca defin.* obſtructio nguinea cordis.

Progn. Niſi ſubitâ miſſione ſanguinis ſubveniatur, deſperata eſt curatio Si crebra & citra manifeſtam cauſam, repentina mors ſequitur. *Aphor.* 41. *ſect.* 2. ratio eſt, quia in gravi ſyncope difficillimè recolliguntur ſpiritus vitales.

Curatio

Curatio. Si à ſuffocatione ſpirituum; ad ambitum corporis revocandi ſunt frictionibus, ligaturis, cucurb. &c, Si à plenitudine ſuffocatio, ſanguis copiosè, ſed per vices detrahendas. Si à terrore & metu, V. S. inſtituenda, ut præveniatur ex affluxu ſanguinis obſtructio aliqua, vel inflammatio,

TABES. V. Phthiſis *hiſce* & *Compend. m. Theoret.* De tabidis uſu melonum curatis, Vide *P. Borellum obſerv. 70. cent.* 4.

TABES *teſtium.* Teſtium tabes.

TALPA ſeu *teſtudo*, eſt tumor ex impuris humoribus inter cranium & cutem putreſcentibus collectus talpæ aut teſtudinis formam referens.

Differ. Ulcerationem & cranii corroſionem comitem habet aut non.

Cauſa. 1. Nitroſa & exedens pituita. 2. Bilis pituitæ ſalſæ permixta. 3. Humor aqueus putrefactus.

Signa. Tumor mollis & latus teſtudinis formam referens.

S. Progn. Hujuſmodi apoſtemata, ut & alii capitis erodentes affectus, propter cerebri viciniam, & ſuturarum cranii proclivem in cariem lapſum, periculoſi admodum ſunt. Quæ corruptionem cranii jam induxerunt, mala ſunt.

Curatio. Utriuſque curandi ratio communia habet præcepta, diætam conve-

nientem, humorum tum præparationem, tum purgationem. Quoad diætam, vitentur vaporoſa, ut in aliis capitis affectibus indicavimus. Reliqua inſtituenda pro humoris peccantis genio & naturâ. In materia frigida & pituitoſa convenient pilulæ alephang. de hiera, cocciæ, aggregativæ. In calida verò materia pill. de Rhab. de myrob. aureæ, de fumaria. Topica ſint incidentia & reſolventiâ dicta, quando tumor eſt ſine ulcere aut carie. Si non reſolvatur, confugiendum ad ſuppurantia. Radix alth. & cæp. ſub prunis coct. ovorum vitellis ex axungiâ vel butyro mixta, contuſa applicanda, & ſtatim facto pure, ne os cariem contrahat, vomica reſeranda. Si cum cranii corruptione, difficilis admodum curatio, tractand. ut cranii fractura.

TARANTATI, *à Tarantula morſi* hoc phalangii ſeu aranei genus in Apuliâ frequens valde ſævit, ejuſque morſus vel ictus venenatus tam ſtupenda inducit ſymptomata; ut quibuſdam pro fabulâ habita ſint, quæ de malo hoc ſcribuntur, licet certiſſima & ab ejus regionis incolis & Tarentinis triſti experientiâ comperiantur: *Æginet. Aët. Celſ.* & alii antiqui de hujus veneni ſymptomatibus uberrimè ſcripſerunt *V. Comp. m. Theoret.* Ex recentioribus *Matthiolus* in *Dioſcor. l. 2. cap.* 75. ſcribit, ex *ictis à Tarantulis* non ſolum alios perpetuo

canere, alios ridere, alios plorare, alios clamitare: ſed & quod præcipue mirum, veneni hujus vim muſicâ mulceri, & ictos auditis lyricis in medium tripudiare. Et *Petr. Pomponat. de fat. lib. arb. l. 2. cap. 7.* affirmat ſibi ab incolis Apuliæ relatum eſſe, quod illa ſaltandi libido per periodos annuas recurrat iiſdem calendis, quibus quis ictus fuerit, & mortua tarantula non amplius venenum operari; quamdiu autem vivat tarantula, tamdiu ſingulis annis morbum redire. Et *Epiph. Ferdinand.* ſcribit, etiam alia animalia hoc veneno infecta & icta itidem ſaltare, idque ſe vidiſſe de veſpa & gallo gallinaceo affirmat & concludit: Qui nobis non credit, veniat ac videat, ac periculum faciat; & veriſſimum eſſe, quod ſcribimus, inveniet.

S. Progn. Rarò hic morqus lethalis; neque acutus, ut ictus aſpidum, viperar. Sed tardi motus hoc venenum. Periculoſum ſi jejunum jejuna mordeat. Pro ratione loci, qui pungitur, malum nunc periculoſius, nunc mitius eſt.

Curatio & præſervatio. Commendatur anchuſ. comeſta; & ejus decoctum potum; artemiſ. allium, bolus arm. Theriaca, &c. Proſpiciendum ne venenum ad interiora penetret, ſed ſtatim ad exteriora revocetur. Parti commorſæ applicandæ cucurb, ſcariſ. veſicat. ſtercus. capræ, panis maſticatus.

Chorea & Saltus. S. Viti prædicto malo cognatus ab eodem ſimilique veneno ortum habet; illumque humorem malignum, ut nonnunquam in hydrophobia evenire ſolet, in ipſo corpore generari creditur.

TELORUM *extractio* fit vel eâ viâ, quâ *telum* venit; vel eâ, quâ tendit: *Extrahitur* per partem, quâ immiſſum eſt, vel nullâ factâ ſectione vel factâ ſectione. Si non altè penetravit, ſi vaſa magua & loca nervoſa non tranſiit, & è regione ſeu quâ tendit, os venas, arterias aut nervos habuerit, & ſi non metus ſit à magnâ laceratione; eâ viâ, quâ in corpus penetravit ſine ſectione retrahi poteſt; alias dilatandum vulnus. *V. Celſum l. 7. cap. 5. Ambr. Par. l. 10. cap. 18. & Ioh. Andr. à Croce.* Si carni fruſtulum aliquod oſſis vel ſpina vel feſtuca, vel ſimile quid inhæſerit. quod nec manu nec inſtrumentis extrahi poteſt, medicamentis appropriatis extrahendum; Commendantur lacertarum capita contrita & impoſita; à *Dioſcor. l. 2. c.* 58. Anagallis, dictamm. Cretic. ariſtol. rot. rad. ſagap. galb. ammoniac. & ſimilia, nec non emplaſtrum Avicennæ ex fermenti, mellis aut propol. ana ℔ß. viſci q. ℥ iij. ammon. ℥ ij. ol. antiquiſſ. ℥ iij. *V. G, Fabr. cent. 1. obſerv. 62.*

TEMULENTIA eſt delirii genus ſine febre; ut in febribus vapores calidi ex humore putreſcente ad caput elevati ſpiritus

turbant

turbant; ita etiam à ventriculo, vino vel alio potu inebriante repleto, imo toto venoſo genere, in quod ſpiritus ejuſmodi penetrant, vapores calidi elevati phantaſiam ac ratiocinationem turbant, unde *temulentia* rectè *voluntaria inſania* appellatur. *V. Compend. m. Theoret.*

S. *Progn.* Interdum ad quartum uſque diem durare patet ex illâ ab *Henr. ab Heer obſerv.* 19. deſcriptâ hiſtoriâ. Si ſæpius continuetur, memoriam & ingenium debilitat, hinc rectè *Peſtis memoriæ & judicii* appellatur; nervoſum genus lædit, unde tremor, paralyſis, apoplexia, podagra excitatur, & quia etiam hepati nocet, ſæpenumero hydropem producit, imprimis ſi inebriantur calidiori potu, ut ſpiritu vini.

Curationem & Præſervationem V. tit. Ebrietas.

TENESMUS vel *Tenaſmus* à tenſione; cum in eo aſſidua & moleſta tenſio in podice percipiatur. Inter Dyſenteriæ ſpecies refertur à *Galen* 3. *de cauſſ. ſympt. c.* 2. eſt ulcus inteſtini recti, & humor acris in rugis ani retentus, qui illam vellicando aſſiduam egerendi cupiditatem excitat.

Signa. Perpetuum deſidendi deſiderium, quod excernitur, parum & mucoſum ac ſæpè cruentum ſemperque flatuoſum. Dyſenteriæ rarò non aut comes aut pediſſequus eſt.

Progn. Niſi tempeſtivè occurratur, ulce in eâ parte gignuntur moleſtiſſima dolore comitata. Sæpe abortum excitat, *Hippocr. aphor.* 27. *Sect.* 7. Quo cauſſa, à quâ oritur, gravior, eo periculoſior. Sæpe neglecto hoc affectu, ulcus relinquitur ſordidum, idque in fiſtulam tranſit, quæ difficilè curatur.

Curatio. iiſdem indicationibas abſolvitur, quibus dyſenteria; negotio tamen faciliori, niſi à dyſenteriâ aut cum eâ ſit conjuncta: ſi adſit inflammatio, quam febris potiſſimum indicat, aut redundantia ſanguinis, V. S. requiritur; perſeverante inflammatione & ſtranguria ſuperveniente, quod non raro contingit, venas hæmorrhoïdales aperire per hirudines maximè ex re ægri erit. Scilicet ad ℔ ß. quia ultima inteſtini recti pars tantum abluenda. Excipitur fumus ex thure in ignem injecto in ſede perforat. Si in meſenterio & jecore ſit mali focus, rheo ſæpè repetito exhaurienda & inhibenda fluxio. Victus ratio & reliqua remedia eadem quæ in dyſenteria. Fomentum nobile eſt: ℞. verbaſci: vel tapſi barbari abſynthii ana M. vj. indantur conciſa duobus ſacculis, & coquantur in lacte recenti ac bene calido; imponatur unus abdomini, alter ſedi. Sedato dolore & inhibitâ fluxione ſi ulcus ſupereſt, primum id detergendum, decocto hordei, hydromelite, melle roſato: terſum

terſum deinde exſiccandum ex gallâ, roſis rubris oryza torrefacta coctis in aqua chalybeata, diſſolvitur bol. ſang. dracon. Ungitur etiam ulcus unguento populeo, albo Rhaſis, additâ caphurâ, ſi ulceri phlegmone ſit conjuncta.

TERMINTHUS ad Epinyctides refertur V. Puſtula epinyctis.

TESTIUM *calculus* de rarò contingentibus eſt, ſed ejus exempla referunt *Geſner. de foſſilib. cap.* 11. *Fel. Platerus & Schenckius l.* 4. *obſerv.*

TESTIUM *cancer*, *fit* ex intempeſtivâ venere, aſſiduâ equitatione, lue Ven. Ejus exemplum refert *Wierus in Obſerv.* & conſulit ab emollientibus, quibus cancer exaſperatur, abſtinendum; & leniter refrigerantia & exſiccantia adhibenda.

TESTIUM *gangrana*, *fit* quando ex inflam. & ulcer. planè corrumpuntur & *Gangranam* contrahunt, malum ferè lethale, ejuſque rei exemplum habet *Foreſt, l.* 27. *obſerv.* 6.

TESTIUM *inflatio & intumeſcentia*. *Cauſa* flatus craſſi & intumeſcentes. *Curatur* medicam. flat. diſcutientibus; applicatione fimi columbini, cum far. fabar. & axung. porcin. cum vino mixtis, origano in aceto vel vino cocto.

TESTIUM *intemperies*. Si *frigida*, exigua adeſt in venerem propenſio; quandoque

doque, ſi magna, nulla eſt, comitata corporis inertiâ; ſemen paucum, aquoſum, crudum & cum exiguâ vel nullâ voluptate emittunt. Præceſſerunt immodica & intempeſtiva Venus; hinc in ætate nondum maturâ Veneri indulgentes, calorem nativum ita exhauſtum & partes genitales eatenus refrigeratas experiuntur, ut poſtea primâ ſenectute planè ſteriles & generationi inepti reddantur. *Curatur* calidis internis & externis, de quibus alibi, ſolum zibethum illitum teſtes potenter calefacit. Si *calida*, adeſt propenſio in venerem, ſemen multum & calidum, teſteſque ipſi calidi, venæque circa eos multo ſanguine refertæ. Curatur medicament. refrigerant. tam internis, quam externis: ſi *humida*, apparet in iis laxitas, ſemenque nimis celeriter ejicitur. *S. Progn.* A coitu minus læduntur, quam qui *ſiccâ* eorum *intemperie* laborant. Si *ſicca*, hæc omnia ſunt contraria; *Curantur* contrariis ſiccantibus & humectantibus, quorum ſpecificat. V. alibi. de cognoſcendis hiſce intemperiebus notatu dignus *Galeni* locus, *Art. med. cap.* 45. *& ſeq.*

TESTIUM *numerus vitioſus* naturaliter duo ſunt, unde etiam Græcis δίδυμος; aliquando nulli, ut in Eunuchis &c. aliquando plures numero ordinario; ita tres

testicu-

teſticulos quidam habuere; ut Agathocles Siciliæ Tyrannus, teſte *Coel. Rhodig. antiq. lect. l.* 24. *c.* 4. & *Fern. l.* 1. *Pathol. c.* 8. refert ſe noviſſe tertium teſticulum omnibus in quibuſdam familiis ſuperabundaſſe; Sic *Foreſt. l.* 27. *Obſerv.* 15. affirmat ſe noviſſe civem Antverpianum tres habentem teſticulos, indeque perquam luxurioſum.

TESTIUM *tumor.* Tumor teſtium.

TESTIUM *tabes.* Ejus exempl. refert *Vid. Vidius l.* 11. *de curat. membr. c.* 2.

TESTIUM *vulnus.* Vulnus teſtium.

TESTUDO. Talpa.

THERMÆ in morbis melancholicis ſi bibantur, magnæ ſunt efficaciæ; eadem, quæ *acidularum*, tum ratio eſt. de *Thermis* & *acidulis* conſule Auctores; & ſing, morb. curationes, in quibus earum uſus indicatus eſt hiſce. de *Acidulis Medevienſibus* nuper in Oſtrogothiâ repertis, cum hiſtoriâ curatorum ibidem à morbis deſperatis ſcripſit *Urb. Hiarne Ingermannus* M.D. De *Thermarum* calore, unde oriatur; ut & earum *acidularumque* virtutes V. in *Comp. m. Theoret.* fuſius deſcriptas & enodatas.

TIBIARUM *ulcera.* Ulcera Tibiarum.

TINNITUS *aurium*, obauditio nonnullis ac aurium tonitru. Si puritas aëris auribus implantati inquinetur, fiunt ſurdaſtri: ſi turbetur illius tranquillitas, fiunt ſollicitæ

licitæ plenæque ſonoribus aures, licet for.s omnia taceant. *Ant. Menjotius in diſſertat. ſuis Pathologicis.*

Progn. Tinnientes aures, juxta *Hippocr.* in morbis acutis ἀναδρόμην materiæ ad cerebrum denunciant, quam ſi hæmorrhagia comitetur, bonum; alioquin vel delirium. vel etiam mortem prænunciat. In febribus imprimis peſtiferis, repleto cerebro, aures ſæpenumero obſtrepere experimento ratum eſt. Tinnitus aurium ut apoplexiam, epilepſiam, alioſque comatoſos cerebri morbòs præcurrunt: Sic in eorum decremento f u-ſti ſunt ominis; cerebri namque ſeſe explicantis, ac humores quibus inebriatur, in flatus attenuantis triumphum denotat. Convaleſcentibus ac poſt immoderatas vacuationes ut oculi vertigine tentantur, ita aures bombilare ſolent; quia exhauſtæ partes ob caloris paupertatem & locorum vacuitatem flatus permultos accumulant.

Tophus eſt materia gypſea in articulis arthriticorum ſuccreſcens; ut & etiam varias oſſium partes in iis qui lue venerea afficiuntur, deturpans. Vid. Arthritis.

TREMOR. *Differt* à rigore, qui non fit à facultate motrice ſecundum voluntatis imperium attollere conante, ſed ab expultrice naturali *ſtimulatâ*; *Tremor* eſt in unâ parte, *rigor* vero per totum corpus. Ille fit ſine dolore, hic cum dolore & moleſtiâ.

S. *Progn*

S. Progn. Tremor à cauſis evidentibus, ut animi pathemat. productus nil periculi habet. A cauſis internis pendens, & ut morbus affligens, licet per ſe non periculoſus, ſed quia facile in paralyſ. apopl. letharg. & ſpaſmum degenerare poteſt, non contemnendus. Sicut etiam ob cauſam, à quâ pendet, mortem non longe abeſſe indicat. Quo vehementior, aut in parte nobiliore conſiſtit, eo deterior. In ſenibus non curatur. In apoplexiâ aut lethargo malum ſignum; ut & qui mulieri accidit poſt partum ex retentione ſecundinæ. Inediâ aut aliâ quavis evacuatione attenuatum ſi apprehendat, malum. In labio inferiore vomitum inſtare indicium eſt. *V. Hipp. aphor.* 36. *Sect.* 6. *&* 3. *Prorrhet. aphor.* 13.

Trichiaſis. Significat in genere pilarem affectum ſed in ſpecie ſumitur pro ea materia ad inſtar pilorum configurata quæ quandoque exit cum urina craſſa.

TUMOR præter naturam *fit* ex aggregata materia, membrum in quo acervatur, diſtendente. Materia fit aut congeſtione aut fluxione. Quid ſit congeſtio & fluxio vide ſuo loco. Materia eſt vel ſanguis, unde *phlegmone, phygethlun, phyma, furunculus, carbunculus, epinyctis:* vel pituita, unde *œdemata phlegmaticum, ganglion, glandulæ,* vel bilis flava: unde *eryſipelas, papulæ, phagedæna, melius, &c.* vel ſerum ſanguinis, unde

de *hydropiſis, herniæ aquoſæ, hydrocephal.* vel flatus, unde *tympanites* & tumores flatuoſi vel ſerum & flatus: de quibus omnibus ſuo loco ſigillatim.

Signa ſunt inflatio, membri dolor, calor, durities, mollities, & cætera id genus, pro humoris conditione & naturâ.

S. Progn. Interni periculoſiores externis, & magis vel minus lethales pro partis affectæ præſtantiâ & uſu. Quanto *tumor* major & intemperies conjuncta intenſior, humorque illum excitans, pejor; eo curatu difficilior & periculoſior. Optimus ſolutionis modus eſt, qui fit per *reſolutionem*, cujus ſignum membri levitas & pulſatio moleſta ceſſans; poſt hunc is, qui fit per *ſuppurationem*, cujus inſtantis ſign. dolor & palpitatio in parte & febris accedens; vel etiam præſentis febris incrementum, juxta *Hipp. Aphor.* 47. *ſect.* 2. Malum *tumores* indurari; peſſimum vero ipſam partem corrumpi.

Curationis duplex ſcopus: 1. Cohibendi, quod in partem illabitur, 2. Vacuandi, quod jam in partem illapſum eſt. Fluxio cohibetur omni revulſionis genere, tum repellentibus, tum partem roborantibus ejuſque temperiem conſervantibus medicamentis. Quod jam influxit, partim adſtringentibus, partim diſcutientibus ac reſolventibus vacuatur: adſtringentibus præ cæteris, quem humor eſt tenuis necdum impactus. Itaque ceſſante

ceſſante jam defluxione, unicus ſupererit tumoris curandi ſcopus, nim. conveniens debituſque medicamentorum diſcutientium uſus. Particularia vide ſuo loco.

TUSSIS eſt aſperitas gulæ aut aſperæ arteriæ. Quæ gulæ eſt, fit ab acribus humoribus vaporibuſve à ventriculo aſcendentibus: quæ arteriæ eſt, fit ab acri defluxu à capite.

Progn. Tuſſis ex frigore enata nec gravis eſt nec rebellis. Secus tuſſis ex ſe diuturnior eſt, ad quadrageſimum diem protelari communiter dicitur, exemplo *Hegeſipolis apud Hippoc.* 7. *Epid.* 66. Continens vero & firmata, quam *Seneca pertuſſem* nuncupat, ægerrimè perſanatur ac multos conficit. In febribus catarrho junctis, tuſſes acceſſionum febrilium prænunciæ ſunt ac *Hippocrati* ſuſpectæ *in Coacis.* Tuſſis accedente teſtium tumore evaneſcit, & vice versâ ob communionem partium ſpirabilium cum genitalibus. Vide *Hippoc. lib.* 2. *Epidem.*

Typhomania eſt miſtus affectus ex Lethargo & Phrenitide.

VARI. Lentigines.

VARICES ſunt immodicæ venarum dilatationes, in cruribus præſertim frequentes,

Cauſa 1. externa, nimius conatus, contuſio, ictus, caſus. 2. Interna, ut plethora, ſeu nimia vaſorum repletio.

Signa

Signa ſunt venæ dilatatio, ater illius color, tumor & puſtulæ.

Progn. Antiquæ & confirmatæ varices difficile curantur, niſi adſit chirurgus multum celer atque fidelis: ſi non citò curentur, in ulcera maligna & cancros periculoſos degenerant.

Curatio requirit victus rationem ad laudatum ſanguinem gignendum, dextræ venæ jecorariæ apertionem; medicamenta humorem melanchol. & craſſum præparantia & purgantia, ut dictum eſt de ſcirrho & cancro.

VENÆ SECTIO. Ejus indicationes in ſingulorum morborum curationibus notatæ; ſed quoad generalia, ut hocce magnum remedium ritè & ex uſu inſtituatur, haud parvi erit momenti ſequentia obſervari. I. Ut pura plethora tutò V. S. tollitur; ſic in impura cunctantius agendum; *Galen. lib.*4 *cap.*4. *de Sanitat. tuend.* II. Calida & bilioſa plenitudo tutò V. S. minuenda; propter eam maximè, quæ inde ſequitur, refrigerationem. III. In melancholicâ parcius reſpectu refrigerationis; ſed reſpectu hum. fæculenti multi calorem obruentis, largius ſanguis demendus. IV. In pituitosâ reſtrictiores eſſe oportet, quia V. S. duplicatur frigiditas, unde difficultas coctionis conſequitur, & comites habet ut plurimum virium imbecillitatem, quæ V.S. diſſua-

diſſuadet. V. Tanti virium ratio in inſtituenda V. S. habenda, ut ab iis ferè ſolis indicatio ſecandi deſumi debeat. VI. In orgaſmo humor. maximè ex uſu eſt; nihil enim eſt, quod efferos & tumultuariè agitatos humores compeſcat æquè citò, quam V. S. Comperimus etenim purgationes ſæpe turbare humores & motu ipſo deteriores reddere, præſertim ſi fluxus & refluxus per vaſa fiat; ſi verò è ventre humor eſt, ac veluti à maſsâ ſecretus, tum debitâ viâ repurgandus. VII. Sit parca, in decoloribus præſertim mulieribus, nam cum peſtifera morbi vis in ipſum habitum corporis ſit rejecta, tum V. S. toties celebratâ calor ipſe nativus imminuitur, ægerque in periculum vitæ conjicitur. VIII. Virium defectus aut infirmitas ab *oppreſſione* oriens nequaquam V. S. diſſuadet, cum animadvertatur ſæpè in morborum principiis & pulſus intermiſſio & inæqualitas ſumma, & tamen audacter maximoque cum ſucceſſu purgatio & V. S. pro re natâ inſtituuntur, quia illa debilitas neutiquam oritur ab inanitione, aut ab exhauſtis viribus, ſed ab *oppreſſione*, quâ demta natura, cujus Medicus nonniſi miniſter eſt, ſublevatur, ut eo alacrius ſuo fungi poſſit munere. IX. Si ardent & ſqualent partes imæ & interiora, abſtinendum à V. S. vel ſi φλόγωσις eam requirat, parciſſimâ fiat manu, niſi ægrum in magnum

gnum conjicere velis diſcrimen. X. Nequaquam celebranda, quamdiu impura eſt prima regio, præmittenda itaque enemata, medicamenta chologoga, aut vomitoria benigniora in cachecticis, cacochymis & bilioſis. XI. Die critico & quovis alio morbi tempore poſitis ponendis V. S. inſtitui poteſt, rationes *V. Aphor. Galen. l. de S. M. c.* 20. XII. Ex conſuetudine non judicandum de neceſſitate V. S. rationem reddit id. *Galen. lib. de ſcarif. Sæpius in anno V. S. non convenit* [adde: citra neceſſitatem] *quia cum ſanguine vitioſo à venâ vitalis excernitur ſpiritus, eo autem copioſius abſumto, univerſa corporis moles refrigeratur, omniaque opera naturalia deteriora fiunt, ideo ab ignobilibus, detractionem fieri convenit.* Hæc *Galen.* XIII. In V. S. magni facienda, imo ſervanda venarum rectitudo; Compertum enim in pleuriticis S. V. medianæ ob baſilicæ exiguitatem, licet rivuloſè ſanguis flueret, parum profuiſſe. XIV. Venarum delectus non negligendus; Experientiâ enim docemur in empyicis è baſilicâ aut cephalicâ apertâ S. fluxiſſe laudabilem; è medianâ vero, quia de parte, in quâ vitium latet, putrem & illaudabilem. XV. Cave ne confundas urinas perturbatas cum iis, quæ vulgo confuſæ dicuntur; nam hæ V.S. jubent; illæ è contrario prohibent. XVI. Sunt quibus longo tempore parum fit ſan-

guinis

guinis, præſertim virginibus decoloribus; aliis pauco tempore multum, & hi audacius phlebotomandi; quod probè notandum, cum enim non fiat ſanguis. niſi per multas & difficiles mutationes, carnificis, non Medici eſt, ita liberaliter & parvâ de cauſsâ mittere ſanguinem, qui naturæ theſaurus & amicus eſt. XVII. Non ſemper ab impuritate miſſi ſanguinis occaſio capienda reiterandæ V. S. quia multi impuro ſanguine benè nutriuntur, & ut ſues luto, ita tali ſanguine complura corpora ſuſtinentur, imo æquè longævi ſunt, quam quibus purus ſanguis demitur. XVIII. Quod ſanguis in ſuperficie albicans, non ſemper corruptionem indicet; quia Sg. albedo, ut ſentit *Fernelius*, teſtis redundantis pituitæ; &, ut *Galenus* docet, morâ Sg. etiam in venis albeſcat, quod in pituitoſis & deſidem vitam degentibus aliquando accidit; Nos initium putredinis fere ſemper eſſe putamus, per moram enim Sg. corrumpitur & exalbeſcit. Nota tamen hoc verum, ſi jejunis V. ſecatur, ſi poſt juſculum vel aliud cibi genus aſſumtum V. S. adminiſtretur; chylum nondum in ſanguinem converſum & albeſcentem ſanguini ſupernatare comperimus. XIX. Sanguis putris apparens non ſemper ulteriores V. S. indicat; quia confuſio & perturbatio in febribus Sg. malum repræſentat; hinc ſudoris eruptione defæcatur

Sg.

Sg. & ſublatâ iſtâ perturbatione, purus, ſi detrahatur, apparet; dum falſâ opinione impuritatis Sg. largius detrahitur, ſpirituum fit diſſipatio, natura ab inſtituto avocatur, & ſecretricis facultatis vires effœminantur, nam etiam impurus Sg. ſpiritu vivifico abundat. XX. Non deſumendæ indicationes & occaſiones V. S. ex urinis tinctis; neque ex non tinctis; quia cum inflammatio interna eſt, & bilis concluſa, Urinæ tinctæ non ſunt; attamen tunc ratione obſtructionis & ſuppreſſionis V. S. differre nefas; Item naturâ per vias Urinarum moliente excretionem & per alvum, tunc urinæ valde coloratæ & phebotomare malum. *Fernel. Pathol. lib 3. cap.*1. eos ſugillat, qui itidem ab urinâ craſſâ & rubrâ protinus ad V. S. convolant. XXI. V. S. orgaſmum humorum ſedare experientia docet; quia orgaſmus maximè V. S. poſtulat; dum efferos tumultuarieque agitatos humores citò compeſcat. XXII. In morbis non acutis neutiquam confeſtim ad V. S. confugiendum. quia laudabilis tantum ſanguis educitur cum magnâ virium jacturâ. XXIII. Corporibus duris & compactis, ut ſervorum & ſervarum, V. S. ſæpe noxia in morbis; quia in his humores plerunque crudi ſunt, nec tam putres & ad putredinem apti, quam in liberis & delicatioribus. Hinc non tam facilè pharmacum aut V. S, ferunt, imo in cenſu

ſu corporum ſanorum ferè habentur, cum ægra ſunt; quia eadem ratio corporum denſorum ab *Hipp.* aſſignata in corporibus ſervilibus, utpote denſioribus & compactioribus locum habet; at is *lib. de morb. mul.* docet, corpora mulierum denſa non abundare lacte, quia à ventre ad mammas lac facilè non penetret: cum via ſit denſa. XXIV. Quibus anguſtæ venæ, non facilè ferunt V. S. quia illis nullo profectu ferè demitur ſg. Sectioque in malleolo ſæpe non confert, ſæpe etiam in illis non probè ſecatur vena, & ſuperficiaria tantum ſectio eſt. XXV. In autumno parcior debet eſſe V. S. quia tum temporis corruptio magna & vires imbecilliores; hinc correctio illius venenatæ qualitatis [niſi forte manifeſta cacochymiæ cum plethorâ argumenta fuerint] potius eſt providenda, quam evacuandum liberaliter, aut de alimento detrahendum, in hoc multi peccant: quod in omnibus fere morbis autumnalibus ſuſpicio eſſe debeat venenatæ qualitatis inde colligitur, quod ægri facilè emaciantur, liqueſcunt ac contabeſcunt, cum tamen videantur ſat bellè habere & nullum aut exiguum dolorem ſe ſentire videantur; febres ſunt lentæ ſymptomaticæ, continuæ, nam in diatheſi conſiſtunt, & contumaci quâdam obſtructione & vitio partium, quod declarant dolores; qui paroxyſmis & exacerbationibus redeuntibus ſen-

tiuntur; idcirco edocti ſumus hoc anni tempore autumnali ægris multâ V.S. fatigatis parum aut nihil allatum fuiſſe adjumenti, XXVI. Alvi fluor non ſemper debet impedire V.S. hoc in caſu nota, diſtinguendo; vel ſymptomaticè fluit, ſim. ob perennem generationem, aut laxitatem partium, aut facultatis retentricis imbecillitatem; aut aceratio adeſt humorum corruptorum, quam natura amolitur per alvi fluxum; ſi prius, non eſt locus V. S. Si poſterius, naturæ totum negotium committatur, ſic enim vacuatur febris cauſſa. Contrarium videtur ſuadere *Hippocr. Si ſanguinem vis detrahere, confirma. & Galen. in Comm.* Si poſt detractionem perſeveret fluor, virtutem proſternet; ſed cum phlogoſis eſt aut calor adurens & colliquans, non alienum erit demere ſg. ut ardorem exſtinguas. XXVII. Puerilis ætas non prohibet, poſitis ponendis, V.S. Complures enim pueros febribus continuis & vehementibus laborantes vidimus interiiſſe, idque ob omiſſionem phlebotomiæ, & è contrario Lutet. Pariſiorum in illo caſu ſervatos fuiſſe, interveniente etiam iteratâ V. S. Imo bimos & trimos. Puerorum enim ætas vitium ſubſtantiâ abundat, verum quandoquidem calidum humidumque corpus obtinet, perſpirabile, delicatum, molle quodque aſſiduè digeritur ac defluit; V. S. tamen æquè, ut adultorum.

rum, urgente morbi magnitudine & præſente virium robore fert, idque maximo cum ſolatio, inprimis ſi de interno fervore conſtat, & corrumpentis caloris dominatu, tum enim tuto V. aperitur. Quod vero *Galen. lib. de S. M.* pueris V. non ſecuerit, niſi ante 14. annum, idque ſub certis præcautionibus, illud de plenâ & largâ ſg. profuſione, Veteribus, imprimis *Galeno* ad leipothymiam conſuetâ intelligendum, atque ita *Avenzoar* ſe filio ſuo trimo V. ſecuiſſe ſalutariter teſtatur. Cum enim Medico liceat naturam imitari, ut illius ſagaci miniſtro; ſponte autem ope Naturæ tum pueris tum lactantibus infantibus abunde nonnunquam ſg. profluat è naribus, quidni liceat naturam imitari, aliquâ licet virium jacturâ; Satius enim eſt, ut offenſis quodammodo viribus à morbo vindicetur puer, quam ſervatâ plenitudine internæ alicujus inflammationis æſtu & fervore intereat; non eſt igitur ætas, quæ non aliquem vacuationis modum ferat. *Celſi* verba notatu digna: *Intereſt enim*, inquit, *non quæ ætas ſit, neque quid intus in corpore geratur; ſed quæ vires ſint; firmus puer, robuſtus ſenex, gravida mulier valens tutò ſanguinis detractione curantur.* Quod probè notandum, ne Medicis opprobrio & ignorantiæ vertatur, quod temerè ſolemne hocce remedium, tam præſens & ſalutare in continuis febr. conſilium præ-

termiſerint. *Ex peritiſſimis Med. Practicis.*

Quæritur I. An V. S. & quando pinguefaciat? Vulgus in Galliâ id credit, quia frequenti S. M. minuitur calor acer, febrilis & mordax, qui maciei cauſſa eſt idonea; pituitoſum enim fit corpus, pituita autem alendo inſervit, non pus, non ichor, non bilis utraque ait *Galen. ad part.* 44. *lib.* 1. *acut.* II. *Extenuatis an V. S. conveniat?* Affirmatur poſitis ponendis. V. exempl. ap. *Hipp. lib.* 6. *Epidem.* & ap. *Galenum* de muliere extenuatâ; In iis imprimis, qui illaudabilem ſanguinem & venas latas habent. III. *An ad leipothymiam ſanguis detrahendus?* Negatur, ut ex prædictis patet; ſæpe enim incidunt leipothymiæ terrificæ, quæ quanquam à Veteribus non reformidabantur, imò ad eas uſque ſanguinem ducebant, non tutæ, ſed periculoſæ ſunt in nobis, quorum corpora ſunt languidiora & molliora. IV. *an ii, quibus tenuis & mobiles ſpiritus S. M. tolerent?* Negatur, quia facilè exſolvuntur, itidem ut illi, qui celeres animi motus habent. V. *An, ſi pigrè fluat, ſiſtendus ſanguis?* Omnino; quia ſignum manifeſtum eſt debilitatis, amplo ſcilicet foramine facto; ſin è contrario rivuloſe fluat, facultatis expultricis vim atque robur indicat.

VENTRICULI *dolor* fit 1. Vel à flatu illius tunicas divellente, unde etiam còlica

lica ventriculi nominatur. Vel 2. A bile producitur, partes acrimoniâ ſuâ vellicante. Vel 3. Ab inflammatione, abſceſſu & ulcere.

Curatio. Primæ ſpeciei conveniunt diſcutientia, & flatulentam illam materiam evacuantia, tum etiam pituitam, à quâ flatus concitatur. Incipiendum à clyſtere emolliente & laxante, cui ſuccedat carminans diſcutiens. Si adſit nauſea, excitabitur vomitus blandiori vomitorio, aut catharticum præbeatur pituitam evacuans: purgato corpore exhibeatur pituitam evacuans: purgato corpore exhibeatur ol. amygd. recenter extractum cum vino albo mixtum: ſi ab inflammatione, abſceſſu aut ulcere, remediis alibi indigitatis oppugnabitur.

VENTRICULI *imbecillitas.* Ventriculus aliis coquus, aliis promus condus appellatur. Tale enim eſt univerſum corpus, qualis ventriculus. *Imbecillitas ventriculi* ad principalem ejus actionem læſam imprimis refertur; eamque non ſolum infirmatam, ut verbum ſonat, ſed abolitam quoque & corruptam. 1. Ablata χύλωσις, *apepſia* propriè nominatur, Latinè *cruditas*, *indigeſtio*, quando cibi in ventriculo morantur integri ac illibati. 2. Imbecilla chyloſis, *bradupepſia*, ſeu tarda pravaque coctio nominatur, quando cibi manent in ventriculo ſemi mutati, fatiſcente ventricu-

lo in medio conatu. 3. Depravata chyloſis, *duſpepſia* dicitur ſeu difficilis concoctio, quando cibi induunt qualitatem alieniſſimam atque inemendabilem, propter viam à corruptione irremeabilem.

Cauſa. Aufert minuitque coctionem *primò* intemperies ventriculi frigida, ſeu poſitiva ſeu privativa. Item nimia membranarum ejus tenuitas ob ingentem ac ſæpè iteratam à cumulatâ ciborum ingurgitatione diſtentionem: *ſecundò* quæ calorem à corde influentem vel repercutiunt vel diſſolvunt amoventve à ventriculo. *Hippocrat. Aphor.* 15. *lib.* 1. *& Aphor.* 18. *ejuſd. l.* venus, dolor, ira, mœror, exercitationes à cibo, quibus non ſolum calor ad exteriora diffunditur, ſed chylus rudis ac inelaboratus ad inteſtina præcipitatur; balnea ſtudia: *Celſus lib.* 1. *cap.* 2. vigiliæ immodicæ; ſomnus ſtatim à paſtu, commodus quidem ad hæmatoſin, ſed chyloſi adverſus; *denique* viſcerum circumſtantium, imprimis jecoris, frigiditas. Omenti quoque per vulnus egreſſi, hincque putrefacti amputatio, chyloſin deteriorem reddit. aſſerunt Chymici aboleri vel minui chyloſin, inopiâ cujuſdam fermenti & acoris in ventriculo; idque probare videntur experientiâ, quâ conſtare perhibent cœliacos fluxus, aliis cæteroquin præſidiis inſuperabilem, hauſto aceto repreſſos eſſe, propter reparatam ventris acciditatem

ditatem quæ deperdita ſuerat. Quæ tamen opinio à nonnullis manifeſtæ accuſatur falſitatis. Vide *Ant. Menjotium in diſſert. ſ. Pathol.* Prava coctio gemina eſt, *uſtio & putrefactio.*

Sign. *Vſtionem ciborum* notant ſitis, linguæ ariditas, ſapor oris vel amarus, vel carnes adipeſve inaſſatas referens. *Apopſia*, Vide apepſiam. *Bradypepſiam* eadem aſſectantur ſigna, verum remiſſiora. *Dyſpepſia* demum internoſcitur acidis ac nidoroſis ructibus, crepitum & anhelitus maleolentiâ, à borborygmis, nauſeâ, cibi faſtidio, ventris mordicatione, ſiti, ſomno levi ac turbulento, febre ephemerâ, urinis fœtentibus, ac præſertim alvi dejectione olidâ & aquoſâ.

Progn. *Apepſia* gravior *Dyſpepſiâ*, reſpectu actionis læſæ. Sed reſpectu materiæ *dyſpepſia* magis damnatur. Cibi tanto malignius corrumpuntur, quanto præſtantiores ſunt. Ex *Hippoc.* Nidoroſa cruditas cum alvo lubricâ minus nocua eſt; cum alvo adſtrictâ moleſtior: cum febres inde ſuccendantur ex facili. Cruditas aſſidua omni ſtudio emendanda & vitanda, cum mater fere ſit omnium ægritudinum materialium, hydropis, &c.

Curatio. Removenda cauſa procatarctica coctionis obturbatrix & interpellatrix. Venæ ſectio jecorariæ fiat, ſi plethora ad-

ſit, aut dolor concurrat multum moleſtus aut repentinus, materiam in ventriculo morantem medicamento vomitum leniter excitante educere oportet. fol. aſari in vino albo infuſi cum oxymelite ſimplici. Humores peccantes naturæ obedientes reddendi. Danda potius actu frigida aut calida quam tepida. Humores concocti purgante medicamento è corpore educendi Hinc quæ ventriculum roborare poſſunt offerenda, de quibus conſulentur Practici. Plurimum autem juvat, tam in præſervatione, quam in curatione hujus mali, ut alimentum non offeratur antequam aſſumptum digeſtum ſit, Si ob imbecillitatem à morbo relictam, ut ſæpenumero poſt longas ægritudines accidit, cautè providendum, & tantum ſolummodo alimenti offerendum, quantum ſtomachus conficere poteſt, ut periculum recidivæ evitetur. Si ab intemperie ſiccâ, humectantibus, lacte, carnium juſculis, balneis, ſimilibuſque emendetur; cavendum interim à nimium humectant. ne virtus ſtomachi diſſolvatur.

VERMES. Venter torminoſus, tumidus ac durus, nauſea, appetitus, pravus oris fœtor, dentium ſtridor, terrores in ſomno, tuſſicula frequens, naſi frictio, anxietas cordis, corporis denique extabeſcentia.

Curantur ejectione vermium, & conſumptione pituitæ, ex quâ naſcuntur. *P. Borellus*

Borellus obſerv. 90. pro ſecreto habet cortic. arantiorum ad drachmam unam per tres vices in vino exhibitam. Decoctum ſcordii, pulv. & aq. Galeg. lumbrici terræ bene loti & exſiccat. ad ℈j. *I. Ant. Lindano* ſequens pulv. ex freq. uſu fuit: ℞. ſem. corallinæ, ſcordii ſiccati ana ʒiß. Mechoacannæ. ℈ij. cornu cervi, Rhabarb. ana ℈iv. diagrid. ſulph. papav. ℈j. Miſce fiat pulvis, doſis ʒj. ſpecifica alia habet *Hartmannus* eaque egregia *in ſua praxi Chymiat. Aſcarides* ſuppoſitoriis tolluntur.

VERMES *in dorſo*; ob ſimilitudinem *Dracunculi* & Germ. *Miteſſer* dicti. Per totum ferè corpus latent hi vermiculi, capite nigro, magnum excitantes pruritum. *Generantur* ex materiâ viſcosâ in venis capillaribus præcipuè in dorſo conclusâ ſubter cutem, & ob cohibitam tranſpirationem in hoc vermium genus tranſmutatâ.

S. Progn. Licet hoc morbo laborantes ſatis comedant & alias benè valeant, tamen non nutriuntur, fere contabeſcunt. Ægyptiis & Indis ſunt familiares. *V. Paraum l. 7. Chir. c. 21.*

Curatio. Noſtris uſitatum, dorſum ut & brachia, ſi opus ſit linimento ex farinâ triticeâ & melle confecto inungere, & partes illas benè fricare. *V. A. Dudithium in Ep. Med. à Scholz. collect. ep. 27.* avellendi inſtrumentis chirurgicis, vel ſem. hyoſcyami,

ſuffumigatione in parte pruriente. *P. Borellus obſ.* 80.

VERRUCA, V. Acrochordon.

Progn. Tædio potius, quam dolore moleſtæ.

Curatio conſiſtit in victus ratione huic affectui congruâ, venæ ad revulſionem ſectione, ſi ſanguis peccat & adſit plethora. Alvus non eſt cienda vehementioribus medicamentis, ne in partem affectam recrementa ducantur. Pro topicis initio valent ol. roſ. vel myr. vel cyd. cum ovi albumine, aut cydonia cum aceto & aquâ cocta, oleo roſ. mixta & in form. cataplaſm. admota; cui addere licet cort. granator. & gallas virid. coctas in aq. & vino rubro. *P. Borellus obſerv.* 46. *Cent.* 2. aquam communem, in quâ ſal armoniacum ſolutum ſit, ſtupendæ eſſe efficaciæ inquit ad extirpandas verrucas. *Idem* telæ aranearum admotæ & accenſæ verrucas radicitus avellere affirmat.

VERTIGO Reliqua remedia vide tit. *Epilepſiæ*, cum enim vertiginis & epilepſiæ, eædem ferè ſint cauſæ, eadem utrique affectui convenient medicamenta.

VICTUS RATIO ſeu *Diæta Ægrotantium*. Specialiora vide in pleriſque morbor. curationibus, ſed heic in genere nota: I. In acutis morbis *Vict. ratio* exquirenda & dirigenda ex ratione temporum morbi, conſuetu-

ſuetudine ægri, morbi indole, privatâ cujuſque naturâ, cujus etiam circa morbos maximum eſt in medendo momentum. II. *Hippocr. de Diæt. acut. lib. 2. part.32.* inquit: *Non intempeſtivè oportet fortes vaſorum inanitiones moliri, nec, cum morbi urgent ferventque, cibum offerre. nec repente in hanc illamve partem mutare licet.* & ita conciliat duo loca, quæ ſibi invicem contrariari videntur: *Aphor. 5. lib. 1.* ſcribit: *In tenui victu delinquunt ægri & ob id magis læduntur. & lib. 1. Acut. part. 1. cap. 32.* de *Diætâ* inquit: *Ciborum adjectioni attendendum multo minus, nam ſubtrahere omninò ſæpe expedit, cum æger ſufficere poſſit, donec vigor morbi acquieſcat.* In *lib. acut.* D, Senex præceptum generale ponit in morb. acut. dum multò minus adjectioni attendi debere opinatur: In *aphor.* vero, ſatius vult eſſe initio morborum alimento vires recreare, ut cum ad vigorem ventum ſit, ab ſolutâ inediâ minus æger offendatur, attamen ſi brevi vigor futurus ſit, tantum demamus de cibi adjectione, quanto propinquior is videatur. In iis morbis, qui extremos ſtatim labores habent, extremè tenuis diæta confert. III. In omni inflammatione ſive hepatis ſive pulmonis, abſtineatur à cibis, qui multum ſanguinis generant, ſed non ita parcè ac duriter peripneumonici nutriendi, quia deficiente ob inediam alimento

pulmoni undelibet illud rapiet, imo ichoroſos humores ex qualibet parte, & ita augebitur peripneumonia, præſertim bilioſa, venæ enim calefactæ bilioſos & ichoroſos humores ad ſe ex aliis partibus attrahunt. ſic & pulmo; præterea areſiet ob incendium pulmonis, unde peripneumonicos animo deficere videmus; quod etiam in cæteris morbis notandum, præeunte *Hippocrat.* in *lib. de diat. acut.* pleuritidem in exemplum ſubjiciente. IV. In acceſſionibus, contra præceptum *Hippocr.* cibare oportet bilioſos, & quibus os ventriculi bilioſis humoribus tentatur facile, exquiſitioriſque ſenſus eſt, ut feb. ſyncopalibus laborantibus, morbo extenuàtis, famelicis melancholicis, niſi velis, ut eis facilè linquatur, deficiatque animus; Ita *Galèn. lib.* 10. *Meth. c.* 4. notat ex uſu eſſe, ut etiam cibentur, aut ſaltem recreentur cibo ægri nonnulli, etiam dum horrent, & ſe uſu panis in vino macerati, ineunte horrore dati febrem prohibuiſſe, quibus vero corporibus & quando, docet allegato hoc loco. V. Intempeſtivâ cibatione morbi imprudenter protrahuntur. VI. Vino planè interdicendi & dehortandi febricitantes, imprimis in acutis, contra quorundam medicorum opinionem, propter cruditatem interdici nolentium; incredibile enim dictu, quantopere febrem augeat; dum valemus & calor naturalis intra ſuos limites conſiſtit,

magna

magna etiam generoſi vini copia nihilo penè auctiorem calorem reddit; ſed cum à gradu diſceſſit, & jam febricula corpus occupavit, etiam tenue vinum propinatum, etiamſi parvâ quantitate ſtatim ſymptomata excitat, quod qualitas caloris præternaturalis facilè adjectô ſtimulo appareat. VII. In autumnalibus morbis non eſt exactè cibandum, quia eorum κακοηθεία adjectione ſucci alibilis tollitur, humorumque & ſpirituum quædam exuſtio & ſqualor mitigatur & contemperatur bonitate alimenti. VIII. Juſculorum frequens uſus inſufflatis, turgidulis & à morbis convaleſcentibus, quibus hypochondria diſtenduntur, noxius; quis diſſolutionem quandam afferendo, experientiâ comprobatum eſt, juſculorum rerumque liquidarum uſu ventriculi vires diſſolvi, ipſiuſque facultatem retentricem exſolvi IX. Sanguine detracto largior cibus non exhibendus; contra hoc præceptum, quod de abundanti detractione intelligendum, multi perperam peccant, offerendo largius alimentum, ut vires detracto ſanguine imminutas inſtaurent; nil enim magis ridiculum, quam non relinquere ſanguinem naturæ jam factum & aſſervatum, & neceſſitate cogi ad nutriendos ægrotos. X. Non quemvis potum ægro, ſed ex arte exhibeas; nam in uſu arteque medendi alium cibum poculumque pro alio ſubſtituere, igno-

ignorantiæ & inſcitiæ plenum eſt, ut & indiſtinctè hunc eâ re interdicere, alium verò ad eandem invitare temeritatem redolet; hinc jure merito quoſdam ætatis ſuæ medicos redarguit *Hippocr.* qui abſolutè pronunciabant vinum bonum eſſe caſeum malum, & id genus alia, quorum aliquis uſus foret & incommoditas quædam prout vel loco, vel jure, vel tempore in uſum aptarentur *Ex peritiſſimis Medicis Practicis.*

VICTUS RATIO ſeu *Diata Benevalentium.* I. Vitæ lex in cibo, potu, corporis exercitatione, animi ſtudio, ac inſtituto vitæ, mediocritatem pro fundamento habeat, II. Ad ſanitatis cuſtodiam prandium liberalius, frugalior cœna commendantur. III. Simplicior & melior cibus ſæpe non gratior palato præferatur, & tantum ſolummodo capiatur, quantum ſuſtentandis viribus, non obruendis videatur. IV. Vini & aquæ æqualis mixtio; album in uſum aliquando veniat; ſed ſi gravitatem capiti propter fumum afferat, abſtinendum. V. Aquæ uſus liberalior, quia obſtructionis & corruptionis viſcerum parens, vitetur. VI. Cereviſia quò recentior, eò ſalubrior, inter Weſopenſis præferenda. VII. Circa potus nec delitiarum ſuarum patrocinium tanquam ipſius neceſſitatis, afferre oportet. VIII. Si moleſtior ſitis, non tam illius ſedandæ, quam leniendæ aut fallendæ

lendæ cura eſto, præſertim in diebus canicularibus, in quibus largiores refrigerationes per totum periculoſæ. IX. Corporis exercitatio, frictio deorſum, agitatio, curſus, lucta, imprimis luſus pilæ, quod multum conferat, experientia probat; ſed hæc ſtatim à cibo aut pertinaciori ſtudio non aggredienda. X. Ita ludere oportet, ut ludus nos non ludat. XI. Qui crudus ludit aut exercetur, cruditati fomitem ſuggerit. XII. Ut cruditates, ita & inedia evitanda; illa enim obruit ſpiritus; hæc exhaurit, conſumit & impensè calefacit, quod præſertim in biliosis locum habet, qui peius inediam, quam melancholici & pituitoſi ferunt. XIII. Animi relaxatio & remiſſio, neutiquam languor & exſolutio conſulta putanda; illis enim invaleſcit & roboratur; his emoritur & langueſcit. XIV. Dare ſe vitæ jucunditati, ut muſicæ, gratis colloquiis, amœnis ambulationibus, pars ſanitatis maxima. XV. Omnia denique, ut eodem, quo incepi, fundamento finiam, quoad licet & fieri poteſt, ſint mediocria, obſervando probe NE QUID NIMIS.

Queritur I. *An vinum jejuno ſtomacho noceat? Aff.* maximopere; Vino ſua ſunt commoda, ſi præſumtis cibis hauriatur; ſed maximum adfert dettimentum, ſi vacuo ventriculo & non projecto alimento bibatur; hinc qui ſiti premuntur & propter imbecil-

litatem

litatem ventriculi à vino abſtinere non poſſunt, ſumant in paſtu primum hauſtum aquæ, vel cerevisiæ tenuis, ut viſcera reſiccata rapto ad ſeſe primo hauſtu humeſcant, & neque inquam incaleſcant. II, *An acetariorum fructuumque horariorum creber uſus noxius? Affirmatur*, quia magnam ferè indomiti copiam generat, unde acris in eo calor ſuccenditur, & ſi facies rubore ſuffundi ſolet, magis ac magis rubeſcit; quod pauci obſervant, perperam putantes corpus refrigerari, & ſic occaſionem hujus ſuffuſi ruboris tolli. III. *An biliosis inedia noxia? Affirm.* nam efferatur magis bilis in illis, urinæ redduntur magis tinctæ, & augetur intemperies; dejectio exuritur, habitus corporis & præſertim extimæ partes refrigerentur. *V. Galen. lib. 2. Acut. part. 24.* IV. *An frequens uſus juſculorum conducat. Neg.* Quia inteſtinorum corruptionem ex frequenti rerum liquidarum & juſculorum uſu conſequi experientia docet; fæces enim liquidiores & aquâ dilutæ fœtentiores ſunt; inſuper cum ſerum maximè morborum ſit parens, ſi inteſtina multo humore madeant ſi hepar multum aquæ attrahat, ſanguis fi ſeroſior; & hepatis, imo ipſius ſanguinis temperies quodammodo diſſolvitur ac elangueſcit; aqua enim & aquea diſſolvunt, nec habent illam glutinoſitatem, quæ partibus robur conciliat: hinc videtur è re ſanitatis

magis

magis eſſe, ſi corpus potius ſiccetur, quam ſi humectetur; & revera corpora ſicca diutius durant, & minus ſunt morbis obnoxia, & ſunt expeditiora. V. *An conſuetudo immutanda in numero cibariorum?* *Neg.* auctoritate *Hippocr. lib. de diat. acut.* *Quibus*, inquit, *in more poſitum eſt bis de die cibum capere, ſi forte illi non prانderint, jacent & ad omne opus timidi ſtomachi morſu tentantur, viſcera ſuſpendi videntur, meïunt urinam calidam & flavam & ſtercus peruritur.* VI. *Somnus in multam lucem productus an valdè noceat?* *Affirm.* quia, licet per ſe ſive de induſtriâ inductus ſit, torporem, ſegnitiem, languorem, gravitatem capitis, & roboris ac virium exſolutionem affert, ut dicit *Hippocrat.* VII. *An excandeſcentia & ira frigidis & pituitoſis conferat?* *Affirm.* ex *Hippocrat.* quia valet ad bonos ſuccos generandos, & bonum habitum comparandum.

VIRILITAS *exſtincta* propriè dicitur *Impotentia.* *Oritur* vel ab intemperie frigidâ vel maleficio. Prima ſpecies *curatur* eſſentiâ ſatyrii apud *Crollium*; mixturâ viril. *in prax chymiatr. Hartman.* c. 108. eſſentia ambræ cum ſp. roſ. extract. præcipuè in ſenibus ad gran. iij. vel iv. ovis crud. in vin. Hiſpan.

VIRIUM *imbecillitas.* Imbecillitas virium.

VI-

VITILIGINES vel *Alphi. Oriuntur* ex humorum vitioſitate, quæ in cute eſt. *Gal. lib. de hum. com.* 3. vel ſunt vitioſæ & fœdæ maculæ in cute apparentes, & ex malo corporis habitu excitatæ; ſed ſine maniſeſtâ cutis aſperitate, ſine ſquamis, ſine exulceratione quibus notis à *pſorâ*, *lichene*, & *leprâ* cæteriſque huius notæ tumoribus diſtinguuntur. *Diff.* Sunt vel albæ, vel nigræ; priores ex pituitoſo; poſteriores ex melancholico ſucco oriuntur. *S. Progn.* Si ab hepatis vel lienis vitio foveatur, curatu difficilius. Quæ aliquem ruborem habet & exigua, ſanabilis eſt. Alba facilius curatur, quam nigra. *Curatur* abſumtione humoris. qui ipſam excitat, & impediendo, ne ſimilis humor ad cutem effluat, quod fit, ſi & qui præſens eſt in corpore, evacuetur, cureturque ne novus generetur; Imprimis proba victus ratio requiritur, ut ſanguinis vitium emendetur. Quotidie locus affectus manè fricetur vel linteo aſpero, vel manibus ol. amygd. amar. madidis, an ſanabilis ſit, colligitur: Si incidatur aut acu pungatur cutis, effluente ſanguine remedio locus eſt; ſi humor albidus, ſanari non poteſt.

ULCUS.

Curatio. Conſtat quatuor indicationibus, vacuatione, mundificatione, exſiccatione & cicatriſatione. *P. Borellus obſ.* LIV. *pag.*

pag. 22. ſeq. emplaſtra ad ulcera multa & magn. valde commendat : ℞. maſtich. ℥j. there. int. venet. ℥iij. ceræ flavæ ℥iv. M. fiat Emplaſtr. vel ℞. beton. agrimon. verbenæ, & pimpinellæ ana M. j. ceræ. thereb. reſinæ ana. ℔j. Maſtiches ℈j. vini albi opt. lib. iij. coque ad conſumptionem tertiæ partis & cola, fiatque ſ.a. emplaſtrum.

ULCUS *Tibiarum*, *Fit* plerunque poſt eryſipelata ex hum. pravo, melanch. pondere ſuo ad inferiora tendente, tum à naturâ eò, ut ad partes extremas, depulſo: præ cæteris accidit fœminis. Si iis non tempeſtivè ſuccurratur, incurabilia fiunt. *Curatur* corporis purgatione, lienis; & uteri vitium corrigendo; ung. diamphoi.

ULCUS *cervicis Vteri*. Periculo non vacat, eſtque curatu difficillimum; imprimis ſi magnum, antiquum, ſordidum, & in conſpectum non veniat. *Curatur* uteri intemperiem corrigendo. Si à lue Venereâ, eò cura dirigenda ante omnia; in reliquis curationem cum ulceribus ex aliis cauſſis habet communem. Vidi duo exempla Lut. Pariſior. quod in *ulcere* intra *cervicem uteri* & recti inteſtini partem, cui incumbebat, extra ſuſpicionem virulentiæ tanta facta ſit corruptio, ut alvi excrementa per ſinum pudoris permearent; ſed non curari poterant, quia in ipſo principio ulcuſculi præ pudore non obviam itum eſt.

VO-

VOCIS *privatio.* Ἀφωνία. *Cauſæ.* 1. Paralyſis nervorum dorſalium muſculis intercoſtalibus inſertorum. Sic apud *Gal.l de locis aff.* 6. puer in dorſi principium prolapſus obmutuit. 2. Fractura vel luxatio coſtarum, quia muſculi interpoſiti ceſſant ab officio. 3. Eorum muſculorum, vel etiam thoracis vulnera profundiora. 4. Reſolutio nervorum cervicalium, quia hi nervi ad ſeptum tranſverſum deferuntur. 5. Vapores infernè ſurſum obrepentes & comprimentes membra ſpirabilia. 6. Aër affatim ac violenter è pulmone propulſus, & rimulam laryngis nimiopere recludens; ſic tuſſis atque etiam riſus apud *Hipp.* 6. *epid* 7. vocem abrumpit. 7. Laryngis anguſtia, ut in anginâ, & reſolutio nervorum recurrentium laryngis muſculis implantatorum. 8. Nimius ſubituſque ſpirituum excurſus, ut in prægnandi iracundiâ, aut effuſo gaudio; vel cumulatus eorum retrocesſus, ut in mœrore, timore graviſſimis.

Progn. Apud *Hipp.* vocis tarditas epilepſiam vel apoplexiam portendit. Aphonia convulſoria lethalis eſt cum ingenti dolore: paralytica verò indolenter affligit. Formidabilior eſt, quæ à nervorum recurrentium, quam quæ à dorſalium invaletudine progignitur.

VOMICA *pulmonum*: quando pulmo in ſe concipit abſceſſum, dicitur & ſuppuratum

tum, cum ſanguis è vaſis effuſus in viſcus ſuppuratur. *Fit* vel à ruptione vel à dilatatione oſculorum.

Curatio conſiſtit in eradicatione puris concepti, exterſione ulceris facti & conſolidatione ulceris exterſi. Inter cætera laudatur decoctum braſſicæ capitatæ rubræ, cum tantillo ſacchari, quod pus per urinas educit. Vel decoctum chinæ cum antimon. diaphoretico. Reliqua vide in curatione phthiſis, *vomica* enim eſt initium phthiſis.

VOMITIO *ſanguinis* plerumque vitio obſtructi lienis accidit, imprimis ſi quod ejicitur, nigrum & grumoſum eſt; ſi ſimul hoc acre & fervidum, non grumoſum, ſed tenue, deſperata res eſt.

VOMITUS eſt aſperitas ventriculi, refertur ad morbos ſuperficiei. *Cauſa* eſt humor quomodocunque acer. *Fit* 1. interdum ventriculo illæſo, ſed per ſympathiam aliarum partium affecto, ut in colico nephritico dolore, uteri ſtrangulatu, hepatis, lienis & cerebri inflammatione. 2. Vitio ventriculi, ab humorum bilioſorum, pituitoſorum & melanchol. qualitate aut quantitate ſtimulati.

S. *Progn.* Si id evacuat, quod corpus lædit, atque inde æger commodi aliquid percepit, bonum; è contrario malum eſt. *Hippoc. Aphor.* 2. *lib.* 1. Quibus cerebrum

vul-

neratum eſt, his febrem & bilis vomitum ſupervenire neceſſe eſt. *aphor*. 50 *lib*. 6. Qui pectus anguſtum & collum longum habent, qui ad tabem ſunt propenſi, & quibus tumor in gulâ, ad vomitum inepti ſunt: prægnantibus etiam incommodus, metu ne abortiant.

Curatio. Si per conſenſum, 1. illius, à quo oritur, morbi ratio habenda. 2. Humores ventriculum ſtimulantes vomitoriis excludendi, cum ſecundum *Hippocrat. vomitus vomitum curat*. Si craſſi & glutinoſi, incidendi & abſtergendi. Si vomitoriis locus non eſt, clyſteribus frequentibus & catharticis blandis materia peccans expellenda, addito rhabarb. cum purgando adſtringat & ventriculum roboret. In vomitu bilioſo ſeq. pilulæ valdè probantur: ℞. aloës opt. aq. roſar. lotæ ℥ij. rhabarb. pulv. & aq. borrag. irrorat. ℥j. maſtiches, ſantali rubri, coralli præparat. ana ℈j. cum ſyr. roſor. ſolutivo f. maſſa pill. doſis ʒ ß. vel ʒj. alternis diebus, donec vomitus ſedetur. In vomitu vehementiſſimo dentur laud. gr. iij. cum cochiar. min. ℈ ij ß. ſi reſtitet medicamentum, clyſtere acriori evacuandum. Spiritus vitrioli cum aq. plantag. ad moderatam aciditatem, vomitum cohibet, ut & ſalis abſynthii ℈ j. cum ſucci limon. cochleari mixtus, remedium præſtantiſſimum. Si vires valde dejiciat, exhib. laudan. cum ſyr. de

roſis

roſis ſiccis: & confeſtim applicetur cucurbitula ventriculo & cataplaſma ex fermento, pulv. abſynthii & cortic. arantior. ſubactis cum ſucco menthæ: vel componatur fotus ex decocto rad. biſtortæ, fol. plantag. portul. menthæ, ſummit. rub, & ſalicis. Deinde inungatur ung. ſequenti: ℞. Acaciæ, hypociſt. granor. ſumach. & myrtillor. ana ʒ ij. maſtiches, gran. Kermes, ana ʒ j. ol. myrtini ℥ ij. ceræ, q. ſ. f. ung. Si valde urgeat affectus, febr. ſymptomat. inducat, in corpore plethor. inſtituatur V. S. ut præcaveatur inflammatio. Sed cautè & parcâ manu detrahendus metu deject. virium. Conveniunt hoc caſu cucurbitulæ dorſo & umbilico admotæ: frictiones & ligaturæ partium extremarum: fauces & collum obvolvantur linteis oxycrato imbutis ut hum. repellantur: Manus imbuantur in aq. frigidam: tandem ad narcotica veniendum, quæ omnes evacuationes citiſſimè cohibent.

VOMITUS *ſanguinis fit* plerumque à ruptione vel apertione venarum ad ventriculi fundum deſinentium. Ruptio venarum deplorata eſt, citoque interficit. Apertio fit à ſanguinis tenuitate ac fervore ob permixtionem multi ſeti acris & bilioſi. Prorumpit talis ſanguis magnâ copiâ in ventriculum, vel ab utero, liene, aut hepate obſtructis & calidiori intemperie affectis.

Progn. Si ab utero promanat, minus eſt periculum, facilè quippe ſolvitur superveniente purgatione menſtruâ. Si à liene, periculum majus, ſæpè enim recurrit, facileque in hydropem degenerat. Si à jecore, maximum eſt periculum, tantâ enim copiâ ſæpenumero rejicitur, ut in ipſo vomitu æger moriatur. Sine febre ſalutaris, verum cum febre malus. *Hippocr. Aphor.* 37. *lib.* 7. hoc enim viſcerum aliquam inflammationem ſignificat.

Curatio peragitur remediis ſanguinem à ventriculo revellentibus, ejuſdem intemperiem corrigentibus, & apertionem venarum conſolidantibus & conſtringentibus. V. S. confeſtim celebretur parcâ manu; ſed repetitis vicibus, ut major fiat revulſio. Ex baſilicâ cubiti dextri, ſi à jecore; vel ſiniſtri, ſi à liene; vel ex venâ malleoli, ſi ex menſium ſuppreſſione. Clyſteres detergentes injiciantur, frictiones & ligaturæ partium extremarum. Cucurbitulæ natibus, cruribus & lumbis; imò & hypochondriis applicentur: ſucci plantag. ℥ iiij. actu frigidæ mane & ſero exhibitæ ad quodlibet ſanguinis profluvium præſtantiſſimum remedium, ut & ſuccus portulacæ & polygoni cum ſaccharo ſumptus. Exterius verò inungatur regio ventriculi ol. roſar. & myrtino. lotis in aceto: & poſt inunctionem aſpergatur pulv. coralli, boli armeni, terræ ſigillatæ

gillatæ: aquâ ferratâ cum ſyrup. cydônior. & ſpiritu vitrioli pro potu. Juſcula itidem cum aquâ ferratâ decocta. Victus ratio ſemper habeat aliquam analogiam ad cauſam & remedia.

VOX *rauca*. Raucitas.

UTERUS *Mulierum*. Mulierum uterus.

UTERI *ulcera*. Ulcera cervicis uteri.

VULNUS *nervorum*. *Signa* ex loci vulnerati conſideratione deſumenda, nec non ex anatomiâ; ſi in muſculorum capitibus inflictum, nervus; ſi in finibus & prope articulos, tendo, vulnerat. ſunt. Convulſio, quæ in vulnus incidit, lethalis eſt, *Hippocr. app.* 2. *ſect.* 5. hic ut & *aphor.* 65. *&* 69. *ejuſd. ſect.* de partium nervoſarum vulneribus intelligendi. Θανάσιμον ſeu lethale, ut *Galen.* explicat, heic non de neceſſariâ morte, ſed de periculo, quod crebrò admodum mortem affert, intelligi debet, quod nota. Quoad *diætam* aër ut calidior, cum omne frigidum nervis ſit inimicum, *Aphor.* 18. *Sect.* 5 hinc vulnera non nimis ſæpe detergenda; ſi detegantur candela accenſa, vel vas carb. ignitis plenum ſit in propinquo; ſi ullibi, heic ſanè *Celſi* præceptum *l.* 5 *c.* 26. de quiete locum habet, abſtineat à riſu, Venere & vino; ut exempla, quæ *Guil. Fabr. cent.* 1. *obſ.* 22. *&* 23. recenſet, docent.

VULNUS *Ligamentorum & Articu-*

lorum: Sunt aut cum luxatione, aut abſque illâ. *S. Progn.* omnia periculoſa, quia articuli ad recipiendas fluxiones valdè idonei; periculoſiora in parte internâ, cum hæmorrhagiæ inſignes & convulſiones facile excitentur, de *Articul. vuln.* vid. locum notatu dignum ap. *Hipp. 2. Prorrhet.* Si accedat luxatio, periculoſiora, Vid. *Hippocr. l.* 1. *de articul. t.* 77. *&* 78. *Ligament. vuln.* nec dolorem nec convulſionem producere ſolent. Quod ab oſſe ad os tendit, maximè periculi expers, quod vero muſculo inſeritur, quia nervos & tendines in conſenſum trahere valet, ſi non rectè curetur, periculum afferre capax eſt.

VULNUS *ſclopicum* vel *à globis inflictum. Differt* ab aliis non ſolum formâ & figurâ, ſed etiam compoſitione. Ingreſſus horum contractior eſt, laxior verò exitus. Nulla adeſt hæmorrhagia, licet venæ ruptæ & apertæ ſint: ratio eſt, quia ſanguis & ſpiritus, ictus violentia in interiora receſſerunt. Gangræna in hiſce quum oboritur, profunda ſemper eſt & occulta, raró in ſuperficie apparens. *S. Diagn.* Part. nervoſarum læſio ex dolore apparet; ut & quod in gangrænam degenerat, ex tardâ puris maturat. & generatione & cæteris gangræna ſignis *Progn.* Quo plures partes & nobiliores ſunt vulneratæ, contuſæ, dilaceratæ: & ſi oſſa ſimul fracta & comminuta, eo curatu difficilius

cilius & periculoſius. Vid. *Ambr. Para. l.* 10. *cap.* 12. & *l.* 16. *cap.* 49. Si in corpus cacochymum incidat, multo periculoſius, quam ſi in ſanum. Quod in exercitibus morbis epidemicis infeſtatis triſti docetur experientiâ. *Curatio* conſiſtit in cauſæ conjunctæ ablatione, & in proprii partis affectæ temperamenti reductione, quæ eadem propemodum remedia requirit, atque in partium ablatarum & deperditarum regeneratione. *Iohan. Vigier. in Chirurgiâ cap. quinto.*

VULNUS *pulmonis. S. Progn.* Non omnia lethalia, licet *Hippocrat.* in *Coacis* contrarium ſtatuere videatur; illa enim lethalia non ſunt, in quibus ſaltem ſubſtantia, non vero magna vaſa læſa ſunt, nec reſpitatio abolita, nec tanta hæmorrhagia, ut cor ſuffocet. Perquam periculoſi pulmonum vulneris ſanati exemplum vide ap. *Guil Fabr. cent.* 2. *obſ.* 32. *Cent* 3. *obſer.* 36. *Cent* 1. *epiſt.* 25. & *Georg Horſtium lib.* 3. *obſerv.* & alios. *Curatio.*

VULNERATI præſentiâ & aſpectu mulierum amatarum maximè irritantur, & in hæmorrhagias incidunt, quandoque mortiferas, ut annotat *P. Borellus obſerv.* 93. *pag.* 92. Arcendæ itaque, inquit, amaſiæ, ne ejuſmodi errores, ægris vitam, mediciſque ac chirurgis ſperatæ & exſpectatæ curæ gloriam eripiant.

ZARATON *Hiſpanorum*, nihil aliud eſt quam ſcirrhus illegitimus, in cancrum degenerare incipiens, & perperam à *Mercato lib.* I. *de morb. mulierum*, pro peculiari tumoris genere reputatur. Vid. Scirrhus.

FINIS.

AMPLIS-

AMPLISSIMI, CLARISSIMI,

Celeberrimique VIRI,

D. D.

ANTONII MENJOTII,

Conſiliarii & Medici Regii,

EPISTOLA APOLOGETICA

DE

VARIIS SECTIS

AMPLECTENDIS.

CAROLUS DRELINCURTIUS,

Medicus Regius in Galliis, atque in illuſtri Academiâ Lugduno-Batavâ Profeſſor Medicinæ Primarius,

CHRISTIANO CONSTANTINO RUMPFIO,

MEDICO PERDOCTO,
Clariſſimâque Medicâ proſapiâ ſato.

S. P. D.

PLURIMUM *Tibi debeo;* VIR ERUDITE, *quod* Menjotianæ Epiſtolæ *Apologeticæ de omnigenis Sectis amplectendis, copiam mihi feceris. Recto*

ſanè conſilio, id egiſti, me quippe noſti, MENJOTII, Viri egregiè docti, non modò æſtimatorem privatum, ſed & fidum præconem. Nullus idcirco miraberis, quòd à Te efflagitem, ne talem tantique faciendam Epiſtolam, numeris omnibus abſolutam noſtris in muſæis, tinearum eſcam deliteſcere ſinas, verùm nitidis fidiſque typis propediem committas, ac perinde eruditorum oculis peramanter ſubjicias. En, occaſio ſeſe dat ultrò, amicâ & tenaci arripienda manu; Siquidem Librum SMITZII poſthumum, à Te auctum & recenſitum, publici facturus es juris. Quidni tam terſa, tam erudita, támque ingenioſa, ad ejus calcem accedat Apologia, quam ſpondeo, maximum ipſi pondus eſſe allaturam. Meo igitur, MI RUMPFI, in Reipublicæ Literariæ gratiam, efflagitantis iterato convicio obſecunda, atque in lucem, quam Te rogo Epiſtolam, emitte. Vale & me Chriſtianè conſtanterque ama.

CLA-

CLARISSIMO VIRO D. D.
CHR. CONSTANTINO RUMPFIO, M. D.

Amico ſingulari,

ANTON. MENJOTIUS
Conſiliarius & Medicus Regius.

MIRARI nonnullos liberè me mones, VIR AMICISSIME, quod in diſſertationibus Pathologicis haud ſerviliter me devoverim certo Philoſophorum Medicorumque dogmati, ſed hanc illamve ſectam animo ſolutiore fuerim amplexatus. Nec reverâ diffiteor me interdum propendere in ſcholam *Democriti*, interdum ſtare à parti-

bus *Peripateticorum*, interdum *Γαληνίζειν*, interdum pedem conferre cum *Galeno*; nuperiſque *Pyrotechnicis* modo me inſurgere, modo aſtipulari: Quo autem conſilio fugerim eſſe *conſecraneus*, paucis accipe. Si inter artificioſa opera nullum occurrit plenè & cumulatè perfectum; contra ſi in ſtatuis *Pyrgotelis* & *Lyſippi*, ſi in tabellis *Apellis* atque *Protogenis* aliquid deſiderabatur; quotus eſt quiſque, qui in ſtudiis naturæ, cujus ſacra opertanea ſunt, opinionem jactare auſit ab omni parte beatam, & quæ completos habeat in ſe veritatis numeros. Abſint igitur angusta & rigida ingenia ad inſtar Myſtarum Magicorum circulum circunſcribentia, quem tranſilire nefas ſit; quin potius *omnes deguſtemus* (ut cum Tertulliano loquar) *ſapientiæ caupones*, ac decerptis undique verſum floſculis, ſertum veritatis componamus, more aptum è floribus omnigenis mellificantium. Quæſtiones *Ariſtotelis* problematicæ,

præ

præ cæteris ejus ſcriptis, meo judicio, palmariæ ſunt; ſcio à Claſſicis Literatoribus auctoritatem elevari, quòd pleraque dubia, non tam è ſuâ, quam Veterum diſciplinâ, dilucidaverit. At eo ipſo nomine, maximè commendandæ veniunt, quòd Philoſophorum Coryphæum non puduerit, ubi mancus ipſe ſibi viſus eſt, extra Lycæi pomoeria bonâ fide evagari ad Academiam *Platonis*, ad porticum *Zenonis*, ad hortulos *Epicuri*. *Galenus* quoque non ita inofficiosè ſenſit de *Empiricis*, quin ad illorum caſtra nonnunquam convolaverit, his paratur nomen dare, ni *Dogmaticis* aſcriptus fuiſſet: reipsâ enim *Antiqui Empirici* Philoſophi erant tam honore & numero habiti, nec ut *hodierni* jacebant ἐν βυθῷ ἀτεχνίης. Vix autem ignoſcere poſſum eidem *Galeno* in *Methodicos* tam ſævè debacchanti, cùm *Theſſali* κοινότητες exactè quadrent ad ſumma ac generaliſſima *Hippocratea* præcepta, *adjicere atque detrahere*, item *ſoluta compri-*

primere & compreſſa ſolvere; ac *Ariſtoteles* duas ſtatuerit univerſales morborum cauſas, πύκνωσιν καὶ μάνωσιν, reſpondentes morbo aſtricto & fluenti *Methodicorum.* Verum *Cous* noſter, Dux præſertim mihi fuit atque Μυσηγέτης, quem nulli hæreſi mancipatum nemo unus ierit inficias, niſi novus hoſpes neq; volutatus in ejus lectione. Nam, *Libro de Naturâ humana*, & alibi paſſim, adeo firma de quatuor elementis horumque qualitatibus jecit fundamenta, ut *Ariſtoteles* ſcientiæ naturalis ſemina exinde mutuatus fuerit, tametſi tanti viri nomen in operibus ſuis Phyſicis ſilentio preſſerit, ne ejus vitula araſſe deprehenderetur, ſemelque duntaxat in libris Politicorum frigidè, ac per tranſennam illius meminerit: quæ invidia eò magis intoleranda eſt, quod *Hippocrates* & *Ariſtoteles* non fuerint coætanei, ille nimirum centum annis ſenior floruerit ætate *Artaxerxis Longimani*, hic verò *Darii* temporibus; quodque *Ariſtotelis* Præceptor

ceptor *Plato Hippocratem* honorifice celebraverit. Idem Hippocrates *libro de priſcâ Medicinâ: Multas eſſe docet, & extra & intra corpus figurarum ſpecies, quæ magnopere inter ſe diſcrepant, ſecundum affectiones quas inferunt cùm ægro tùm ſano*; memoratque σύγκρισιν & διάκρισιν corporum inſecabilium. Ac *libro primo de Diætâ*, mentionem facit *Lucis & Orci* in generatione & corruptione mixtorum, quæ per ortum fiunt viſibilia, per interitum remeant ἐς ᾅδην, id eſt viſui ſubtrahuntur, ob diſſolutionem in atomos non aſpectabiles, ſicut apud Maronem *Implebo numerum, reddarq; tenebris*; Quis adeò cœcus, ut non perſpiciat *Hippocratem* omnibus hiſce locis ſectantem amici *Democriti* principia? Eodem libro, *Omnia*, inquit, *ipſis eveniunt per divinam neceſſitatem, & quæ volunt, & quæ non volunt*; ubi etiam ait omnia explere πεπρωμένην μοίρην, *deſtinatum fatum*, cujus quippè agmina atque volumina declinari nequeant. Iterumque *Libro*

de

de Arte, Spontaneum nullam eſſentiam poſſidet, ſed nudum exiſtit nomen. Hæcque ipſiſſima eſt *Stoïcorum* opinio de fato, cujus ſeminator & ſator & parens fuit *Magnus Hippocrates, Zeno* verò educator atque altor. Sic vis animæ divinatrix, imaginatrici ἀντίστροφος, quam iidem Stoïci animæ tribuebant, legitur apud Hippocratem *Libro de carnibus* ſcribentem, *calidum immortale*, hoc eſt, animam, *omnia noſſe & præſentia & futura*; quibus verbis, ut obiter dicam, videtur ſignaſſe latentem illam imminentis boni ac potiſſimùm mali, cujus quippè ſenſus acrior eſt, præſagitionem, per quam animus anticipato gaudio vel mœrore percellitur. Nam ut ſcitè *Seneca* in *Thyeſte* ante feralem Atrei cœnam,

Inſtat nautis fera tempeſtas,
Cùm, ſine vento, tranquilla tument.

Ac priuſquam gravi, quod ingruit, periculo, homines opprimantur, ſaliunt

ſiunt præcordia, defluuntque lacrymæ invitis, ſtimulo & monitu arcano intus inſtigante. Tandem glorientur *Chymiſtæ*, Artis ſuæ primordia *Hippocraticis* monumentis, velut ſanctiore ærario, recondita, videlicet *Libro laudato de priſcâ Medicinâ*, ubi *acidi ſalſi, inſipidi* conſiliumque qualitatum vires exaltantur. Itaque evidens eſt, *Hippocratem* diverſis ſectis non modo adhæſiſſe, ſed earundem quoque Architectum exſtitiſſe atque Conditorem, & *Philoſophorum* pariter ac *Medicorum Patriarcham* meritò audiri. Non eſt ergo, cur moroſi Cenſores ampliùs mirentur, quod tam perito Nauclero gubernante, qui fallere fallique neſcius eſt, ad veritatem expiſcandam tot maria longè lateque navigaverim; utinam etiam fundum bolide explorare datum eſſet. *Vale*, VIR DOCTISSIME, & amare perge Tuum nexu & mancupio MENIOTIUM.

Lutetiæ Pariſiorum. VI. *Kalend. Jul.*
Anno Θεογονίας CIƆ. IƆC. LXV.